
BIBLIOTECA
VITT. EMANUELE
12
21 B
5


72
C
43

LEXICON MEDICVM, GRAECOLATINVM.

BARTHOLOMÆI CASTELLI MESSANENSIS STVDIO,

EX HIPPOCRATE, ET GALENO DESVMPTVM.

ΕΚ ΤΟΥ ΠΟΝΟΥ ΔΟΞΑ.

PERMITTENTIBVS SVPERIORIBVS.



MESSANÆ, Typis Petri Breæ 1598.

IN HOC LEXICON OMNIVM medicarum vocum, ex Græco, & Latino idiomate desumptarũ, quibus Gal. Hipp. alijq; grauiores autores vsi sunt, Etymon & significatio, quàm plurimã à Galeno venari licuit, serie alphabetica, recensetur.

BARTHOLOMÆI CASTELLI *Theologi, Philosophi, & Medici Messanensis, atq; in publico Messanẽsi Gymnasio praxews Medicinę professoris publici, opera & studio, plures annos elaboratum, nunc demum in lucem editum.*

IN CALCE VERO OPERIS AD- ditæ sunt, præcipuæ Arabicæ voces, ad rem medicam facientes, classicis autoribus frequentatissimæ, quibus adiectæ à latere sunt Græcæ & Latinæ, illis significato respondentes.

a,

ILLVSTRISSIMO
MESSANENSI SENATVI,

Petro Pharaonio, D. Francisco de Ioanne, D. Iacobo de Iuenio, Paduano de Costa, D. Thomæ de Gregorio, Ioanni Cauaturio.





VANTVM semper Fortunæ, tuo nomini perpetuam & immortalem in rebus bellicis foris gestis gloriam, æternumque tuorum gestorum moni mentum, inuiderit, testes sunt omnes sapientum virorum libri, plena vetustas, quæ firmo ære, stabilique marmore Messanensium gesta, quę ad Romanum fouendum, & augēdum im-

 perium,

perium, cum quo tibi perpetuum fę-
dus initum fuerat, pertinerent, tum
quæ ad hostium insultus reprimendos
facerent, incidi curauit; deficeret me
dies si hoc loco, ea omnia, breui com-
pendio percensere numerãdo vellem.
Deerat tamen ad apicẽ, & culmen tuæ
fęlicitatis consequendum id vnum, ut
abesset inuidia, totiusq; Italiæ floren-
tissimis studijs, doctrinas omnes exco-
lendo, superior videreris; Id à te præ-
senti hoc instituto, superioribus annis
factum esse intelligo, vt quas in omni
scientiarum genere, priuato studio, cõ-
tinuis lucubrationibus, Academias in-
stitueras, publico Summorum Ponti-
ficum, Imperatorum, Regumque di-
plomate nunc confirmares, & docto-
ratus insignijs decorares, quo quid illu
strius ingenuæ, & insigni urbi nobili-
tatis

tatis titulo donatæ? Cùm nihil ingenuo, libero, clarisque natalibus orto viro, magis è re possit cedere, quàm vel præsentem nobilitatem adipisci, uel adeptá tueri, & augere; Id omne quod est summę nobilitatis impressum sigillum, vobis omnibus acceptum referimus, Illustrissime Senatus, quo munere hæc vrbs vestrum omnium ope, & auxilio donata, gloriatur, seque superiorem omnibus Italiæ vrbibus, iure iactat. Ego verò vestri nominis deuotissimus ciuis, ad quem huius gloriæ pars pertinere potest, eam ex animi mei stimulis, spectando, & assidua medicæ rei lectione, vobis præcipientibus, adaugendo, ita persentio, vt ingrato viderer animo, nisi vobis, accepti muneris gratias, totius vrbis nomine pro viribus referrem, nomēq; vestrū,

non iam ex ære alte incisis literis, aut è solido marmore insculptis imaginibus, sed ad perpetuam orbis terrarum memoriam, huic, operi, (quod vestrę glorię multo inferius est monimētū,) inscriptis nominibus, futuro æuo, cōmendatum consecrarem; Quod quidem opus, multo ante à me tempore confectum & elaboratū, quod ἀκέφαλον, & sine capite, fautore, & patrono esset, in lucem prodire pertimescebat, atque inuidorum telis lacessitum, asylum aliquod, ad quod tanquam ad sacram anchoram confugeret, exoptabat. Vestro igitur nomini dicandum illud, & consecrandum curaui, Illustrissime Senatus, vt qui ea hilari atq; exporrecta fronte, qua literarū studia es cōplexus, eadem ēt tuorum studiorum alūnos, sectatores, professores, professorumq;

con-

conceptos partus in lucem editos, alas, foueas, nutrias, atque in perfectam indolem adolere contendas. Id verò oneris suscipiendi, operisq; componendi, ea fuit apud me ratio, vt rei medicę auditores, meæ fidei commissos, quos à primo limine, vsque ad omnes medicinæ gradus, supremumq; doctoratus apicem promouere (quod mei muneris est) semper conatus sum, in ianuis aberrare non permitterem, sed ijs omnibus, medicarum vocum etymon, & significatio innotesceret, ne vel meis, aut aliorũ Doctorũ medicis lectionib⁹ audiẽdis, vel Hippocratis, Galeni, Auicennę, cęterorumq; classicorum libris percurrendis, vocis alicuius propriæ ignorantia, à cursu lectionũ, eos auerteret, & remoraretur, atq; ad vlteriora intelligenda aditum præcluderet;

Quod & ego, cum eiusdem artis studio initiarer, in me ipso expertus fuerã dum legentem Ioannem Antonium Pisanum, in Neapolitana Academia audirem, ignorata enim vel morbi alicuius, vel humani corporis partium voce aliqua, in reliquis omnibus cęcutire videbar, atq; ob id vehementi męrore angebar, donec ab eodem Pisano, eiusdem vocis significationem domi edoctus, cętera omnia prospero flatu, claraque intelligentia prosequutus fuissem. Non erit igitur deinceps medicinæ sectatoribus insudandum, in inuestigandis medicarum vocum significatis, ex Græco potissimum fonte desumptarum, quamuis Græcarum literarum prorsus sint imperiti cũ hinc tum Græcorum omnium, tum Latinorum, tum Arabum voces medicas


vocum-


vocumq; depromptas ſignificationes, nullo labore, haurire poſſint. Hoc itaque opus, diuturnis meis lucubrationibus editum, Illuſtriſſime Senatus, hilari fronte ſuſcipias, atque vbi quantus vtilitatis cumulus medicæ rei ſtudioſis, ex eo accreſcat, cognoueris, me ad maiora in tui honorem, eorundem commodum & beneficium, in ſingulos annos, excudenda eriges; Deus Opt. Max. in dies Neſtoreos vos ſoſpitet, & incolumes reddat.

Bartholomæus Caſtellus, veſtrum
omnium ſtudioſiſſimus,
filius, & ciuis.

AV-

AVTOR LECTORI MEDICÆ REI STVDIOSO.





IHIL arduum, aut laboriosum vnquam existimaui, quod è re tua foret, studiose Lector, cum nihil mihi iucundius à primœua ætate visum fuerit, quàm cæteris prodesse; non enim nobis solis nascimur sed posteris, iuxta illud, Homo homini Deus; Cùm igitur experimento comprobauerim, eos qui rem medicam sectantur, non tàm sapientiæ, quàm lucri studio, cum primum humaniores literas superarint, vixq; è primis Grammaticæ rudimentis emerserint, in altum Philosophiæ & Medicinæ pelagus, se ipsos sponte insinuare, ignoratis vtriusq; scien-

ſcientiæ vocibus, quæ prima elementa cenſentur; & cęco ductore, in vaſtiſſimum ſciẽtiarum campum, & inextricabilem labyrinthum, citra Ariadnæ filum, (quo remeare poſſent) ingredi, Græcaſque literas, unde omnis ſcientiæ, tum præſertim medicæ rei cognitio, & rerum & vocum proprietas ortum duxerat, à primo certe limine inſalutatas deſerere; quo fit ut neceſſe illis ſit, in reliquo medicinæ curriculo, cæcutire; Propterea tantæ temporis calamitati conſulens, nullique meo labori parcens, annis ſuperioribus id oneris aſſumpſi, ut ſcholares meæ fidei & doctrinæ commiſſos, primum medicinæ elementa, rudimenta, principia, & voces edocerem, tum demum ad ſupremum eiuſdem facultatis apicem virtute cõnixos deducerem, ut hinc & medicarum vocum, & univerſæ artis cognitio illis facile pateret, nec eſſet quod in re exigua, ac vo

cum

cum significatione illis immorandum esset, sed vltro ad altiora, eiusdē facultatis axiomata, cognitis vocibus, possint assurgere, quamuis Græcarum literarum essent prorsus ignari. Nec ignoro, id laboris à Doctissimo Manardo, Ioanne Gorræa, cęterisque assumptum fuisse; ab illo tamen intempesta morte intermedia, inexpletum; ab hoc completum quidem, sed literis Græcis scatens, non omnibus, aditum adapertum derelictum, nisi Græci idiomatis peritissimis, qui non nisi paucissimi reperiuntur, intelligo. Neuter adhuc ex Galeni Hippocratisque autoritatibus (vt mei instituti est) vocū significationē haustam, adduxit, sed sua sponte vt quisque interpretatur, intellexit. Nec in eorum ego sum genere, qui ne olus quidem in foro empturi sunt citra definitionem, nec alicuius vocis significationem admittunt, quin illius essentiam, quidditatiua

(vt

(vt vocant) definitione perscrutati fuerint; Mihi solum satis superque fuit, etymon, et vocis cuiusque significatum ex Hippocrate vel Galeno desumptum, succincto sermone explicare, ut ij qui acutius vocis intelligentiam introspicere voluerint, ex ijsdem autoribus, ad quos Lectorem remittimus, eam facile consequantur. Monitum adhuc te cupio Lector, (ne quid in hoc opusculo desiderari existimes) me hic simpliciũ, & spõte nascentiũ é terra corporum, significationẽ non allaturum, cum eorum omnium, ab exercitatissimo Matthiolo, iuxta singularũ nationũ voces singulares, quæ in vsu apud eas sunt, in suo de Simplicibus volumine maximo, nomina recensita, & declarata fuerint. Quin & forte inuidiæ stimulis actus, ad hoc opus elaborandum deductus sum, cum suarum propriarum vocum, & terminorum, (quos logici vocant) significationes,

tiones, suo quæque scientia Lexicon profiteatur, vt hinc Lexicon Iuris, hinc Lexicõ Theologicum, in vtraque facultate celebratissima habeantur; æqua igitur ratione, & Lexicon Medicum institui fas erat, ne tanto bono, ars medica spoliaretur. Nostro igitur labore, in tuam gratiam suscepto, studiose Lector, vtere. Vale.

Messanæ 1598. Idibus Septembris.

IN-

IN CASTELLIANVM LEXICON.

N. Antonini Colossi Carmen.

DEdalus haud tantũ fert nominis, implicuisse;
Stamine quàm cęcas explicuisse domos.
Non laus Aeetę seruasse penatibus aurum
Phryxęum; Aesonidæ sed retulisse datur.
Atlas Hesperidum vigili pomaria clausit
Angue, sed Alcides aurea mala tulit.
Ille quidem summo me iudice dignus honore est;
Qui, quid habent vsus optima quæque, docet.
Scilicet inuentum primus qui cuderit aurum:
Murice qui tinxit vellera purpureo:
Quique in Erythęo proiectis littore baccis,
Instituit torques excoluisse nurus.
Quãtum igitur laudis diues CASTELLE, mereris.
Qui tot primus opes, tot bona prima doces.
Non etenim herbarũ, et lapidũ quod munus, et vsus,
Sed quæ uerborum est vis, ratioq; doces.
Dædaleos nexus filo, ambagesq; resoluis,
Auratos villos, aurea poma refers.
Dędalus, Alcides, tibi cedant, cedat Iason:
Te magis his etenim laus diuturna manet.

Ad Lectorem.

Transtulit in Zãclem veteres CASTELLVS *Athęnas,*
Lector habes Phrygiã hic Pergamõ, atq; Rhodõ.

A N-

ANNIBALIS BVFALI art. med. doct. ad Lectorem Carmen.

QVæ Galenus habet, quæcũq; vocabula magn'
Continet Hippocrates, & bene noſse iuuat.
Nomina morborum, ſymptomata, multaq; lucem
Quæ præſtant medicis non ſine fruge libris.
Hæc tibi CASTELLI *ingenium, doctuſq; libellus*
Edocet, & cuiuis commoda multa parit.
Cui ſtudioſa cohors pro tanto munere grates
Reddat, ut impreſſis nobiliora paret.

MVTII FERRARA Art. Med. Doct. Epigramma.

HIppocrati debet, debet Medicina Galeno,
Vni CASTELLO *debet at illa magis.*
Nam ueluti Alcidem ducentia fila ſequutum
Fama eſt ambiguas, iſſe rediſse vias.
Sic dubia is Veterum, perplexaq; dogmata ſeruans,
Explicat hęc, claris nominibusq; refert.
Cæcas ambages, labyrinthos arte reſoluit,
Et verum ex vero verius ipſe legit,
Quantum quiſq; potens medica re, debeat iſti,
Si noſſet, meritum proſequeretur opus.
Continuo edocuit, dignatus Apollinis artes
Altior humana mente, honor vnde ſibi eſt.

LEXI-

LEXICON
MEDICVM,
HIPPOCRATIS, GALENI, ET AVICENNAE.

Autore

BARTHOLOMÆO CASTELLO
Theologo, Philosopho, & Medico Messanensi.

 **A** 


BAPTISTA, terebella est, qua in fracturis capitis, quę vsq; ad Cerebri membranam peruenerunt, quãdo id quod contusum est, excidi debet, vtimur, Cui terebellæ, ne dum Medici eam audacius tractãtes duram membranam quæ ossi substernitur, violent, supra eius acutam cuspidem, circulum quendam, siue labrum, siue supercilium, parum extans efformant, quem ab argumento abaptistam, vocant, 6. meth. cap. 6.

Abarticulatio, idem est, ꝙ dearticulatio, idest ea naturalis ossium coniunctio, quæ euidentem motum

habet, sicut coarticulatio, est ea naturalis ossium cõmissio, quæ exiguum & obscurum aliquando, aliquãdo nullum motum præsefert, 2. de artic. 8.

Abdomen, sunt duo musculi recti, & carnosi, qui à pectore, ad ipsa pubis ossa perueniunt, qui sibi cohærẽt, coalescuntque, & quòd conflatum ex ipsis est, Græci Epigastrion idest abdomẽ nominarũt, 6. meth. 4. quod & Hypogastrion vocant, 6. de vsu par. cap. 4. estq́; cõmune omnium viscerum operimentum 1. de semine, cap. 15. quod abdomen his tribus partibus constat, hypochundrijs, locis ad vmbilicum attinentibus, & imo ventre, 2. aphor. 35.

Abductiones, quæ & abruptiones, apagmata, & apoclasmata dicuntur, fracturæ sunt, quæ propè articulum, per totam ossium crassitudinem fiunt, ita vt à se plurimum distent, quas recentiores caulatim factas fracturas nuncupant, co. 3. in lib. Hipp. de his quæ in medicatrina fiunt, 31.

Ablatio totum illud tempus, paroxismi febrilis est, quod post statum est, qualicunque natura præditum, siue id ad integritatem veniat, siue non, quod & remissio, interuallum, declinatio, & submissio dici solet, lib. de morb. tempor. cap. 6.

Abluentia, & abstergentia medicamenta sunt, quæ succum mordicationem facientem, leniendo euacuant, 1. de simpl. med. fac. cap. 37. & lib. 2. cap. 14.

Abolitionem pulsus vocamus, cum eleuatis, & mox applicatis digitis inuenimus in singulis applicationi-

tionibus motum deficientem, longe enim abest pulsus abolitio, à pulsu deficiente, illa enim est velut defectus, vt sensus quidem indicat totius functionis, hic dimidiatæ amissio, 2. de caus. puls. cap. 3.

Aborsus est imperfecta fœtuum emissio, vt cumq; facta fuerit, quam Hipp. nunc amblosin, nunc perditionem, nunc apophthoram vocat, & medicamenta id præstantia amblotica, idest, abortiua, com. 1. in 6. de morb. vulg. 2.

Abrasa sunt, quæ aposyrmata Græci vocant, suntque vlcera quæ mollem & suspensam habent cuticulam, 1. de compos. med. per gen. cap. 12.

Abrasio intestinorum, est vlceratio partium quæ in superficie intestinorum constat, qua earundē partium elici ramenta solent, 3. de ratione vict. in morb. acut. 33.

Abruptio, vide Abductio.

Abscedentia corpora, siue quæ absceßerunt, vocat Hipp. omnia quæ cum corpus secundum naturam se se habet, vel vnita aliquibus aliis partibus sunt vel eas attingunt, cum præter naturam affectum eſt unionem vel contactum non amplius seruant, Expansa autem vocat quæ plurimo interuallo inter se distant, id quòd duobus modis fit, vel in toto, vel in labris tātum, 2. de his quæ in medic. fiunt, 25. vide apostasis.

Abscessio apud Hippoc. id est, quod ego soleo continuitatis solutionem appellare, & membra quæ ita affecta sunt, abscedentia vocat, tamet si una quadā

species huius generis sit, quam proprie abscessionem & abscessum, idest, apostasin & apostema nuncupāt, lib. de his quæ in medic. fiunt in argumento operis.

Abscessus, tumor est præter naturam suppuratus, non consueto & bono pure, sed in corruptionem quādam aliam tendente, lib. de tumor. cap. 3. aliquando Hippoc. *nō eos solos abscessus vocat, qui per effluxionem fiunt, sed etiam cū alius transit morbus in aliū, com. 2. in 1. de morb. vulg. 21. Abscessus est corporum ex phlegmone in pus trāsmutatio, lib. finit. med. fol. 97. Abscessus etiam appellat* Hippoc. *qui excretione noxiorum humorum sunt facti, ne dum qui decubitu, com. 1. in 3. de morb. vulg. 4. vide* Sinus.

Abscissio quæ & Apocope dicitur, siue morbus ex abscissione est, qui citra declinationem soluitur, & terminatur, vel propter ægrotantium imbecillitatem, vel propter morborum fortitudinem, tandem cum morbus supra vires existit, quòd mortaliū morborum est proprium, de totius morb. tempor. cap. 1. & 5.

Abstergentia, vide Abluentia.

Abuacuatio, euacuatio est, aut corpori plus æquo plethorico conueniens, quæ hypercrisis seu superuacuatio dici solet, aut quæ per patiētem particulam fit. In arte parua, cap. 95.

Acamatos media est omnium simpliciter membrorum figura, quasi sine fatigatione dixeris, 2. de motu muscul. cap. 1.

Acan-

Acantha est spina seu spinæ apex, quem natura in spondylis dorsi est machinata, ex medijs partibus postremis, quæ esset velut vallum quoddam ante spinã totam oppositum, quod prius ipsum contunderetur, ac comminueretur, modisque omnibus afficeretur quam ad vllum spondylum noxa perueniret, 12. de vsupar. cap. 15.

Accessio est deterius tempus totius circuitus, quod est à primo insultu morbi, vsque ad tempus consistendi, siue per tertium, siue per quartum, siue quotidie fiat, 1. aph. 12. quæ & paroxismus dicitur.

Accidens aliquando passionẽ significat, idest, ipsã operationis læsionem, de different. morb. cap. 7. quæ constitutionem vnde actio nascitur, necessariò sequuntur, sanis quidem nobis accidentia, ægrotantibus symptomata dicũt, 1. meth. c. 9. Non accidentia verò vocãt recẽtiores Medici ea quæ nõ existunt, vt dolore vacare, & huiusmodi, com. 1. prognost. 27.

Accommodatum in corpore dicitur, id quòd quando vnicuique rei seruatur, iuste quodlibet se se habet ac disponitur, 1. de fractur. 2.

Acerbum id omne dicitur, quod linguę nostræ admotum, valde desiccat contrahit, & in multam profunditatem vsque, illam exasperat, sicut pyra sylue-stria immatura, ab austeris sola intentione dũtaxat, diuersum, 1. de simplic. med. fac. cap. 37.

Acetabulum, est illud cauum ossis extremi quod capita alterius ossis altius excipit, quod & Cotyle

dicitur, lib. de ossib. in prohęmio, Acetabula ad huc sunt, vasorum & venarum quę ad matrices perueniunt orificia, quæ & Cotylidones dicuntur, quibus fętus matrici alligatur, per quæ velut per truncos quosdam fœtus ex matrice trahit spiritum & sanguinem, 15. de vsu par. cap. 5. non secus ac Polypi acetabulis quicquid attigerint; corpora enim vasorum sunt polyporum acetabulis per quam similia, ut nomine etiam non alio appellentur, lib. de Semin. cap. 7. per quæ etiam vasa singulis quibusque mensibus excrementitius sanguis in vuluam deriuatur, ibidem, quamuis nō nulli homines vuluam acetabulis carere dicant, lib. de vuluæ dißect. cap. 10. plerunque profundos sinus, magnis superciliis circundatos, tum Hippoc. tum alij, acetabula nūcupare consueuerunt, 1. de articul. 21.

Acetabulares vuluæ eminētiæ, sunt tumores vasorum vteri, quos prægnationis tempore adnatos habet, quales etiam recto intestino esse in hæmorrhoidibus solent, lib. de vuluæ dissect. cap. 10.

Achinesia est media quies, quæ inter systolem & diastolem pulsus, intercedit, 1. de differ. pulſ. cap. 7.

Achlys est circa totum nigrum oculi à superficiaria vlceratione cicatricula tenuissima, aëri caliginoso assimilis, lib. Introd. cap. 5.

Achores sunt manātia vlcera cutis capitis, tenuissimis foraminibus cutem perforantia, ex quibus glutinosa effluit sanies; huic morbo affinis est Fauus, seu Cerion,

Cerion, in quo foramina sunt, quam in illis maiora, melleum humorem continentia, lib. de remed.parat. facil. cap.5.lib.de tumorib.cap.15.1.de comp.med. loc.cap.8.quę uulgus uocat Tigna, Arabes sahafati.

Achrous, idest, decolores homines, 4. de ratione vict. 115.

Aciam vocat Hippoc. *filum per foramen acus traiectum, quo vel partes corporis dißectas inter se committere, vel caput fasciæ subiectis partibus, assuere consueuimus; Nodum verò vinctionem, quę ex fascijs inter se connexis fit, com.2.in lib.de his quæ in medic. fiunt 7.*

Acida bilis, quid sit exemplo ostendit Galenus, vinum quidem dulce (inquit) quod non dum ab vuis sit expressum feruens & alterascens ex eo quem in se habet, calore, intelligimus, ex cuius mutatione duo proueniũt excremẽta, alterum leuius magisq; aëreũ, quod florem, alterum grauius, ac magis terreum, quod fæcem vocant, horum alteri flauam bilem, alteri nigram assimilamus, quando non eandem habent hi succi speciem, cum animans naturæ opera regitur, qualem cum præter naturam se habet, sępe exhibent, quippe flaua quæ est, efficitur vitellina, ita enim nominant, quoniam ouorum vitellis tum colore, tùm crassitudine sit assimilis, nigra vero longè malignior, ea quoque quam quæ naturalis est redditur, nomen tali succo nullum est insitum, nisi quod aliqui vel radentem eum, vel acidum appellarunt, quoniam acris

in morem aceti fit, & corpus animalis radit, & terram si supra eam sit effusus, quandamq; cum bullis, veluti fermentationem ebullitioneq; excitat, vbi aduentitia putredo nigro illi succo naturaliter se habenti accessit; plerique autem id quod è tali succo naturaliter se habet quod & infra deijcitur, & sæpe supra fluitat, atrum vocant succum, non atram bilē, quod vero ex vstione quapiā in acidā migrauit qualitatē, id atram nuncupant bilem, 2. de natur. facult. cap. 9.

Acida pituita est quæ omnino cruda est, omnimoda autem cruditas intelligēda est, quæ in ea concoctione incidit quæ in venis agit; non aūt in ea quæ primæ est quæq; in vētriculo perficit, 2. de natur. facul. c. 9.

Acinosa tunica oculi, vide Rhagois tunica.

Acinus, vide Staphyle.

Acmastica febris est quæ cōtinuo crescēdo pcedit vt Epacmastica q̄ decrescēdo, Homotena vero q̄ simile seruādo calorē ad finē vsq; terminatur, 9. meth. 4.

Acmem, idest, maximam exercitationis & motuū intentionem Græci vocant, 2. de sanit. tuenda, cap. 2. sic etiam ætatem integram, & summum corporis robur significat, inde translata est vox tum ad alia omnia, tum ad morbos, sic enim medici tertium totius morbi tempus appellant, in quo summum habet vigorem, 1. aph. 13. quam mediam ætatem Leonicenus vocat eodem aph. Constitutam, alij constantem, alij subsistentem, quę media est inter senes et iuuenes 1. de sanit. tuenda, cap. 2. & 6. de sanit. tuen. cap. 6.

Acopa

Acopa medicamẽta quæ copon. ideſt laſſitudinem ex multo vehementiq; motu corporibus vel toti, vel particulis obortã tollunt appellamus, cæterum poſtea à medicis in vſu fuit et ſi non ad laſſitudines medicamen ab ipſis ſit cõpoſitũ, ſed vel ad dolorẽ diuturnum in alto corporis latentem, vel motũ difficilẽ, vel ſenſum ſtupidũ, vel particulæ duritiẽ, vel tenſionẽ, vel tumorẽ ſcirrhoſum, appellare ſimiliter Acopa, modo humidã conſiſtentiam Acopis ſimilem habeant, 7. de compoſ. med. per gen. cap. 11. etiã ſi gratia vehementer calfaciendi aßumãtur, 7. de cõpoſ. med. local. c. 1.

Acor eſt ructus quidam acidus ex præſentia ciborum corruptorum in vẽtriculo, 5. de vſu part. c. 4.

Acordius homo, ideſt, ſecors quod apud eos duntaxat intelligas qui principatum animæ in corde ſtatuunt, 3. de placit. Hippocr. & Plat. cap. 4.

Acoſmia, vide Ataxia.

Acriſiæ vocabulum ab Hippoc. dupliciter vſurpatur, vel cũ omnino iudicium nullum futurum ſit, aut prauum, com. 2. in 1. de morb. vulg. 46.

Acrochordõ verrucarũ gen⁹ dolẽs eſtq; exort⁹ orbicularis, anguſtam obtinẽs baſim lib. introd. fol. 97. quam vocat penſilem verrucam, 2. meth. 2.

Acromion ea eſt cõpactio, qua os ſcapulæ à ſpina tenue inchoatũ, paulatimq; plenius effectũ, ad Acromij locum peruenit, ibiq; iugulo cõnectitur, Alij præter hæc ambo quæ coniunguntur tertium os eße inquirunt, quod in hominibus ſolum deprehenditur, idque

idque Cataclida & Acromion appellant, lib. de offibus, cap. 14. quod etiam summum humerum vocat, 13. de vsu part. cap. 10.

Actiones Prisci omnes actiuos motus nominãt, sicuti omnes motus qui naturaliter se habent nisi actiui sint pathemata, idest, passiones Græci vocant, 2. meth. cap. 3.

Actu aliquid tale esse, ex aduerso est ei quod est facultate, vel potentia, 1. de simpl. medic. facult. cap. 9. at quod energia siue actu calidorum, frigidorum, humidorum, siccorum, vnum quodque tale esse dicitur; uel quod summam habet eiusmodi qualitatem, vel vincit in eo id genus qualitatum aliqua, vel quod ad cognati generis mediocre aliquid, vel quod ad vnũ quodlibet à nobis est collatum, 3. de temp. cap. 5.

Acuta exercitatio est cuius celeres motus sunt, 5. de sanit. tuen. cap. 3.

Acutus morbus est qui ob sui magnitudinem, & casuum vehementiam ad summum vigorem celeriter properat, 2. aphor. 23.

Acutus simpliciter morbus est, qui intra quartum decimum diem integrè iudicatur, Acutus vero ex decidentia vsque ad quadragesimũ terminatur, 2. aph. 23. Per acutus vero morbus qui ad septimum vsque diem extenditur, qui longius procedit simpliciter acutus. Exactè peracutus, est qui quartum diem attingit, non exactè qui septimum; Exactè acutus qui decimum quartum, non exactè qui vigesimum, quod au-

tem

vem ex delapsu acutum ad quadragesimũ, 2. de dieb. decret. cap. 12. quem acutum ex delapsu, siue ex decidentia vocat Hippoc. acutum adauctum, & acutũ ex conuersione, 3. progn. 10. & 1. progn. 25. acutas etiam simpliciter vocat eas febres quæ maxima ex parte continuæ sunt, 2. de cris. 12.

Acutus ex decidentia, vide Acutus simpliciter.

Acutus adauctus, vide Acutus simpliciter.

Acutus ex conuersione, vide Acutus simpliciter.

Acuta febris, vide Acutus simpliciter.

Adedëtes, 1. phagedenæ, lib. de aër. aq. & loc. cap. 2. vide Phagedenæ.

Aden, 1. glandula, cõuolutio quedã est sicca, et carnosa, vel carnosa conglomeratio, lib. finit. medic. fol. 97. eundem adenem corpus carniforme vocat quod utique velut cuneus quidam, vasorum diuisionibus incubans fulcimentum ipsis tutum suggerit, vt à nullo violento casu afficiantur, 4. de vsu part. cap. 20. quem adenem Thymũ uocat, 6. de usu part. cap. 4. adhuc & adenam, seu glandulas vocat carnosas partes raras, & spongiosas quæ in alis, inguine, & collo sunt, 13. meth. cap. 5.

Adeps, qui & axungia dicitur, differt à pinguedine, quod ille crassior sit, animantibusq; totam naturam terrosiorem habentibus prouenit, velut humidioribus pinguedo; At tu si voles oleosam & pinguẽ in animalibus substantiam omnem, adipem appellato, vt plerique medici, sed & pinguedinem appellare to-

re totum hoc genus licet, 11. de simpl. med. fac.

Adiapneustia, idest impedita perspiratio, 11. metho. 10.

Adiunctio, vide Appositio.

Adiutorij os, idest, os humeri, quod maximũ omnium est, femore excepto, lib. de ossib. cap. 16.

Adnata tunica, quæ & agnata, vide Rhagois.

Adstringens, vide Attrahens.

Aegilops, siue Anchilops, arabibus algaras, abscessus quidã est ad angulũ oculi qui naribus propior est, pus continẽs quod erumpens aut os exedit aut ad angulũ, vel vsq; ad nares destillat, lib. qui introd. dicitur, cap. 15. & 5. de cõpos. medic. loc. cap. 2. & lib. de remed. paratu facil. cap. 12. quod vlcus si neglectum fuerit in fistulam desinit, lib. de oculis, cap. 9.

Aequalis ad pondus temperatura est in omnibus animalibus, & stirpibus ea quę ex pari elementorum commixtorũ spectatur mole, non quę tum animalis tũ stirpis naturæ conuenit, conuenit enim alijs vt humidum sicco, & frigidum calido præponderet, sicque æqualis temperatura ad iustitiam est, non quæ pondere, & mensura, sed quæ eo quod pro dignitate cõuenit, æqualitatem, explorat; animalia enim, & stirpes, optimam, mediamque habere in suo genere temperiem dicemus, non vtique absoluto sermone, cum paritas exacta contrariorum in ijs non sit, sed cum ea mediocritas, quæ ad potestatem refertur, his adsit, 5. de temp. cap. 6.

Aequalis inæqualitas dicitur, non in pulsibus modo sed alijs prope omnibus quæ pristinam naturam immutãtia siue magnitudine, siue qualitate æqualia vel inęqualia capiunt incrementa, nam quatenus æqualitatem cõmutant vocentur inęqualia, sed quatenus æquam semper mutationem assequuntur æqualiter dicantur mutari, sed quę vt pristino constant statu, nec accipiunt parem mutationem, hæc semel inæqualia vocantur, 1. de differ. pulſ. cap. 11.

Aequalis morbus est, qui æquales habet motus, cum non ut inæquales morbi aliquot diebus uehemẽtiores fuerint postea sine aliqua significatione torpuerunt, deinde rursus adaucti continuitatem acceperunt, sed perpetuò sibi constant quo argumento ab Hippoc. dictum est continuorum morborum & æqualium acutiem non posse vltra diem decimum quartũ protendi, 2. apho. 23.

Aequalis pulsus est, cum omnes ictus æqualem inter se seruant proportionem, ita vt secundus respondeat primo, & tertius secundo, è contra dicitur inæqualis, 1. de differ. pulſ. cap. 10.

Aequiuoca sunt quæ non sunt vnius generis, quæcumque enim nomina vnam specim in multis singularibus significant, vniuocè de ipsis dicuntur, quæ verò de multis diuersis specie ea æquiuocè nuncupantur, & res quæ ipsis subijciuntur ab ipsisque significantur æquiuoca sunt, comm. 3. in lib. de his quæ in medic. fiunt 24.

Aero-

Aërosis quasi Aeratio, vel sanguinis attenuatio, vel inhalitum solutio, est custodia vel conseruatio, vel rastauratio spiritus deperditi ex respiratione & transpiratione, & qui ex sanguine attollitur, vapore, 11. metho. 3.

Aëruginosa bilis, quæ æruginі similatur, vide Bilis pallida.

Aëthiologica siue pathologica medicinæ pars est in qua ea quæ præter naturam sunt inquirimus, morborum causas, accidentium concursus, affectuum statum, lib. introd. cap. 7.

Affectio sanguiflua est, in qua vehemẽter multum sanguinis profunditur, com. 2. in 6. de morb. vulg. 14.

Affectus præcordialis, vide Affectus flatuosus.

Affectus melancholicus, uide Affectus flatuosus.

Affectus grauis dicitur, aut propter præcellẽtiam partis, aut propter affectus magnitudinẽ, aut propter ipsius cacoëthiam, 4. meth. cap 6. spectatur autẽ affectus magnitudo tripliciter ex læsę actionis præstãtia, ex propria affectus essentia, & ex facultate quæ læsum corpus gubernat, 7. meth. cap. 12.

Affectus flatuosus precordialis et melancholicus est, quo ijs qui inclinante ætate plurima venere vtũtur, inflatur, & tumescit venter, com. 3. in 6. de morb. vulg. 12.

Affectus implicatus est, in quo multæ sunt affectæ partes, nam potest idem homo non solum laborare ex thorace sed etiam ex pulmone, ex capite, ex imo ventre.

tre, et ex iecinore, co. 2. in 3. de morb. uulg. in argum.

Affectus qui & schesis dicitur est dubia & non certa, aut firma corporis dispositio, is vero qui firmus & certus est, & quasi habitus Exis dicitur, 8. meth. cap. 3.

Affectus quos Græci pathemata vocant, passiones omnes sunt quæ in corporibus nostris fiunt prætet naturam, com. 2. in 1. de morb. vulg. 23. affectus verò siue affectionis vocabulum ab afficiendo dictum, de multis effertur rebus, sed nunc recessus in statum præter naturam significatur quales cumque ij fuerint affectus siue affectiones, lib. de cur. rat. per sang. missionem, cap. 3.

Affectus puerilis, vide Comitialis morbus.

Affusio quæ Græcè parenchyma nutrimenti dicitur, lib. introd. cap. 9. vide parenchyma.

Agathon significat apud Hippoc. idem quod idoneum, certum, stabilem, verum, & perpetuum, vt autor est Gal. com. 2. in lib. de fractu. idem verò testatum reliquit in com. lib. 2. de articulis, agathon apud veteres id omne dici solere quod in suo genere primum est.

Agerasia, i. insenescentia, lib. de marcore, cap. 2.

Agglutinatio, vide Prosthesis.

Agitatio, vide Vibratio.

Agnata tunica, siue adnata, vide Opthalmia.

Agnæa, vide Fatuitas.

Agonia est inæqualis motus ex timore & ira compositus,

positus, timore intro & ad principium tum sanguinẽ, tum spiritum vnà cum refrigeratione eorum quæ in summo corpore sunt abducente, & contrahente, ira verò foras agente, & fundente calorem, 2. de sympt. cau. cap. 5.

Agrestis lichene, ideſt, impetigo, 6. de compoſ. medic. per genera, cap. 2. vide Impetigo.

Agrypnia, ideſt, vigilia, 2. meth. 2.

Aipathia, perpetua paſſibilitas, lib. art. med. c. 8.

Alæ narium ſunt tenuia chartilagineaq; corpuſcula vtrique naſi lateri à parte inferiori adnata, lib. de oſſibus, cap. 4. quæ etiam pinnulas vocant, lib. introd. cap. 10. vocant adhuc & pinnas, 2. de loc. affect. c. 2.

Alæ aurium, vide Aures; uide etiam lib. Introd. cap. 10.

Alaria oſſa, vide Sphenois.

Ala quid ſit hinc patet, brachiũ appellatur, quod inter duas iuncturas humeri, & cubiti intercedit, totius brachij pars, ſuper humeralis verò ideſt ἐπωμὶς ſuperior humeri pars quæ ad collum uergit, nam humerus totum id, quod in dearticulatione hac apparet, vocatur, nam quod non apparet à poſteriori parte eſt os ſcapulæ, ab inferiore eſt id quod dum totum brachium attollitur, manifeſtum fit, quæ ala nuncupatur, 1. de artic. 4.

Alba uitiligo, uide Leuce, & Vitiliginum.

Albam pituitam conſueuere medici, quandam aquæ inter cutem ſpeciem, leucophlegmatiam, ideſt,

albam

albam pituitam nominare, uel quod ſit etiam aliqua pituita liuida, uel quod ſibi quidē ratione ſit ſemper alba, ſed propter mixtionem quorundam aliorum humorum, uerum mutet colorem, 7.aph.29.

Albaras, vide *Aegilops*.

Albugineus oculi humor, ſimilis albumini oui, oppoſita parte uitrei humoris exterius, ante cryſtallinū poſitus, non cōcretus, ut alij humores, ſed liquidus, in foramine tunicę vueę collocat9, ſupfluitas eſt cryſtallini humoris, ad ipſum defendendū ſua humiditate, lib. de anat. uiuor. uide Hyaloides, et Cryſtallinus.

Albugo cicatrix eſt craſſa, & profunda, ulceri inducta, lib. finit. med. non quacunque corporis parte, ſed ſolum in Iride oculi, lib. Introd. cap. 17.

Albula, uocant aquas aluminoſas, 8. meth. 2.

Alexipharmaca medicamēta ſunt, quę deleteria, ideſt, lęthalia uenena, intus aßumpta euacuant, 5. de ſimpl. med. fac. cap. 18. & 1. de ſemin. cap. 16.

Alexiteria medicamenta ſunt, quae uenenatarum beſtiarum ictus, aut uenena ſanant, 5. de ſimpl. med. fac. cap. 18.

Albacab eſt illud ligamentum, quod ad muſculū non extenditur, ſed cōtinuatur inter duo extrema oſſium, aut inter alia duo membra, annectendo unum alteri, firmiter ab oſſe natum, lib. de anat. viu.

Alica ex genere tritici eſt, 1. de aliment. fac. c. 6.

Alienam caliditatem uocat *Ariſtoteles*, externā nō inſitā, neq; natiuā in quocūq; rerū genere, nā hęc

coquere apta est, extrema autem corrumpere, quod est putrefacere, 2. de differ. feb. cap. 9.

Allantoides, vide Chorion.

Alopecia, capillorum defluuium est, propter vitiatos humores, sic appellata, quod vulpibus frequenter accidit, 1. de comp. med. loc. cap. 2. qua locus affectus apparet colore prorsus exangui. de remed. par. fac. cap. 6. quam etiam areas vocant, 2. meth. cap. 2.

Alphi, idest, vitiligines, ex humorum vitiositate, quæ in cute sunt, quemadmodum etiam de Lepra planum est, oriuntur, lib. de humor. com. 3. vide Vitiliginum.

Alteratio est alimenti concoctio, vsque quo in similitudinem partis quæ nutritur, transmutatur, 8. de comp. med. loc. cap. 6.

Alteratrix, vide Attractrix.

Altus pulsus, vide Pulsus latus.

Alueoli, vide Pathnia.

Aluus liquida appellatur, in qua liquida deijciuntur, com. 2. in 1. prorrh. 3.

Amara bilis, ea & pallida, & flaua dicitur, 2. de differ. feb. cap. 1. vide Bilis pallida, & Picra.

Amaurωsis est totius in oculo lucis impedimentũ, acutis morbis accidens quę est imbecillis facultatis animalis signum, com. 2. in 1. prorrhet. 11. 20.

Ambas, vide Ambonę.

Amblotica medicamenta, vide Aborsus.

Amblyopia est uisus hebetudo, in qua oculi nec

phlegmo-

phlegmone tenentur, nec influxu torquentur, nec ulcerati sunt, nec aliud quiduis mali perpessi, 5. de simplic. med. fac. cap. 23.

Ambonæ sunt margines, siue labra, siue supercilia cotylarum, & cauitatum, 2. de usup. cap. 17. quas quidam masculino, quidam fœminino, ambas appellant, 1 de artic. 10.

Ambusta sunt, quæ igne vel ardenti aqua comburuntur, ita ut bullas aliquando excitēt, 9. de simplic. med. facul. quę etiam ambustiones vocantur, 11. de simpl. med fac. constat autem si quis in aqua ferventi ustus fuerit, hunc etiam affectum Pyricauton, idest ambustum igne, nominari, 1. de comp. med. per gen. cap. 4.

Amentia, vide Anęa.

Ametria est à iusta tēperie recessus, 2. meth. c. 4.

Amiculum, vide Chorion.

Ammata, fascias Gręci uocant, quibus uenter pectus, costę, lumbique alligantur 3. de sanit. tue. c. 2.

Amnium, vide Chorion.

Amolyn̄ta, idest, non inquinantia medicamenta, similia his quę propriè epithemata dicuntur, 7. de comp. med. per gen. cap. 11.

Amphiblestroide seu retiformis, idest, uerrucalis tunica, quę à cerebro ad oculos profecta, uitreum, & crystallynum humorem ambit. cuius tunicæ figura in latum diffusi, atque expansi nerui verriculo similis apparet, de placit. cap. 5. uocant ipsum non nulli pro-

li propriè tunicam retiformen, quod figura quidem reti sit similis, cęterum nullo pacto est tunica, neque colore, neq; substantia, sed si exemptum ipsum reposueris, in unum aceruum conijciens, tibi plane uidebere uidere Cerebri portionem quãdam exemptam, 10.de usup.cap.2. uide Choroide.

Amphimerina febris est, quae singulis diebus accenditur, atq; intermissione finitur, idem enim est ac quotidiana simpliciter, nulla alia sermoni adiectione facta, eam uerò quae intermissionem non habet, non Cathemerinã, ut quidam, sed quotidianam continuã, uoco, 2.de differ. feb.cap.7.

Amphismela, est instrumenti genus, quo anatomici secant corpora, 6.de anatom.adm.cap.10.

Amuleta medicamenta, quae Graeci Periatta uocant, sic appellantur, quod de collo suspendantur aut alicui corporis parti alligentur, lib.de remed.par.fac. cap.1. quae qualitatis familiaritate attrahunt, idest, potius essentię similitudine, 5.de simplic.cap.17.

Amygdalæ, uide Paristhmia.

Amylum, ex tritico cibus, 1.de alim.fac.cap.8.

Anabatica, uide Continua, & Epacmastica.

Anabrosis quae & Diabrosis dicitur, est solutio continuitatis in osse, uel uase aliquo, ex erosione, 5. loc.aff.5. uide Diabrosis.

Anacollemata medicamẽta sunt restringentia fluxiones oculorũ, de remed.par.fac.c.10. quę frõti, & temporibus imponuntur, 11.de simplic. med.fac.

Ana-

Anadiplosis, est accessionum reduplicatio, lib.de Typis, cap.4.

Anadosis, est nutrimenti per uenas transitus, quod idem est ac digestio, seu distributio, differens à Diadosi, quod sit translatio, traditio, uel porrectio in singula simplicium & inuisibilium neruorum, & arteriarum, nutrimento à lateribus illorum uasorum attracto & translato, 2.de nat.fac.6.

Anœa, siue amentia, est ratiocinatricis functionis ueluti paralysis, lib.de sympt. differ.cap.3.

Analeptice est renutritoria refectoriaq; uocata, uictus ratio, 7. meth.6. inde analepsis, idest resumptio, lib. de marcore, cap.9.

Analogismus, est comparatio, & perceptio causarum inuātium per similitudines, ad Thrasib.cap.11. siue Analogismus est ratio, quę ab euidenti auspicatur, rei obscurę faciens cognitionem, 1.prognost.6.

Anaplerotica medicamenta sunt, quę cicatrices crassant, quęq; alta vulnera complent, & lympidāt, lib. de Dynamid.

Anasarca, quae, & Catasarca, Hyposarcidium, et Episarcidium dicitur, Hydropis species est, in qua humidi substantia tenuis copia, in tota inferiore thoracis regione aceruatur, habitusq; totus pituitę plenus redditur, 4.de rat.uict.111. diciturque anasarca, quod per carnem ille humor fluat. lib.finit.

Anastoechiosis, quasi reelementationem dixeris, est colliquatio, seu resolutio, seu dissolutio, aliquādo

totius corporis, aliquando succorum, qui in uenis sũt, duntaxat, quod autem ex ea colliquatione prouenit, aliàs ad uentrem confluit, aliàs ad urinas, aliàs ad sudores pellitur, 3. de sympt. caus. cap. 2.

Anastomatica, idest, aperientia medicamenta, quæcunque uasorum oscula aperire apta sunt, extergendo, incidendo, obstructiones tollendo & diuidendo: differuntque à rarefacientibus, quę cutis tantum meatus reserant, 5. de simpl. med. fac. cap. 14.

Anastomosis, vide Osculorum apertio.

Anatasis, vide Catatasis.

Anatome est humani corporis, abditarumq; eius partium dissectio, & speculatio, lib. finit. med.

Anatrypsin, idest, refrictionem ueteres Græci solent appellare, non eam frictionem, quae ab inferiori parte sursum ducitur, sicut compositio uidetur significare, sed absolute omnem quomodocunque factam. Nos autem Trypsim frictionem, seu fricationem uocamus, com. 3. in lib. de his quę in medic. 25.

Anchylops, vide Aegilops.

Anchoralis processus, vide Ancyroides.

Anchyle, vide Ancyle.

Ancon, est gibbi cubitus, uel gibberi medium cui innitimur, diciturque Ancon, alterum maius ossium cubiti, quod et Olecranon uocat Hippoc. 2. de usu par. cap. 2. vide Brachium.

Ancos, siue Galianconas, eos uocat Hippoc. quibus cum augerentur eorum corpora, ex luxatione bra-

brachij in alam, os brachij breuius euasit, 3. de artic. 88.

Ancyle seu poplites sunt partes retrorsum post genua spectantes, lib. Introd. cap. 10. unde ancylas, siue ancyllas uocat difficiles artuum motus, & ligationem neruorum, & articulorum contractiones, 7. de comp. med. per gen. cap. 6. uide Poples.

Ancyroides, processus acutus exiguusq́; est in interiori parte ossis ceruicis scapulę, qui cum anchoræ, uel Coruini rostri similitudinem referat, Ancyroides à non nullis, Coracoides ab alijs nuncupatur, quandoquidem extrema eius pars uti Corniculae rostrum exterius inclinat, lib. de ossib. cap. 14. quem etiam Anchoralē & Cornicularem nominãt, 1. de artic. 2.

Aneurisma est affectio, qua os in arteria fit, vulnerata ea cum ad cicatricem peruenerit, quae ei adiacet cuti, manente uerò arteriae vlcere, ea neq; conglutinata neque ad cicatricem simul perducta, neque à carne obstructa; quo fit ut arteria sanguinem iaculetur, qui contineri non potest, lib. de tumor. cap. 11.

Angina siue Synanche, est phlegmone alijs extra collum, ut partes tumescãt, alijs intra tonsillas, ut simul partes quoque afficiantur respirationis & ęgra spiratio sequatur, lib. finit. vel breuius est abscessus ad uenas iugulares siue à glutinosa, frigidaq: fluxione, quam pituitosam uocant, siue à calida & acri, quam picrocholam biliosamq; appellaueris, quae, et Cynanchę dicitur, 4. de rat. vict. 30. Tandem Hippo.

omnes affectus gutturi accidentes, si spirationẽ quoquo modo reddant deteriorem Synāchen uocat, alijs paracynāche, alijs parasynanche dicitur, 4.loc.aff.3

Angor est natiui caloris cordis contractio, ad quā sequitur eiusdem Cordis dolor, & palpitatio, & tristitia, pessimumque est signum si in principio acutarum febrium aduenerit, lib.de humor.com.1.4.de differ. pulf. cap.3.& com.2.in 1. de morb.vulg.75.

Anguli oculi sunt interiores oculi termini, ubi palpebræ coalescunt alter iuxta nasum, iuxta tempora alter, hic paruus, ille magnus dicitur, uterque autem Canthus, dicitur, idest, angulus, lib. Introd. cap. 10. dicuntur & Hirquæ oculorum, lib.de uenæ sect.contra Erasistratum, cap.6.

Angustus pulsus, uide pulsus latus.

Anhelosi sunt qui densum spiritum habent, & simul thoracem multum distendunt, quod contingit in affectionibus, multa inspiratione indigentibus, ut à cursu aut uehementi exercitatione, & ardentibus febribus, 3.de diffic. respir. cap. 11. nunc etiam anhelationes asthmata uocat, 8. de simpl. Clarius autem inquit, qui citra febrem dense respirant, qualiter faciunt, qui uelociter cucurrerunt, ab accessione hac medicis Graecis Asthmatici, Latinis anhelosi appellatur; eosdem etiam ab alia accessione, orthopnoicos uocant, quod thoracis corpus rectum habere coguntur ob timorẽ suffocationis, quin, & stratum circa supernas partes, ad quas thorax reclinatur, sibi ipsis

erectius faciunt, ne dormientes strangulentur, 7. de compos. medic. loc. cap. 6. & 3. aphor. 26. & com. 2. in 3. de morb. vulg. 4.

Anima (apud Galenum) aut temperamentum actiuarum qualitatum est, aut ab ipsarum, temperamento alteratur, 3. loc. aff. 7. & com. 5. in 6. de morb. vulg. 5. vide calor natiuus.

Animalis motus est, qui animantium corporibus cum sana sunt arbitrio, uoluntate, ac impetu neruorum, musculorumque ministerio fit, quem medici uoluntariam actionem siue animalem appellare solent, lib. de trem. palp. cap. 2.

Animalis uirtus est, quæ ex Cerebro originem ducit, queque ex motuum uoluntariorum imbecillitate deprehenditur, ut uirtus quam ex corde prodeuntem agnoscimus, quam uitalem nuncupamus, ex pulsuum debilitate, atque ex hepate oritur ac naturalis dicitur, ex sanguineis egestionibus ab initio aquosis atq; tenuibus, postmodum uerò crassis ad modum fecis, 1. ad Glauc. 14.

Annotatio, quā Episemasiā uocant, est accessionis principiū, 2. aph. 1. dicitur ēt annotatio, siue significatio, siue simiosis, morborum dignotio ex similium ac dissimilium consideratione, ante alia artis opera, 1. de his quae in medicat. fiunt 1.

Annotatio incōpressa que becticarū febriū ꝓpriū ē indiciū, est cū puls⁹ maior statim, ac uelocior à cibo efficitur, sine aliquo horrore, dormitatione, pigritia, frige-

frigefactione extremorum, inaequalitate pulsus, aut frigiditatis, aut caliditatis, 1. de differ. feb. c. 9. vide Febris significatio.

Annotina medicamenta sunt, quae ad sedãdos dolores sensum stupefaciendo parantur, 12. meth. 1.

Anodyna, idest, Sopiẽtia medicamẽta, 12. meth. 1. eadem anodyna dicuntur, idest, indolentia quoniam dolores sedant, non tamen dispositiones penitus sanant, sed uim sentiendi obtorpescere faciunt, 2. ad Glauc. 6. sed rectius anodyna dolorem sedãtia sunt, sed facultas anodyna alia re uera est, alia tantum dicitur, tanquam si quispiam hominem mortuum dicat anodynon, quia dolore vacet, caeterum uera anodyna facultas est eorum quae primo ordine calefaciũt, si vtiq; in essentia tenui contineantur, at facultas eorum quae dicuntur anodyna, sed nõ sunt, frigidorum est, quae absoluto vtentia frigore partem obstupefaciũt, unde, & Narcotica, idest stupefacientia dicuntur, 5. de simpl. med. facult. cap. 9.

Anomaeomeres membrum est quod ex dissimilib' partibus est conflatum, 7. meth. 6.

Anorexia, idest inappetentia idem significat quod Apositia, idest, abstinentia à cibo, 4. aphor. 17. vide Apositia.

Antecedens, vide Antegressa.

Antegressa causa quae & procatarchon dicitur est quę extra corpus posita quicquam in corpore alterat, quae & procatartiça anticipans, & antecedens dicitur,

tur,quod eas quae in corpore dispositiones sunt antegrediatur, 5. de caus. puls. cap. 1. quascunque dispositiones uel motus in ipso animali pręter naturã, morborum praecedentes causas nominant, quae uerò extrinsecus adueniunt & alterant corpus atque naturam uehementer transmutant, praeincipientes appellant. in lib. de caus. morb. cap. 2. eadem primitiua, & initiatrix dicitur, 6. de loc. affect. 4. eadem prophasis et occasio dicitur co. 3. in 1. de morb. vulg. 19.

Antheridae, idest, floridæ appellatæ compositiones, 5. de compos. med. loc.

Antiade, sunt glandulae quae sibi ex aduerso in oris termino utrinque iacent, cum exfluxione in tumorem attolluntur, 3. de caus. sympt. cap. 4.

Anticardion, sic dicitur cauum illud quod sub pectore est carneum molleque ad os uentris, uocatur etiam sphage, Rufus uerò cauitatem eam pectoris quae est ad clauiculas, tradit ab Homero dici Leucaricon, à medicis uerò Anticardion & sphagen.

Anticipans morbus est, qui cum diuersis oris semper accedat, & remittat, praeuenit quidem continuò citiusq; horas persoluit, unde anticipans dicitur, siue prolepticus, qui uerò tardat hystericus siue posterius ueniens nuncupatur, lib. de Typis, cap. 3.

Anticipans, vide antegressa.

Anticnemion, vide Gastrocnemion, & Sura & Tibia.

Antichir est magnus digitus manus, qui & pollex & Pro-

& promanus dicitur, lib. de muscul. dissect. cap. 22.

Antidixis, & endixis, sunt contradictiones indicationum, & indicationes quae sunt auxiliorum inuentiones, 9. meth. cap. 7. uide Endixis.

Antidotus, medicamentum est, quod non extrinsecus impositum, sed intus assumptum malas corporis affectiones sanat. 1. de antidotis, cap. 1. mos est iunioribus medicis, antidotos appellare, non modo quę aduersus mortifera medicamenta quaeque ad morsus ictusque uenenosos exhibent, sed etiam quae contra malas corporis affectiones, praesertimque diutinas ualent ex aliquo uiscere aut abscessu consurgentes, 2. de antid. cap. 6.

Antispasis, idest, ad contrarium reuulsio, auertitur enim sanguis, atq; ad alia membra conuertitur, tũ ad proxima deriuatus, tum ad contraria reuulsus, illud Parocheteusin hoc Antispasin Gręci uocãt, 5. meth. cap. 3. uide reuulsio.

Antispatichon, idest, auxilium in diuersa reuellẽs, 13. meth. 11.

Anthrax. i. carbo, seu ulcus escarosum, cui adiungitur multũ partiũ circunstãtium inflamẽ. 6. aph. 45.

Antitasis est, cũ quę dissident ossa ad hoc ut è directo admoueantur, prius retrorsum trahuntur, hæc ad oppositum tractio Antitatis dicitur, 6. meth. 5.

Anulus ẽ recti intestini orificiũ p sedẽ prodiẽs, quo extretionẽ cũ lubet retinemus, sic dictus à figura, ab officio uerò strictor dicitur, lib. Introd. cap. 10.

Anus

Anus seu uetula, uide umbilicus, dicitur etiã anus inferior corporis pars, qua excrementa redduntur, 3. de usu part.

Apagma medicorũ appellatio propria est, quoties osis finis qua parte maximè cum alio committatur, abruptus est, 6. meth. 5. uide abductiones.

Apanthismos est subtilissima linea, quę ægrè uideri potest, quasi tu exolescentem lineolam diceres, cui simillimæ sunt uenarum quædam propagines filorũ araneæ aut capillorum modo angustę, & extensę quę uenę capillares dicuntur, lib. de dissect. uenarum, & arter. cap. 8.

Aparachyton uinum, idest, originale cui marina aqua non est admixta, 4. de compos. medic. per genera, cap. 7.

Apechema, diremptio est osis superficiaria uel etiam profunda in partibus ictui oppositis, lib. finit. medic.

Apepsia, idest cruditas, 2. meth. 2. uide Cõcoctio.

Apepta phymata solitus est Hipp. nominare cruda tubera seu tumores pręter naturam neruosa corpora uertebris ipsis atque spinali medullæ insita extendentes, 4. de loc. aff. cap. 3.

Aperientia, uide Anastomatica.

Aperistaron, idest cauum ulcus apertum, 2. de compos. medic. per gen. cap. 1.

Aphonia, idest, uocis carẽtia quę ægris solet accidere lęsis dũtaxat ijs quę uoci effor mãdę subseruiunt

instrumentis, uel etiam ijs quae respirationi deputauit natura, uel ob recentem quandam exolutionẽ & afflictionem uirtutis, 4. de ratione uict. 23.

Aphorismus est oratio, quae omnes rei proprietates breuissimis uerbis circunscribit, 1. apho. 1. quin & aphorismos definitiones appellat, 3. de his quae in medicatrina, 32.

Aphthae sunt ulcera puerorum, summam oris partem occupantia, ob mollitiem maximè facta instrumẽtorum, quae neque tactum neque qualitatem lactis sustinent, quod non paruam in se serosam contineat partem, 3. aphor. 24. ex quo habent aliquid igneę caliditatis, vel ad huc quòd infans lac non probè concoxerit, 6. de compos. medic. loc. cap. 4. & com. 3. in 3. de morb. vulg. 12.

Apices matricis sunt proceßus quidam mamillares utrinque ad latera matricis ad ilia inclinantes, à Graecis cornua matricis appellantur, per quae cornua semen à proprijs testiculis vulua attrahit, ut uirile per collum, lib. de consect. vuluae, & 2. de semi.

Apios, cibus est omnis qualitatis quae sensu deprehẽdi potest, expers, qui neque adstrictionem, neq; acrimoniam, aut aliam insignem facultatem obtinet, qualis inter humidas substantias, est aqua, 1. aliment. facult. 8.

Apnœa, idest, ablata spiratio, 2. rat. uict. 43.

Apoclasmata, vide Abductiones.

Apocope, vide Abscissio.

Apo-

Apocrustica, idest, reprimentia & repellentia medicamẽta, quę adstringẽdi uim obtinẽt, 11.meth.15.

Apodacrytica, idest, delacrimatiua, & repercussoria lacrimarum, 4.de comp.med.loc.cap.5.

Apolepsis, vide interceptiones uenarum.

Apomeli, mellis decoctum intelligo, quod nos cõficimus, aceto cum melle commisto, tantisper tamen simul decocto, quoad utrorumque qualitates inter se uniantur, & aceti uis retundatur, 3.fract.49.

Aponeurosis, sunt tendones quos musculi generãt, qui ad arctuum fines pertinent, 3.aliment.facul. 5.dicuntur autem aponeurosis quasi deneruationes, & nerueae musculorum tenuitates, 1.de anat.adm.cap. 5.quoniam musculi in eos desinunt, 1.de motu musc. cap.1.uide Neruus, Tendones, Deneruationes.

Apophlegmatismus; medicamenta quae ore colluuntur, aut dentibus manduntur, omnia una nomenclatura comprehendentes apophlegmatizonta nominant, ac eorum facultates, apophlegmaticas, 5. de simplic. 20. rectius autem apophlegmatismus est medicamentum quod pituitam per os educit, 6.sanit. tuen. cap.10.

Apophthora, vide Aborsus.

Apophysis est extrema ossis pars, seu adnata appendix, lib.de ossib. in proœmio.

Apoplexia est ablatio sensus, & motus in toto animalis corpore, 3.loc.aff.10.& 2.aph.42.vide Caros, & Paraplegia.

Apo-

Apopletice uenæ quæ & Sphagitides, & Iugulares externe, seu superficiarie Arabib⁹ Guidez manifeste uocantur, sunt que infernè ad aures utrinque singule feruntur, à quibus superficiarie ferè omnes tum colli tum capitis partes nutriuntur, 6. de usup. & initio secundi de rat. uict.

Aposcemata, idest decubitus uocantur, ille dispositiones, cum qui prius unum membrum infestant humores, eo relicto ad alterum transeunt, 2. Glauc. 7.

Aposceparnismus abscissio est ossis, cũ eius pars decussa uulnerando fuerit, fracture species, lib. finit.

Apositi, more antiquorum Grecorum, ij appellantur, qui appetentia carent, com. 3. in 3. de morb. vulg. 72.

Apositia, uide Anorexia.

Apospasmata, auulsa omnia nominãtur, de constit. art. cap. 6. que uerò continui solutiones, apospasmata, idest, auulsiones uocantur, instrumentariarum tantummodo partium, proprie sunt passiones, de differ. morb. cap. 11. uide Rhegma.

Aposphagma, uide Vnionis solutio.

Apostasis, fracture species est, que sub generalem affectionem subijcitur, que est continuitatis dissolutio, ita enim ego totum hoc genus soleo appellare, at Hippoc. abscedentia corpora, que ita affecta sunt, uocat, ut et affectio ipsa abscessio merito nominetur, tamet si una quedam species generis huius sit, quam proprie abscessionem, & abscessum, idest, Apostasin

& apo-

et apostema nuncupent, 3.de his quę in medit.initio.

Apostasis, et Metastasis differũt, quod Apostasis idest abscessus, indicationem infert, ægrumq; à molestijs omnibus liberat; metastasis autem idest commutatio aliarum habet principium accessionum, vt & aliud exigat tempus ad coctionem mali, corporis locus, ad quem infestantium humorum facta sit commutatio, 4.rat.uict.68.

Apostema, vide Apostasis, & Sinus.

Aposyrmata, vide Abrasa.

Apotherapia, nunc pro postrema parte omnis probe peractæ exercitationis sumitur, nunc pro ea medicinæ parte, quæ lassitudinem ex immodico exercitio succedentem, submouet, 3.sanit.tuen.cap.2.

Apothermus; Sapa, Siræon, Hepsema, nomina Synonima sunt, significantia mustum plurimum coctum, 1.aliment.fac.cap.13. de attenuãte vict.rat.12.

Appetitus caninus, vehemens est comedendi desiderium, quo & plurima edunt, & maxime grauati paulo post reuomant, 7.de comp.med.loc.cap.2.et 1.de sympt.caus.cap.7.

Appositio, quæ & adiunctio et Prosthesis dicitur, finis est actionis quæ ab attrahente vi perficitur, attractum enim, & adductum nutrimentum singulis partibus apponit assimilandum, 3.de natur.fac.c.1. vide Prosthesis.

Apsychia.i.animi deliquiũ, com.2.in 1.prorrhet.

20.& 1. aph.23.

Aptistus, ideſt, morbus ſine ſputo, præſertim morbus lateralis cum pars dolens exquiſite anguſta fuerit, & veluti alligans in ſe ipſa, uniuerſum fluxum cohibuerit, 2. *criſ. cap.* 10.

Aqua inter cutem, ideſt, hydrops, uel hyderos, 5. *loc. aff.* 7. 4. *aph.* 11.

Aquaticulus, qui & Pubes dicitur, & Epiſion, eſt ea pectoris pars in quem Thorax finit, vbi & maſculorum pudenda conſtituta ſunt, tum fœminarum, ad femoris utriuſque exortum, ut ſub hoc occultentur, lib. Introd. cap. 10.

Aqueus humor, qui & Albugineus, uide Cryſtallinus.

Aquoſa urina, quæ & cruda dicitur, eſt ea quae eſt alba, & tenuis, 1. *criſ cap.* 5.

Aquoſus humor, hydropis ſpecies ea eſt, quam Aſciten vocant, cuius proxima cauſa, aquoſus humor eſt partim à iecinore manans, partim à tota carne corporis veluti in aquam reſoluta, à quo aquoſo humore totum abdomen diſtenditur, qui colligitur inter Peritoneum & inteſtina, ueluti in utre quodam, unde illi nomen dedit, oppoſita alteri hydropis ſpeciei, quam Hippoc. uocat ſiccum hydropem, qui & Tympanias dicitur, vide Aſcites, Hydrops.

Aquula, vide Hydatis.

Arachnoides pulſus, araneæ ſpeciem referens, ſiue aranealis paruus eſt, ac breuis auræ agitatu mo-

netur

netur, lib. finit. med.

Aræotica, ideſt rarefacientia, 5. ſimplic. cap. 14. uide Anaſtomatica, & Rarefacientia.

Aranea tela, eſt oculi tunica, quae cum Rhetina, perfectam ſphæram efficit, circundantem cryſtallinum humorem, diciturque aranea, quia ad modũ telæ araneæ ſubtilis eſt, ne impediat lumen ingrediens ad cryſtallinum & albugineum, lib. de anatom. viu. vide Rhagois.

Arcuatus morbus, vide Arquatus.

Ardens febris, vide Synocha.

Areę, vide Alopecia.

Argemon, eſt ulceratio, quę in nigro oculi alba apparet, in albo autem ſubrubra, lib. finit. med.

Argyrite terra eſt, quę ex metallis ſumpta, pluribus paruis terrę particulis, plures paruas argenti miſtas habet, 9. ſimpl.

Ariditas eſt ſummorum pilorum lanuginoſa ſuperficies, puluere conſperſis, adſimilis, lib. finit. med.

Arithena, vide Aritęnoide.

Aritęnoide eſt chartilago larypgis, tum ordine, tum poſitione, tum magnitudine tertia, in ſuprema innominatæ chartilaginis parte, ſita, gutturnis, infundibulisq; quas Arithęnas appellant non abſimilis lib. uocal. inſtr. diſſ. cap. 4. vnde aliqui eam Aritænam vocant, 7. de uſup. 11. uide Cricoide.

Armatura conceptus; ab Arabibus Abgas, tunica eſt poſtrema tenuis toti fœtui, undique circumie-

cta, ipsius velut sudorem excipiens; quasi agninum à mollitie deducto nomine Amnion Græcis appellata, 15. de vsup.

Arquatus morbus qui & Regius & Icteros & Auriginosus, & Arcuatus dicitur, est bilis in summam cutim redundantia, interim cum febre acuta, interim sine illa, cum interiorum adustione, & stomachi vitio, lib. Introd. 5. loc. aff. 7. Clarius, Flaua bilis, quando sui seruans naturam, vna cum sanguine per totum corpus defertur; morbum facit, qui Icteros, idest, Regius appellatur, sola verò quando secreta est, & in aliquo membro consistit, herpes, 2. ad Glauc. 1.

Arteria, est membrum ortum habẽs à Corde, concauum, ut per eius concauitatem spiritus uitalis, ad omnes corporis partes deferatur, lib. de anat. uiu. differt autem à uena, quod vena sit uas sanguinem continens, non pulsans, sed arteria vas est pulsans, lib. de caus. morb. cap. 3. quondam non dum eas quæ similiter ut Cor, pulsant, arterias nominabant (in solã eam quae ex pulmone in laryngem emergit arteriã, arteriæ nomen inferentes) venas appellabant in totũ velut alias quæ non pulsant, sic etiam pulsantes, postea verò consuetudine obtinente, arteriæ appellationem in pulsantibus dici propter ęquiuocationem asperæ nomen apponentes, eam quae ex larynge in pulmonem descendit arteriam, asperam arteriam appellarunt, vnà cum hoc, quod ipsam etiam Bronchum

chum vocant, quoniam chartilaginosa corpuscula, quae plurima eius pars sunt, bronchia appellant, 7. de comp. med. loc. cap. 1. Asperæ autem arteriæ dicuntur, quae in pulmones diuisæ sunt, quae verò toto insunt corpore, quaeque ex asperis arterijs contracto Corde, spiritũ trãsumũt, læues, 7. de anat. adm. 4. & 7. de vsup. cap. 9. vide Aspera arteria.

Arteria craßa, vide Arteria aorta.

Arteria magna, vide Arteria aorta.

Arteria aorta, magna, maxima, crassa, homonyma sunt, significantia vnum omnium ipsarum arteriarum tanquam caudicem, à sinistro Cordis ventriculo propagatum, quae omnes tum sibi inuicem, tum eorum pulsandi modo respondent, 7. de anat. adm. cap. 1.

Arteria venosa est vas à sinistro Cordis ventriculo ad pulmonem procedens, ut arteria vocetur, quia pulsat, venosa autẽ quia uenæ tunica vestitur; quae uerò ex dextro Cordis ventriculo est, vena arteriosa dicitur, uena quidem ab usu, arteriosa autem quoniam arteriæ corpus est duplici tectum tunica, 7. de anat. adm. 4.

Arteriæ emulgentes, sunt duæ propagines magnę, à maxima arteria quae spinæ incumbit, profectæ, non aliter quam duae vene magnæ quę in renes inseruntur, quibus renes vrinam à sanguine secernũt & trahunt, qua ratione venæ & arterię emulgentes appellantur, lib. de dißect. uen. 5. 14. & 16. de usup.

Arteria aspera, uide Arteria.

Arteriæ leues, uide Arteria.

Arteriæ carotides, quae & soporariae & apoplecticę & subeticæ dicuntur, sunt quę inferne à Corde ad iugulum rectà tendunt, atque ad partes collo superiores distribuuntur, de dissect.art.et 16.de usup.

Arteriam coniugem vocant, non eam arteriam quæ venę est per membranas coniuncta, aut quae se tangant, sed eam quae cum alteri adiūcta sit, ad eundem usum extiterit, 16.de usup.cap.13.nusquā enim uena ab arteria relinquitur, sed ubi uas arteriosum uideris, ibi neceße est uenam etiam eße, 16.de vsup. cap. 14.

Arteriæ, & Venę Vmbilicales sūt, quæ acetabulis vteri adhærescunt, quibus fœtus in vtero alligatur, & alimentum trahit, 14.& 15.de usup.

Arteriacæ, Mos est recentioribus medicis arteriæ pharmaca, arteriacas appellare, non apponentibus, num antidotos dicant, an iux a aliud significatum, quidam uerò Electa nominant ipsa, non apponentes pharmaca, at quidam penitus nullum discrimen ipsis adscripserunt, aliqui uerò raro addiderunt, alij ad uocem interceptam, alij ad huc generalius ad uocem lęsam, sunt qui & ad exasperatam arteriam, et ad exulceratam scripserunt, 7.de comp.med.loc.cap.1.

Arteria trachea, vide Aspera arteria.

Arteria coronalis, vide Stephanicæa.

Arteriosa uena, uide Arteria uenosa.

Arthri-

Arthritis siue morbus articularis, & artuum uitium, 11.meth.20 sunt et ex genere Arthritidis, Ischias & Podagra, quod enim in omnibus articulis Arthritis est, hoc in vno, iuxta coxendicum quidē Ischiada, hoc est coxendicum morbum appellant, iuxta pedem autem podagram, 10. de comp. med. loc. cap.2. Vnde Arthriticos vocant, qui hoc articulari uitio laborant 11.meth.20.

Arthrodia, per sui oppositam Enarthrosin, clarius intelligitur, utraque enim est species Diarthroseos, idest dearticulationis; sed Enarthrosis est cum excipiens cauum admodum altum est, caputq; quod in id inseritur, ob longum, arthrodia uerò, quę cauum leniter, & in superficie & capitulum etiam depressum habet, lib. de ossibus in proœmio.

Articulus est naturalis ossium compositio, uel per diastosin, idest, dearticulationem quæ est ossium structura, quorum motus est euidens, uel per Synarthrosin, quæ est ossium manifestum motum non habentiū compositio, lib. de ossib. in proœmio. Sed rectius. Articulus est, cum duo oßa, ita inuicem coeunt, ut alterum quidem ipsorum sit quod mouetur, alterum uelut sedes quædam ei quod mouetur, & firmamētum, vt ostiorum cardinibus apparet, unde manenti cauitas, glene, idest, pupilla & Cotyle, ei quod mouetur conuexitas & condylus dicitur, inest, 1. de motu musc. cap. 9.

Articularis morbus, vide Arthritis.

Artomel, idest, iusculum ex pane, & melle, 10. meth. 6.

Artus, extremae corporis partes sunt, crura scilicet, & manus.

Arythmus pulsus est, non is qui absolutam abolitionem significat, omniq; rythmo orbatus est, sed is qui natiuo rythmo caret, cui opponitur pulsus, qui Eurythmus dicitur, 1. de differ. pulf. cap. 9.

Asaphya est uocis obscuritas, uel propter nocem explanantium organorum offensam, quam ex neruorum vitio contraxerunt, vel propter mẽtis læsionem, com. 2. in 1. prorrhet. 3.

Ascarides, & Elminthes sunt tenues lumbrici, in parte præcipuè inferiore crassi intestini progeniti, rotundi verò siue teretes lumbrici sunt, uermes qui in superioribus magis intestinis generãtur, adeo quod ad ipsum quoque ventriculum quandoq; ascendunt; latus est, qui & longissimus est, & per tota sæpe extenditur intestina, 3. aph. 26.

Ascensus morbi, augmentum, incrementum, homonyma sunt, significantia totius morbi, siue paroxismi secundum tempus, 1. cris 3. vbicunque accenditur, atque augetur caliditas præter naturam, istuc ab aliis partibus sanguinem solere confluere, quo verò tempore confluit, illas quidem refrigerari priuatas sanguine est neceßarium; quod verò patitur membrum grauari, ac distendi, ac sanguinem ipsum confluentem alterari, tum quia aliis quae iam putrue-

runt

runt superfluitatibus permiscetur, tum quia intrusum difflari non potest, atque hoc tempus accessionis principium nuncupatur, Cum verò iam caliditas materiam conuicerit, tunc hoc tempus, & ascensus & augmentum vocatur; in hoc uerò usque adeò calor augetur, ut non modo locum exurat, qui est quodammodo putredinis focus, sed etiam continuatim per totum corpus dispergatur, ac cum iam ad summum feruoris deuenerint humores accensi, id accessionis tempus consistentia appellatur, tunc verò vniuersum laborantis corpus igneum videtur, extensa per totum aequaliter caliditate, 2.differ.feb. 11.

Ascia est reuolutio fasciæ, quæ cum parum à recto declinet, in obliquum tamen non dum euadit; à fabrorum ascia, quæ paululum à recto abiens, in summitate decuruatur, dicta 3.de fract. 21.

Ascites hydropis species est, in qua in membrana abdominis interiore peritoneo Grecè dicta, humor uc luti in utre quodam continetur, vnde eã vocat Hipp. aquosum hydropem, Contra Tympanias quam siccum hydropem vocat, in qua addomen percussum talem sonum edit qualem timpana, quoniam in illis per cutem extentam subiectus aër percutitur, quemadmodum aër in hoc morbi genere qui in profundo locatur, 4. aphor. 11. quem etiam vtricularium hydropem vocant lib. finit.

Asellos, vide Axes.

Asema

Asema, crisis est quęcunq; à nullo dierum indicātium antea fuerit indicata, unde sine signo dicitur, 3. de Cris. 10.

Asitia, idest, ciborum abstinentia, aliquādo etiam uasorum inanitio asitia dicitur tanquam nomine generis in speciem vti liceat, 2. de rat. victus, 47.

Aspera arteria est particula simplex in animalis corpore quae aliarum omnium est durissima, solo osse mollior, quam Gręci Chondron, idest, Chartilaginem uocāt, quam totam in exactam natura circuli circūferentiam contorsit, circulorum multa serie continua in longitudine interiore cōpositorum, à pharynge ad pulmonem vsq; pertingens, sanguine uacua, 7. de usu part. cap. 3. eademque prout corpus est ex chartilaginibus ut instrumentis vocis & ex vinculis membranosis vt instrumentis respirationis compositum, trachea arteria dicitur, ibidem, cap. 6. quam bronchon nominant, ibidem, cap. 11.

Asperæ arteriæ dicuntur cum euersæ sanguinolentiores apparent & magis asperę carnosæque & fici acinis similes, lib. Introd. cap. 15.

Asphyxia, idest, pulsus priuatio, cum non percipitur nostro tactui motus, atque hoc per totum animal accidat ut nulla usquam arteria moueri videatur, quod si ad ueritatem exigas in corpus uiuum nunquā cadit. 1. de præsag. ex puls. cap. 3. quam Hipp. vocat spirituum interceptionem, 4. de rat. victus, 26.

Aspredo oculi est duritia & asperitas inęqualis

quę

quę intra genas oritur, lib. finit.

Aſſa, ideſt, ſtomachi faſtidium, 4. *de ſanit. tuen. cap.* 4.

Aſſidentia ſigna quæ & mox apparentia dicuntur, diſtinguntur à pathognomonicis ſeu paſſionis ſignificatiuis ſignis, exemplo morbi lateralis in quo acuta febris, ſpirandi difficultas, tuſſis, pungens dolor lateris, paſſionis ſignificatiua ſunt, quod autem dolor ad hypochondrium, aut ad clauim perueniat, aut quod facilius in latus patiens quam in alterum aeger decumbat aſsidentia ſigna ſunt, 1. *aphor.* 12.

Aſsimilatio, & aſsimilatrix facultas eſt, quę ab actione ipſa generaliter alteratrix, mēbratim aſsimilatrix dicitur, qua id quod nutritur alteratur & ei quod nutritur ſimile fit, 3. *de natur. facult. cap.* 1. *naturalium actionum prima ac propemodum maximè neceßaria nutritio eſt, quę alteratricis actionis quędam eſt ſpecies, eſt enim & concoctio quę in uentre agitur, alteratio, non ſecus autem & quae in venis quibus accedit ea quę in quaq; eſt particula, poſtquā quarta eſt quam aſsimilationem vocant, nomine quidem à nutritione diſsidens, re autem non diſsidens,* 3. *de cauſ. ſympt. cap.* 2.

Aſsiſtētes ſiue aſtites glanduloſi, vide Glāduloſi.

Aſthma, ideſt, anhelatio, affectus eſt in quo propter anguſtiam organorum ſpiritus, apparet ſummum moueri uſque ad operta ſcoptula thoracem, etiam citra

tra febrem, quam etiam ii qui velociter cucurrerunt habent, quiq; respirando pinnas nariũ mouent, quas inspirando contrahunt, expirando dilatant, com.2.in 3. de morb.vulg. 4. vide Anhelosi.

Astites, vide Glandulosi assistentes, & Parastatæ.

Astragalus, idest, talus (os ballistæ vulgo) 3. de vsu part. cap.6. est principalissimum ossium quae ad pedes mouendos pertinent, in circunferẽtias quasdam desinens, magnum quidem & maximis supernis ossibus dearticulatum, in medio tibiæ & calcanei locatum, ibidem, cap. 8. est Astragalus fruticellus exiguus; 6. de simpl. med. facult.

Astrictio est densitas, & neceßariorum excrementorum suppressio, ad Trasibulum, cap.27.

Ataxia & Acosmia est ordo decretorius dierum febrilium, 3. progn.7.

Ater succus est quartus naturalis humor in ordine frigidus, & siccus, (cui humori nullum aliud proprium nomen est inditum) sanguinis fex, qui humor cum ex ustione quapiam ac putrescẽtia in acidam migrauit qualitatem, id atram bilem nuncupãt, siue radentem, 2. de natur. facult. cap.9. vide Acida bilis & melancholicus humor.

Atheromata, Steatomata, & Melicerides, alij quidem inter absceßus reponunt, alij vero ad aliud genus referunt; omnes tamen tumores prætes naturã sunt, quorum natura ex ipsis nominibus patet, pulti-

culæ enim aliquid simile ipsis atheromatis inuenitur, melli vero in ipsis meliceridibus, sæuo autem in ipsis steatomatis, lib. de tum. cap. 5. ipsum vero atheroma Græci atheran vocant, 14. meth. cap. 14.

Athera, vide Atheromata.

Athymia, idest, animi deiectio, 6. de loc. affect. cap. 1.

Atra bilis, vide Acida bilis, & Ater succus.

Athroos, est secretio in ipso diuidentium genere, videturq; in omnibus sensibus commune infestãtem passionem ex secretione ac diuisione continui, vnitique corporis tum excitari, cum ea vel vniuersa vel magnis portionibus, & celeriter quod Græce Athroos voco, incidit, 1. de sympt. caus. cap. 6.

Atrophia est, cum particula aliqua corporis vel diminute alimentum attrahat, vel non trahat, uel perperam trahat, vnde corpus non nutritur, siue id quidem quod nutriet, & quantum & quale esse oportet, suppeditatur, cæterum symptoma aliquod in retentrice facultate incidit, simile his quę in ventre sunt dicta, atrophia sic quoque tentabitur, excretricis quoque vitio id accidit, cum plus quàm opus est vacuat, de sympt. differ. cap 4. & 1. meth. 9. Est adhuc atrophia in oculo, cum ex longa imbecillitate, vel alia quadam latente causa, paulatim quasi propulsus deinde cauatus ad radicem, cum dolore minor euadit, obscureque aut nihil omnino videt, lib. Introd. cap. 15.

Atro-

Atrophusæ, idest, corporis particulae, quae ex nutrimento fructum non sentiunt, 2.meth.cap.7.

Attonitus morbus, idest, Apoplexia, 2. aph. 19. quem & morbum stupidum uocant, 8.de placit. c.6.

Attractrix uirtus est, quae peculiares parti succos, alendi ipsam gratia, & appetere & attrahere potest, altera quae generatim alteratrix dicitur, qua succus attractus similis euadit parti quae alitur, quę membratim in hepate, sanguificatiua dicitur, Retentrix qua pars attractum succum coquit, donec in suã ipsius naturam eum mutauerit, Expultrix quae à Coctione quod inutile est secernit, idque excrementum vocatur, 5.loc. aff. cap.7.

Attrahens, siue Attractoria, siue Epispastica facultas est, quae ex alto uehementius attrahit, propter essentiam calidam, & tenuium partium, siue talis essentia sponte nata sit, siue ex putrefactione acescente generationem sortita, directè opposita repercutienti & adstringenti virtuti, quae in altum occurrentes sibi succos repellit, 5.de simpl.cap.17.

Auditorius meatus est, rotundum foramen, quod ad aures pertinens non solum usque ad Cerebri membranam pertinet, sed etiam neruum contingit, qui in ipsum à Cerebro descendit, 6. meth.6. quod & cæcũ foramen dicitur, lib.de neruor. dissect. cap.6. Græcè τυφλὸν τρῆμα, *vide Aures.*

Auditus grauitas, vide Obauditus.

Augmentum morbi, vide Ascensus.

Aures,

Aures, qua frons ad tempora porrigitur, in ipsius terminis sitę sunt; quarum pars aperta *Ala* dicitur, refracta ab interiori in posterius ipsis summitatibus inflexis *Cubiformis*, sub qua semicirculus rotundus in mucronem exurgens, Graece *Xyster* appellatur, huius acumini concauum quod subiacet *Conchula*, in cuius medio rotundum foramen, *meatus auditorius* nuncupatur, lib. Introd. cap. 10.

Aures Cordis, sunt duo sinus Cordis, concaui, nigriores, neruosiores & magis cuticulares Corde, utrâque Cordis parte, sinistra & dextera collocatae, ad similitudinem aurium sitae, 7. de anatom. adm. cap. 9. nominatae autem porrò ita sunt, non ab vtilitate, aut actione aliqua, sed à parua similitudine, quod vtrinque Cordi ipsi, ut animalis capiti, aures adiaceant, 6. de vsup. cap. 15.

Aurigo, & *Auriginosus*, vide *Arquatus*.

Autopsia, est eorum obseruatio & memoria, quę proprio intuitu vnusquisque inspexit, de part. art. med. cap. 2.

Autopyrus, qui & *Syngomistus* dicitur, panis genus est, quod ex farina vniuersa comportata, non discussis furfuribus, constat, lib. de ren. aff. dignot. cap. 6. *Syncomistum* panem vocant, qui medius est inter exquisite purum, & furfuraceum, vocant aut nonnulli eundem panem *Autopyrum*, quoniam in puro farinam, non qualis natura est, talem ad conficiendum panem assumunt, sed prius purgãtes furfur excernunt,

cernunt, contra autem in furfuraceo prius adimunt eam farinæ partem, quæ purissima est, panis autem qui Autopyrus appellatur, qualem habet ex natura farinam, triticum, talem etiam seruat, 2. ad Glauc. 7.

Auulsa, vide Auulsio, & Apospasmata.

Auulsio, est cum ossa, quæ membrum colligant, diuulsa primum à se mutuo secesserint, quæ, & auulsa dicuntur, com. 3. in lib. Hippoc. de his quæ in medicat. 31. vide Vnionis solutio.

Axes ipsas, Asinos appellare consueuit Hippocrates, & paruos axes, Asellos, quas etiam sucsulas vocant, 2. de fract. 48.

Axillaris vena est, quæ per axillam percurrens, maior humerali per totum brachium in ramos scinditur, diciturque hepatica, 3. de anat. adm. cap. 5. eademque subalaris, basilica, vena cubiti interna appellatur, lib. de anat. viu. & contra Erasistratū, c. 6.

Axiomata propositiones indemonstrabiles uocāt, 1. metho. 4.

Axungiam, omnes soliti sunt vocare, adipē suillum veterem, 1. de compos. med. per gen. cap. 4. vide Adeps.

Azygos vena, est propago vna ex venæ cauæ superioris trunco exoriens, parte dextra, & octo costis inferioribus inserta, quam sub Corde oriri semper à se obseruatum fuisse testatur Galenus, 5. loc. aff. 2. & initio secundi de vict. rat. & 3. de vsup. in iis uidelicet

delicet corporibus, in quibus thorax longior erat, nostro verò seculo propter thoracis breuitatem, supra Cor, & pericardium exoritur, ad quintam plerunque thoracis vertebram.

Azymus panis, idest fermenti expers, 1. aliment. facul. cap. 2.

 B 

BALLISTAE *os, vide Astragalus.*

Barycoia, siue Obauditus, siue Obauditio, est auditus grauitas & difficultas, proportione respondens Amblyopiæ, quae est visus hebetudo, siue diminute uidere, 1. de caus. sympt. cap. 4.

Basilare os, quod & os palati, os Cunei, os Sphenois dicitur, est os quod toti Caluariae substernitur, quod à non nullis inter Capitis, ab aliis inter maxillę superioris ossa, cum inter utrunque sit medium, numeratur, cap. 1. lib. de ossib. & in fine, 11. de usup.

Basilica uena, uide Axillaris.

Basis Cordis, quam alij caput uisceris appellant, est uertex Cordis figura turbinatus, quæ & circulus est, 7. de anat. adm. cap. 3. quam & mucronem appellant, 2. de placit. cap. 4.

Bathmides sunt brachij concauitates, quas extendentibus totam manum, & flectentibus, Cubiti ipsius Coronę ingrediuntur, 2. de usup. cap. 15.

Bechica medicamenta sunt, quae tussim sedant, uel cient, 1. de simpl. cap. 1.

Belenoides os, uide Graphioides, & Lithoides.

Beneolentia dicuntur, quorum vapores à corporibus defluentes ambienti permisti, ac deinde per narium inspirationem in Cerebrum delati, familiares sunt Cerebri spiritui, pro portione quadam ad ea quę linguę sunt dulcia, è cõtra, graueolẽtia, 4. de simp. 22.

Berenicium, quod est nitrum, uel spuma nitri, 6. de compos. med. loc. cap. 1.

Bilis simpliciter si ꝑferatur, siue biliosus humor, audimus pallidam & amaram, non acidam et nigrã, hanc enim semper cum adiectione nominamus, appellationi humoris colorem adiungentes, lib. de tumor. cap. 9. Bilis, adiectione flauam & amaram significat, sed cum adiectione bilis atra, humorem melancholicum, 7. apho. 32. & 1. de nat. hum. 27. & com. 5. in 6. de morb. vulg. 14.

Bilis acida, vide Acida bilis.

Bilis æruginosa, vide Bilis pallida.

Bilis amara, vide Bilis simpliciter.

Bilis atra, vide Bilis simpliciter.

Bilis flaua, vide Bilis pallida,

Bilis isatodes, vide Bilis pallida.

Bilis nigra, vide Nigra bilis.

Bilis pallida est, quæ ex bili syncera, & tenui aquosa, serosaq; humiditate quibus vrina, sudorque prouenit, constat, Flaua verò quæ & Vitellina dicitur colore pallidior, tenui humiditate constans, sed crassiori quam pallida, crudo vitello ouorum & colore & consistentia similis, in vasis genita. Porracea ve-

cea verò in ventriculo genita, porrorum colori similis, Aeruginosa, quæ ærugini assimilatur, Isatodes autem bilis, quæ ab Isatide cesium colorem referente, dicta est; sic etiam & rubram non nulli bilẽ nominarunt, quæ consistentia ad tenuem sanguinẽ proxime accedit, sed quoniam non concrescit, idcirco bilem eam nominant, lib. de atra bile, cap. 2..

Bilis porracea, vide Bilis pallida.

Bilis radens, vide Acida bilis.

Bilis rubra, vide bilis pallida,

Bilis vitellina, vide bilis pallida.

Bis feriens pulsus, vide Dicrotus pulsus.

Blæsum corpus est, cuius pectus pronum in partẽ anteriorem redditur, Rhebum autem cum posteriores partes, quae ad spinam pertinent, gibbæ redduntur, lib. de caus. morb. cap. 7.

Blena, siue mucus, est humor per palatum & nares defluens, cum concoctus est, ueluti cum crassior minus acris, & modicus descendit, propterea, & crassior pituita ab Hipp. vocatur, lib. de totius morb. temp. cap. 3. & 2. de sem. cap. 6. vide phlegma.

Borborigmos, est sonus, vel murmur, in crassis intestinis factum, cum excrementorum sunt vacua, humidum excrementum denuncians, 3. de sympt. caus. cap. 2. vide Physis.

Bothor, vide Exanthemata.

Bothrion, est ulcus cauũ oculi, purũ, angustũ, pũcturis rotundis simile, vlcusculo altius, lib. Introd. c. 15.

Bothria, vide Phathnia.

Brachiale, quod Græci Carpon dicunt, Arabici Rascetta, est prima pars palmæ manus, octo constãs ossibus, in superficie leniter gibbis, sinuatis intrinsecus, lib. de ossib. ca. 18 cuius inferior pars quatuor ipsis ossibus, quae quasi post brachiale, uel metacarpium dixeris, colligatur, ibidem, cap. 16.

Brachichonius, uide Polychronius.

Brachium, totius manus pars maxima, cuius termini inferne sunt articulus, qui in curuatura cubiti est, quem Anchona, siue Cubitum cui innitimur, uocamus, supernè autem rursus, humeri articulus, lib. 2. de motu musc. cap. 2. Brachium appellatur, quod inter duas iuncturas humeri & cubiti intercedit, totius brachij pars, super humeralis uerò idest Epomis, superior humeri pars quæ ad collum uergit, nam humerus totum id, quod in dearticulatione hac apparet, uocatur, nam quod non apparet à posteriori parte est os scapulæ, ab inferiori est id, quod dum totum brachium attollitur, manifestum fit, quae ala nominatur, 1. de artic. 4.

Bradypepsia, vide Concoctio.

Branchos, quos raucedines, destillationes, & Coryzas nominant, 5. de sanit. tuen. cap. 8. Qualis in uẽtre, diarrhæa passio ex mala concoctione fit, tale est in Cerebro Catarrhus et Coryza, Catarrhum, scilicet nominantibus nobis, cum quod superuacuum est in os diffluit, Coryzam cum in nares, Branchos autem siue rau-

ue raucitas catarrhis ſuperueniens, faucibus ſcilicet humore imbutis, quod ſi in Gargarionem fluxio procumbit, aut quam ex ſimilitudine Græci Staphylem ideſt acinum uocant in ea gignit, aut alias eam in tumorem attollit; at ſi in glandulas quae ſibi ex aduerſo in oris termino utrinque iacent, antiadas, ſi autem in ea quae ijs proxima ſunt, pariſthmia, 3. de ſympt. cauſ. cap. 4.

Bregmata Latini ſinciput, ſunt duo ſyncipitis oſſa utrinque quatuor rectis lineis circunſcripta, una quidem per ſuturam in longum porrectam, utrique oſſi communem, poſterius autem lambdoidis ſuturæ lateribus, anterius uerò coronariæ uocatæ, utraq; autem parte, ſquamoſis commiſſuris, com. 3. in 6. de morb. vulg. 1. quę vulgo parietalia appellantur, uide Pręgmatis oſſa.

Breuis pulſus, uide pulſus latus.

Bronchia, ſunt aſperæ arteriæ chartilagines, Sigma literæ figuram referentes, 4. loc. affect. cap. 8. uide Arteria.

Bronchocele, ideſt gutturis tumor, 2. de cõp. med. loc. cap. 17.

Bronchon, ideſt, trachea arteria, 7. de uſu par. cap. 11. uide Aſpera arteria.

Bubo eſt tumor, præter naturam, in collo, & ſecus aures, uel inguina, ijs quibus in collo Capite, uel ali qua uicina parte uel prope magnam arteriã aut uenã ulcus eſt natum, ortus, 13. meth. cap. 5. uide Struma.

Bubonecele, est tumor mollis in inguine factus, peritonæo vulnerato, aut rupto, & postea non conglutinato, diciturque ramex in inguine, quod si Vmbilico hoc accidat, dicitur Exŏphalos, lib. de tumor. c. 16.

Bulimos est uehemens esuritio, ex indigentia simul, imbecillitate, & refrigeratione oris ventriculi, orta, 1. de caus. sympt. cap. 7. differt autem Bulimos à canina appetentia, quod ille sit casus potentiæ ex frigiditate exteriore, qui à fame quidem inchoauit, sed non habeat eam amplius adiūctam, Caninus autem appetitus fieri consueuit, vel propter solam intemperaturam frigidiorem, vel propter humores acidos, quos exorbuit os ventriculi, 2. aph. 21.

Bulla. i. pustula oculis nata, 9. de simplic. med. fac.

Bursa testium, est communis tunicarum, vtrūque testem cooperientium rugosus sinus, vtrique testiculo circundatus, Oscheon Græcis, Latinis Scortum, alijs Scrotum, dicitur, lib. de confect. vuluæ, et in Introd.

C

CACHEXIA, prauus corporis habitus est, 1. meth. 9. inde Cachecticus, idest, mali habitus homo, lib. de cur. rat. p sang. c. 19. uide Habitus.

Cacochymia, vitiosus succus, vide Plethora.

Cacoethe ulcera ex dysepulotis clarius intelliguntur, quæ enim ex humorum confluxu, uel multorum vel acrium oriuntur, sine eo quod locus affectus hāc dispositionem habuerit, vt licet bonum sit, quod influit, tamen ipsum corrumpat, Dysepulota nomino,

quæ

quæ verò dictam dispositionem iam obtinent, præcipuo vocabulo cacoëthe, idest maligna, appello, 1. de compos. med. per gen. cap. 18. sed generalius, quæ ulcera omnibus ritè decenterq; factis non sanantur, ea medici cacoethe, idest maligna, contumacia, rebelliaq; dicimus, 4. meth. 5. Adhuc generalius. Cacoethes morbos, idest malignos appellamus, quicunque periculum minantes spem salutis non adimunt, nam quod summe perniciosum existit symptoma, non cacoëthe sed mortiferũ dicitur, co. 1. in 1. prorrhet. 14.

Cacophonia, idest, uitiata vox, de sympt. diff. c. 3.

Cacosphyxia, idest uitiosus succus, ibid. cap. 4.

Cacotrophia, idest, vitiosa nutritio, ibidem.

Calchoidea ossa, sunt tria ossa parua circa calcaneum posita, quæ certis nominibus carẽt, inferiori nauiformis parti per synarthrosin copulata, cum quibus etiam exteriore ex parte Cyboides pariter porrigitur, 3. de vsup. & de ossib. cap. 24.

Calcaneus, seu os Calcis, quod Græci Pterim vocant, maximum, & principalissimum est pedis os, quæ ad firmationem pertinent, quod Astragalo subest, 3. de vsup. & de ossib. cap. 24.

Calcis os, vide Calcaneus.

Calculus, siue Calculosus morbus est, vbi in renibus collecta cum proportionali febre crassorum humorum copia, à qua superassati, ad calculi generationem transeunt, lib. finit.

Calescere, & Calefactum esse, non parum refert

dicere, exemplo lebetis, & aquę calidæ, feruens enim aqua in frigidam lebetem iniecta, uel feruens lebes aquam frigidam excipiens, illic aqua calfacta est, lebes calefit, iuxta Typum putridarum febrium, hic lebes calefactus, aqua calefit, ad morem febrium hecticarum, 1.*de differ. feb. cap.* 1.

Calicreon siue Pancreon, caro glandulosa est, substrata arterijs, uenisque quae ea parte in ramos capillares finduntur, lib. de uen. & art. dissect. cap. 1. *uide Pancreas.*

Calidum hoc ipsum uerbum aliquando transferimus ad qualitatem, cuius proprium nomen est caliditas, aliquando denominatiuè totum corpus dicimus calidum à caliditate, estq́; hic modus loquendi plurimus in omni uita, 1.*aph.* 14.*Sæpe etiam Hipp. à qualitatibus nominat elementa, calidum quidem appellans, neque solam qualitatem, neque quod ab eius exuperantia dicitur, sed corpus quod summam participat qualitatem, ut ignem,* 1.*de element. cap.*8.

Callosum corpus, idest, calli naturam referens, regio quędam in Cerebro est, in qua naturalis concauitas esse uidetur, quæ ex superiacentibus, & circundatis corporibus, portionē alimenti non perfectè elaborati, perittoma, siue recrementum uocant, recipit, 9.*de anatom. adm. cap.* 3. *quod recremētū ab Arist. excrementum dicitur, lib. de instrum. odor.*

Callus, idem quod Clauus Græce Pylus, 6.*simpl. diciturq́; etiam Tophus, ex crudo humore qui crassus est*

*fus est ad similitudinem puris crassioris,*10.*de comp. med. loc.cap.*2. *vide Myrmeciç & Tylosis*.

*Caluaria, siue Cranium, os Capitis appellatur, lib. de ossib. cap.*1.*uide Cranium.*

Caluata, ferramenta appellat Hippoc.quæ rotunditatem quãdam leuem in extremis partibus habẽt, cuiusmodi sunt, specillorum capitula, & quae Nucleata appellantur, & spatularia. Oblonga uerò his contraria nuncupat, quorum extrema minime sunt rotunda, sed mucronata, ad suffusionum interpunctiones accommodatis instrumentis quodammodo similia, 1. *de artic.*43.

Caluities est capillorum defluuium, propter humorum ex quibus nutriri consueuerunt, inopiam; si uerò propter eorundem humorum uitium, corrumpantur, & cadant, non caluities, sed Alopecia, & Ophiasis dicitur, 1.*de comp.med. loc. cap.*2. *vide Madarosis. Capitis sane cutis, pueris mulieribus, et Eunuchis humida est, sed Caluis immodice arida, Cerebrum quidem in iuuenibus molle cum sit atque humidum, Caluariam tangere, omnemque interiorem inanitatem complere, in Senibus uerò siccessens subsidensque ab ea distare sepius in animalium dissectionibus conspexistis, in quibus caluescentibus syncipitis ossa, fistulosiora aliis, & molliora ac super incumbentia ob Cerebri defectus exarescunt, cum ad ipsa usque non pertineat, neque ea attingere possit, subsidet enim in suamque, ac ipsius basim depressum cadit,*

conse-

consequenter igitur, ossibus istis resiccatis, & ipsis obtenta cutis inarescit, atque ipsi sensui valde sicca in Caluis apparet, vt rationali demonstratione non egeat, com.3. in 6.de morb.vulg.2.

Calx; est totius pedis posterior pars, lib. Introd. c.10.Clarius. Calx est os pedis maximũ, ossi scaphöidi subiectum, quod & rotundas ex talo partes recipit, & geminos quos habet excessus, in sinum eius inserit, parte qua ingredimur leniter rotunda et latiuscula, lib de ossib. 24.

Camarion, siue Psallioides corpus est, pars Cerebri, quæ supra communem cauitatem est (qua Cerebrum Cerebello sua perforatione committitur) velut domus tectum quoddam in sphæræ superficiem concauam circumacta, ad similitudinem testudinũ, & Fornicum, quibus Architectores vtuntur, 8. de vsup. cap.11. vide Fornices.

Camarosis, est ossis perruptio, cum ex alterutra refractum parte, similem Cameræ figuram acceperit, lib.finit. vnde recentiorum non nulli vehementissimas fracturas Camaromata, & Engosomata vocant; Engosomata quidem, quæ in medio sui membranæ innituntur, Camaromata verò, quae eandem ipsam partem exaltatam habent; Cæterum, qua primum ab integris fracturę partibus diduci ęgra cępit, intro magis recedunt, ac membranæ innituntur, 6. meth.6.

Camisia fœtus, vide Chorion.

Campylon, vide Helosis.

Cancer, est tumor præter naturam fusci & liuidi coloris, in quo uenulæ quædam exaltatæ primò occultæ (quando et Cancrum latentẽ vocant, lib. de atrab. cap. 4.) deinde manifestæ à crasso & nigriore sanguine feci vini assimiles sunt, 14. meth. 9.

Canina cupiditas, est praua qualitas oris ventriculi multa impetuosè ingerentis, nec potentis deuoratorum pondus sustinere, quare, ea supernè vel infernè excernere cogitur, ita in renibus quoque, & diabetica passione accidit, serosæ humiditatis cupiditas, vnà cum virium imbecillitate, vnde & humiditatem affatim attrahere, ac eam deinde in uesicam impellere coguntur, 6. loc. aff. cap. 3. vide Bulimos.

Canini dentes, quos Græci Cynodontes vocant, sunt duo utrinque vtrique mandibulæ superiori, & inferiori hærentes dentes, qui Canum dentibus quam simillimi sunt, inferiore basi, lati, parte superna acuti, quibus singulæ quoque radices longissimæ insunt, vt si quid propter duritiem ab inciforibus dentibus scindi minus potuit, id frangere possint, lib. de ossib. cap. 5. vide dentes.

Canities, est pilorum ante legitimam ætatem, in album commutatio, lib. finit.

Canthus oculi, vide Anguli ocu'i.

Capillaris vena, vide Apanthismus.

Capillitium, vide Trichiasis.

Capistratio, vide Phymosis.

Capi-

Capitis uena, quae & Cephalica, & humeraria, & externa dicitur, est quae ex iugularibus externis iam diuaricatis, quibuscum radicem habet commu- nem, utrinque extra thoracem ascendit, & per hu- merum in externam brachij regionem decliuis excur rit; initio secundi de ration.vict.

Capreolaris, siue hederarius anfractus, est arte- riarum & uenarum ad utrunq; testium descendentiũ non recto itinere instar Capreoli aut hederę uarijs mo dis inuolutarum, connexus, 1. de semin. cap. 12. uide Glandulosi assistentes.

Caprizans pulsus est, ubi motum arteria interpel- lat quapiam in parte, ita vt motus à quiete alter ce- lerior primo, et uehemẽtior sit, 1. de differ. puls. c. 29.

Capsula Cordis, idest Pericardium, uide Mem- brana Pericardios.

Caput, est ea corporis pars, quam non nulli uentrẽ superiorem nominant, collo terminatur, et partes ani- males continet.

Caput Cordis, est ampla & orbicularis superna eius basis, 6. de usup. cap. 7.

Caput ossis, est extrema tenuis processus ossium pars, crassior, & orbiculata, lib. de ossib. in proęm.

Caput purgia sunt medicamenta omnia, quæ capi- tis purgandi gratia infunduntur, siue naribus, & di- cuntur Errhina, siue ori, ut colluendo, uel manden- do per sputum caput purgent, & uocantur apophleg- matizonta, 5. de simpl. cap. 20.

Carbo(qui & Carbũculus)dicit,cũ melãcholicus humor,in cutẽ decũbẽs simul cũ febre,exãthemata p cutẽ crassescẽtẽ,siccescẽtẽq; oriri facit,aßatũ sanguinẽ indicãs,lib.de atrab.c.4. Carbũculus ulcus est,crustã cito cũ inflãmatione toti⁹ partis circũdatæ ualida faciẽs,ut et febres uehemẽtes et extrema pericula inferat,5.de cõp.med.per gen.c.15. cuius crusta nigra est,et cinerulẽta,aliter quã quę sanguine suffusa sunt, aut quę algore frigent, nõ.n.uehemẽter liuidus, ut in illis tumor est,sed habet aliquid splendens, ut bitumẽ et pix,talis aũt est exacta atra bilis, lib.de tum. c.6.

Carbunculus, uide Carbo.

Carcharaconta, dicuntur animalia, quæ serratis sunt dentibus,ut Vrsus,Leo,9.de anatom.adm.ca.1.

Carcinoma in utero est tumor sine ulceratione inęqualis,& uerrucosus,lib.finit. quem etiam à Cancro animali Carcinon uocant,ibidem.

Carcinos, uide Carcinoma.

Cardia hoc est Cor,quod nõ solũ ei uisceri,quod sui natura palpitat, nomen fuit apud antiquos, sed ẽt ori uẽtriculi,pro confesso habetur, apud oẽs, 4. aph.65.

Cardiaca dispositio est innati roboris labefactatio et languor,fit plerũq; conflictãte ore uẽtriculi et stomacho cũ sudorũ immodica ui;sunt qui Cardia,idest. Corde phlegmone laborãte fieri affectum putauerint, atq; ab hac virium exolutione, quod euenit malum, cardiacam, uel dispositionem,uel syncopim nominarint, 1.de caus. sympt. cap.7. & lib. finit.

Cardiacus morbus, vide Cardialgia.

Cardialgia, ideſt Cordis, ſeu oris ventriculi dolor, & morſus, qui & Cardiogmos dicitur, à forti ventriculi æſtu, flaua bile in ipſius tunicis ebulliente, genitus 4. aph. 65. dicitur etiam Cardiacus morbus, lib. Introd. cap. 13. & 8. de comp. med. loc. cap. 1.

Cardiogmos, vide Cardialgia.

Carnoſa cutis, vide Muſculus cuticuloſus.

Caro vocatur tantum ea, quæ in muſculo eſt, reliquarum nullam homines carnem vocant, præterquã admodum pauci, ſed quæ in viſceribus, ceu iecinore, renibus, liene, pulmone viſuntur, eas parenchymata, quaſi affuſiones dixeris, Græci vocant; quæ in inteſtinis, ventriculo, ſtomacho, & vtero ſunt, ſine nomine relinquunt, 11. meth. 11. parenchymata autem eas partes vocant, non carnes, propterea quod ex uenis effuſus ſanguis circum vaſa omnia concreſcat, 11. de ſimpl. in initio.

Caros ſiue Sopor, eſt deperditio ſenſus, & motus, in toto animalis corpore, illæſa manente ſpirandi facultate, læſa autem anteriore Cerebri parte, & temporum muſculis; ſi verò ſpirationem adeò uehementer opprimat, vt quis vel magno conatu vix ſpirare poſſit, eorum exẽplo qui per grauem ſomnum ſtertere ſolent, Apoplexia nominatur, 4. loc. aff. cap. 2. & 13. meth. 21. & com. 2. in 1. prorrhet. 29.

Carotides, ideſt ſoporariæ arteriæ ſunt, duæ illæ quæ ab arteria magna, à ſiniſtro Cordis ventriculo emer-

emergentes, rectè ad caput feruntur, tanquam vasorum propagines, omnibus quæ sunt supra Cor, partibus distributæ, 16. de vsup. cap. 12. & 1. de placit. cap. 7. sed has non recte Carotidas & Soporarias, et esse & dici censendum est, sed iam obtinet nomen ex multa omnium qui post Hippocratem fuerunt Philosophorum, & Medicorum ignoratione, censentium, Soporem affectionem esse, dictarum arteriarum, 1. de placit. cap. 7. vide Soporariæ.

Carpon, & Carpos, vide Brachiale.

Caruncule, nunc partes sunt substantiæ intestinorum, quæ in difficultate intestinorum excernuntur, adeò magnæ, vt possimus eas carnes nominare, 4. aph. 26. nunc uerò carnosam quandam particulam, in summo ore pendentem, quam & Columellam vocant, significant, 6. de comp. med. loc. cap. 3. vide Gargareon, & Difficultas intestinorum.

Casus, qui & signa, & symptomata mox apparētia dicuntur, 1. aph. 12. vide Indicatoria signa.

Cataclida, siue Subclauium dixeris, primam Thoracis costam paruam, significat, lib. de muscul. dissect. cap. 12.

Catagma, idest osis fractura, 2. meth. cap. 2.

Catagmatica emplastra, quæ et Cephalica vocāt, sunt quæ Caluariæ fracturis accōmodantur, habētq; abstergendi, digerendi & siccandi potestatem, 2. de comp. med. per gen. cap. 16. Dicuntur, & Catagmatica ligamenta, quæ fasciarum instar ossis rupturæ deli-

deligantur, 1. de compos. med. per gen. cap. 4. uide Cephalica emplastra.

Catalepsis, est deperditio sensus uisus, apertis palpebris, seruata tamen secundum naturam spiratione, in qua posteriora Cerebri potius afficiũtur, 4. loc. aff. cap. 2. licet alibi Catalepsim dicat esse spiritus cohibitionẽ, lib. de musc. diss. cap. 26. & alibi dicat Catalepsim fieri, refrigerata prima parte sensitiua, idest Cerebro ipso, quæ refrigeratio cum fortis fuerit mista humiditati, facit lethargicas passiones, cum siccitate uerò eas quæ à Græcis Catalepsis dicuntur, idest Deprehensiones, 2. apho. 3. eundem affectum Catoche & Catochon vocant, 4. de caus. puls. cap. 16. uide Catoche.

Catalotica medicamenta sunt, quæ cicatrices grossas, comedendo æquãt, & limpidãt, lib. de Dynamid.

Cataphora, idest, ueternosa ad somnum delatio, 1. prorrhet, 1. qua ęgris sopori graui similis quid obuenit, fiuntque tum omnis sensus, tum vocis expertes, 1. de dieb. decret. cap. 4.

Cataplasma, compositio est, ex aliquo farinę genere, & aliquo humido, siue unctuoso, 3. de comp. med. per gen. cap. 2.

Catapotia, idest pilulę, de remed. part. fac. c. 6. vide Pilulæ.

Cataptosis morbus non est, sed symptoma Comitialium, attonitam concidentiam sine temporis spatio factam, significans, lib. de tot. morb. temp. cap. 4.

Cataracta, siue suffusio, est aqua inter vueam & cry-

cryſtallinum humorem coagulata, prohibens ſpiritũ viſibilem ab oculo exire, lib.de ocul. par.4.cap.12. vel ſuffuſio eſt, cum cernendi facultas, vel in partem deperditur, apparente, ſiue non apparente in oculis malo aliquo, propriaq; affectione non moleſtatis, ſed aut oris uentriculi, aut Cerebri cognatione, 4.loc.aff. c.2. quã vocãt Græci Hypochyma, 10. de vſup. c.1.

Cataſarca, vide Anaſarca.

Cataſcheſin, diſpoſitio eſt, quæ facile diſcutitur, quæ opponitur hecticæ diſpoſitioni, ideſt illi, quæ, tenaciter inhæret, 3.loc.aff.cap.2.

Cataſtaſis, uide Conſtitutio.

Catataſis eſt ad inferna loca, corporum tractus, quæ obitur partim principijs quæ tẽtionis cauſæ sũt, è regione oppoſitis, partim tranſumptione in contrarium, nempe tranſmiſsis per rotulas principijs, quae tentionem moliuntur, ac ſuperius adnexis; oppoſita huic eſt Anataſis, quæ eſt tentio ad loca ſuperna per traductionem, lib.finit. vide Anataſis.

Catarrhus, ſeu defluxus, eſt multorum humorum delatio per palati foramina & nares, quae in exitu vnà cum flatu egrediente, ſtrepitum quendam faciũt lib.finit. vide Coryza.

Cathartica, ſeu purgans facultas uel medicamenta, duo ſignificant, alterũ cõmune omniũ, quę quouis modo, animalis excremẽta expurgãt; alterũ quod per excellentiã de ijs tm̃ dicitur, quę aut per uomitũ, aut per ventris deiectionem purgãt, neq; quod eiuſdẽ eſt

E gene-

generis, tum ea quæ fit per nares, tum ea quæ vuluę, admota, expurgant, 5. de simpl. med. fac. cap. 20.

Cathemerina febris, ideſt quotidiana, ita enim cō-ſueuerunt vocare eam febrem, quæ ſingulis diebus accenditur, neque ullam habet intermiſſionem; ego uerò ſolitus ſum eandem febrem Amphimerinam continuam appellare; nam Cathemerinon vocabulū, nuſquam apud Græcos ſcriptum inuenitur, omnem verò rem quæ quotidie, eodem modo fiat, amphimerinam vocant; vocetur itaque quæ ſingulis diebus accenditur & finitur Amphimerina, ideſt, quotidiana ſimpliciter, quæ verò non intermittit quotidiana cō-tinua, 2. de diff. feb. cap. 7.

Catheretica medicamenta ſunt, quae excreſcentiā carnis vlceribus detrahunt, 5. de ſimplic. cap. 2. eiſdemq; cicatricē inducunt, ibid. cap. 15. uide Septa.

Catheter, eſt fiſtula urinaria, cuius extremum aliquo cataplaſmate illinimus, ad remouendam vrinæ ſuppreſſionem, & Virgæ immittimus; ad Thraſib. cap. 23. uide Syphones.

Cat'ixin, ſeu ſecundum rectitudinem, eruptio ſanguinis eſt, cum ſanguis è directo loci affecti, effluit, vel mittitur, lib. de cur. rat. per ſang. miſſ. 15.

Catoche, qui & Catochus, vigilans ſopor eſt, 3. loc. aff. cap. 5. eſtque ſolius Cerebri affectus, ueluti & per totum corpus conuulſiones, co. 3. in 1. prorrh. 69. eſt quoque Catochus faſcia longior, quæ in orbem faciei & capiti circumdatur, ut operculum comprehē-dat,

dat, lib. de fasciis, vide Catalepsis.

Catotherica medicamenta, quae & Hypelata Græce dicuntur, sunt medicamenta deiectoria, quibus renes, vesica, & gibba hepatis cum multo vitioso succo sunt referta, expurgantur, ut Caua iocinoris et intestina, deiectione, 7. meth. 13.

Caua uena (sic appellata, quod uenarum omnium quae per corpus animalis disseminantur, latissima sit 4. rat. vict. 27.) est uena magna à gibbis hepatis orta lib. de uen. & arte. diss. cap. 2. per quam hepar ex particulis quae ad ventriculum attinent, attractum alimentum, et in ipsa hepatis substantia elaboratum, in omnes superiores corporis partes distribuit, 4. de usup. cap. 13. quae à conuexis iecoris partibus orsa, tum caua propter sui magnitudinem, tum iecoraria, à viscere unde egreditur nominatur, 8. de placit. cap. 1. Nec solum hæc uena quæ à gibbis hepatis egreditur, sed alia etiam quæ à simis & concaua ipsius parte, quam portas vocant (vnde et uena porta appellatur) promanat, Caua dicitur quae fertur obliqua deorsum atque in uentrem & intestina propagatur, tanquam truncus venarum omniū quae corpore inferiore spar guntur, per quam hepar ex particulis quae ad ventriculū attinent, alimentum attrahit, 4. de usup. c. 13.

Cauda, vide Coccyx.

Cauernosa ossa foraminulenta, Ithmoidea, & spōgiosa, seu spongoidea, sunt ossa quedam parua ante meningas in meatu olfactorio posita à Cribri, vel

ſpongiæ ſimilitudine ſic dicta, 8. de vſup. cap. 7. vide Oſſa Ithmoidea.

Cauernoſum neruum appellãt Penis colem, à quo & Penem, & ipſum totum neruoſum dicunt; Coles.n. in mariũ genitalibus & vteri ceruix, quoniã extẽdi, & in ſeipſas rurſus retrahi, & ſubſidere uidẽtur, neruoſos dicunt, com. 1. in 6. de morb. vulg. 2. diciturque flatuoſus, & fiſtuloſus, 6. de loc. aff. 6.

Cauledon, eſt curatio fracti oſſis quę per tranſuerſum fit, in qua fracti oſſis partes ita à ſe diſſident, vt è directo non iaceant, 6. meth. 5. vide ſchidacedon.

Caulòs, ideſt, pudendum virile, 14. de vſup. cap. 12.

Cauſa morbi, eſt id quo tangente afficimur, & quo ſeparato ſtatim ceßat affectus, 1. loc. aff. cap. 2.

Cauſæ præincipientes, uide Febres putridæ.

Cauſæ præcedentes, uide Febres putridæ.

Cauſodes febres, ideſt incendẽtes, 1. aph. 12. quas etiam Cauſon, vocat, ideſt febres ardentes, 1. de. criſ. cap. 4. uide Continua febris.

Cauſon, vide Cauſodes, Continua, & Synocha.

Cauſon legitimus, qui ex redundante flaua bile fit, [illegible] verò qui ex putreſcente craßa pituita, 4. rat. [illegible]

[illegible], hoc eſt vrentia medicamenta ſunt, quæ [illegible] calida ſunt, et conſiſtentia craſſa, quę [illegible]r, corpus colliquant, & ſæpe eſcharas [illegible]ſ, ritu cauterij efficiũt, 5. de ſimpl. c. 15.

inde,

inde, & affectiones causticę, & caustica excremēta, ideſt vrentia appellantur, quarum virtus eſt morbum & acutum & periculoſum, & velocis iudicationis reddere, com.2.in 1.prorrhet. 60.

Cedmata uocat Hippoc. fluxiones in crura decumbentes, & ex ipſis eas maximè quae primum articulum, vbi coxendix eſt, occupant, com. 5. in 6.de morb. vulg. 22.

Celas, Hernias, Ramices, Circocelas medicorū iuniorum nomina ſunt, ſignificantia omnes teſticulorum tumores, lib. de tumor. cap. 15. barbaram ſectantes medicinam, rupturam uocant; hæc varijs fit modis, perque adiectiones rerum opplentium, varias etiam appellationes accipit; ſi enim peritonęo rupto inteſtina in ſcrotum deſcendunt, Enterocele Græcis, Ramex inteſtinorum Latinis appellatur, ubi uerò inteſtina ſupra in inguinibus hærent, Bubonocele, hoc eſt Ramex inguinalis uocatur, ſi humor aliquis lētus in Scrotum colligitur Hydrocele, ideſt Ramex aquoſus nuncupatur. Quum autem caro dura intra teſtium tunicas increſcit, Sarcocele, hoc eſt Ramex carnoſus dicitur. In ſumma nomen ſemper à rebus opplentibus, accipiunt. Proinde ſi Omentum in Scrotum deuoluatur, Epiplocele hoc eſt Ramex Omēti nominatur; ſic vbi venæ ultra modum repletæ ac dilatatæ glomerantur, Cirſocele, ideſt varicoſus Ramex vocatur, vide Hernias.

Celer pulſus eſt, qui cum modico tempore arteria

distenditur, fit, 1. de differ. pulf. cap. 7.

Cenchria, alterum est herpetum genus, quod à similitudine quam habet cum milio Cenchrian vocãt, mistæ simul facultatis bilem scilicet, & pituitam cõtinens, quæ non protinus vlcus faciunt, quemadmodum alter, sed admodum exiguas pustulas ad speciẽ milij, quæ ipsae interposito spatio, in ulcus trãseũt, diciturque etiam herpes miliaris, 14. meth. 17. vide Herpes.

Ceneangia propriè & primum vasorum inanitionem significat, atque ob id Asitia, idest ciborum abstinentia, Ceneangia, idest, vasorum inanitio sæpius dicitur, tanquam nomine generis etiam in specie homines omnes uti consueuerunt, 2. rat. vict. 47.

Ceneon, vide Ile.

Cephalæa Cerebri morbus, est Capitis diuturnus dolor, difficulter solubilis, qui à parua occasione, vehementes habet accessiones, vt neque voces aut motũm tollerare possit infirmus, sed trãquillitatem, obscurumque cubiculum quaerat, ob doloris vehementiã; cũ nõ nulli veluti malleo se percuti, alij caput sibi contundi distendique sentiant, non paucis ad oculorũ radices dolor extendatur, suis intermissionibus circumacti, non secus ac qui Cephalalgia laborant, sed in Cephalæa affectæ partes redduntur multo debiliores quam in Cephalalgia, 3. loc. aff. cap. 9.

Cephalalgia, vide Cephalæa, 2. de comp. med. loc. cap. 2.

Cephalica vena, quæ & Humeralis, siue humeraria dicitur, ramus est venę cauæ ad iugulum ascẽdentis, ibique ad furculas diuisa, altera pars humero superposita ad manum tendit, vnde & Cephalica dicitur, lib, de anatom. viu. vide Humeraria.

Cephalica emplastra capitis fracturarũ sunt, quæ vsque ad craßæ meningis duplicaturã peruenerunt, quorum uirtus est, vt ossium squamam sursum attrahant, & in pristinum locum reuocent, & fragmenta tum in Capite, tum in aliis corporis ossibus, educant; Non nulli cõmuni genere hæc etiã vocant Catagmatica, propriè uero nuncupatis fortiora sunt, si quidem ex alto insuperficiem extimam non oßa modo, sed his multo quoque magis, humorem aliquem craßum, et viscosum, uel omnino deprauatum sua acrimonia attrahunt, 2. de comp. med. per gen. cap. 18. Similiter adhuc medicamentum siccum, quod carnem producat, Cephalicon vocant, 3. meth. 2.

Ceræa, mulieres sunt, quarũ vterus propriis morbis, tum qui in processibus eius supernis et lateribus consistunt (Ceræas Græci vocant) tum qui in collo tum etiam qui in toto eius tergore, laborans, aliquãdo quidem uel plura quàm prius, uel pauciora, uel nulla, uel mala emittat menstrua, 3. de sympt. caus. cap. 4.

Ceratoide, cornea, seu corniformis tunica oculi est à dura meninge orsa (tunicam choroidem complectens) craßa admodum, sed parte eius media tenuis-

ſima & denſiſſima, ſplendida ad ſplendorem recipiendum, & transmittendum, cornibus admodum extenuatis ſimilis, vnde eam à cornu ſimilitudine Ceratoidem, Corneam & Corniformem appellant, 10. de vſup. cap. 3. vide Rhagois tunica.

Ceratomalagmata, non nulli medicorum, nomine à ſola conſiſtentia deſumpto, vocant medicamenta, quæ corpori imponuntur, non etiam quidem humida, duritiem verò tantam, nec dum conſequuta, quantum emplaſtra poſſident, 7. de comp. med. loc. cap. 11.

Cerchìs, uide Cubitus.

Cerchnòs eſt exiguus quidam ad tuſſiendum impetus, non tuſſis, ſed veluti nauſeę uomitiones præcedunt, ita tuſſim hoc ſymptoma; Atq; ut non nulli nauſearunt quidem, non tamen vomuerunt, ita non nullis Cerchnòs incidit, nec tamen tuſſis propter cauſæ paruitatem eſt ſequuta, 2. de ſympt. cauſ. cap. 4.

Cerealium appellatio, in toto corũ genere eſt vſitatior, quod legumina vocant, lib. de attenuan. vict. rat. cap. 6.

Cerebellum, poſterior eſt Cerebri pars, quæ à non nullis Encranion, uel Parancephalis, vel poſterius Cerebrum dicitur, 9. de anat. adm. cap. 2. eſtq; ſpinalis medullæ principium, & eius ratione neruorum omnium, qui in toto animali, ſunt actiui, lib. tegn. cap. 11. vide Parencephalis.

Cerebrum, quòd Græci à ſitu Encephalon appellãt (nam nominatur ita quod ἐν τῇ κεφαλῇ *hoc eſt in capite ſi-*

te situm habet) animæ ratiocinatricis eſt domiciliũ, neruorum & ſenſus omnis, motusq́; voluntarij principium, ſubſtantia neruis ſimillimum, niſi quod mollius; nam id illi conueniebat, vt quod ſenſus quidem omnes recipit, omnes autem imaginationes, atque intellectus complectitur, 9. meth. et 8. de vſup. ſubſtantia ipſius alba veluti è ſpuma quadam concreta, & humida, lib. finit.

Cerelæon, compoſitio eſt, ex cera, & oleo, 7. de comp. med. per gen. cap. 2.

Cerion, ideſt Fauus, ulcus paruum in capite eſt cũ tumore, ex cuius foraminibus craſſior ſanies, & quaſi mellitus humor profluit, lib. de tumor. cap. 15. & 1. de comp. med. loc. cap. 8. vide Helminthes.

Certatorie, hoc eſt agoniſtice aqua frigida uti, dicere ſolent quidam, cum ea & affatim & frigidiſſima exhibetur, lib. de marcore, cap. 8.

Ceruix, uide Spina, dicitur, & Ceruix tenuis oſſium proceſſus, lib. de oſſib. in procemio.

Chalaſtica, ideſt, relaxantia, ſeu remittentia vocamus, quæ modice calefaciunt, quorum vſus eſt, ut conniuentia corporis laxet, flatuoſum ſpiritũ tenuet, & quod phlegmones iam conflatum eſt, digerat, 13. meth. 6. medicamina igitur induratorum corporum, quę ipſorum ſoluũt duritiem, Malactica hoc eſt emollientia dicuntur, quæ autem tenſioni medentur, Chalaſtica, 7. de comp. med per gen. ca. 9. uide relaxãtia.

Chalazia, ideſt tubercula inſtar grandinis in palpebris,

pebris, quæque Posthias Græci, 4. de comp. med. loc. cap. 7. estque morbus ex uitijs quæ oculos infestant, unum, cum toto genere à natura, alienum sit, 14. meth. 19.

Chartilago, quam Græci Chondron uocant, est particula simplex in animalis corpore, quae aliarum quidem omnium est durissima, solo autem oße est mollior, 7. de usup. cap. 3.

Chartilago ensiformis, est extrema ora osis medij pectoris, quæ est propter os uentriculi, cui alligatur, Grecè dicitur Chondròs Xiphoides, 6. de usup. cap. 3. eadem dicitur mucronata, lib. de ven, & art. diss. cap. 5. aliqui sunt qui ensiformen chartilaginem dicunt esse, totam pectoralis ossis figuram (non eam tantum quae in imo eius est) quia gladij similitudinem representat, lib. de ossib. cap. 13. vulgus malum punicum, seu granatum uocat.

Chartilago innominata, est secunda laryngis chartilago, quae nomine caret, internis partibus, quà Oësophagus est, positionem habens, 7. de usup.

Chartilago peltalis est imperfectus circulus in principio aspere arterię collocatus, ad modum peltę, cuius gibbositas extra apparet in gutture, eius uerò defectus est uersus gulam, unde chartilago peltalis dicitur; cuius defectum supplet quaedam chartilago supposita isti inferius, faciens etiam circulum imperfectum, sed contrario situ cum superiori, quia eius gibbositas interius est uersus gulam, defectus exterius

uersus

uersus guttur, diciturque Chartilago Cymbalaris, uel Coopertoria. Estque ibidem tertia Chartilago nomẽ non habens, cum modo uersus partem exteriorem nunc uersus interiorem collocetur, nunc cum cibus deglutitur, ut os tracheę arterię, nunc cum uox formatur, ut os gulę tegat, lib. de anat. uiu.

Chemosis morbus oculi est, quando album oculi tumefactum superat circulum Iridis, ut & nigrum oculi concauum uideatur, lib. de anat. ocul. alibi, Chemosis ex uehementi inflammatione, utrasque palpebras in exteriorem partem detorquet, ne totum oculum cõtegant, lib. Introd. cap. 15.

Chenicidas, instrumenta quędam uocant, quibus in Caluarię fracturis, utimur, 6. meth. 6.

Cheros, idest, tempus, seu ętas morborum, quae temporum vicissitudine immutatur, lib. de morb. temp. cap. 1.

Chion, vide Cion, & Staphyle.

Chironia, & Telephia, species ulcerum sunt malignorum, lib. de tumor. cap. 13. Tria tantum ulcera propriam habuere appellationem, Anthrax, Phagedęna, Herpes; cętera omnia ipsa per se ipsa solebant antiqui ulcera tantum nominare, quae in longum tẽpus protrahuntur, cum non post multum tempus fuerint ad cicatricem producta, rursusq; influente Ichore, ex osse corrupto, in parte penitiore inflammantur, & pus generatur, à quo cicatrix eroditur, & caro exulceratur, 6. aph. 45. Inueterata ulcera, & dysepulota

pulota, hoc est cicatricẽ ęgre ducentia, chironia nomĩnãt, 4. de cõp. med. per gen. in ultimis verbis; Dicũtur aũt Chironia, ab eo qui primũ ea sanauit, partim ab ipsis, qui ijsdẽ sunt affecti, vt Telephium, 2. meth. 2.

Chirurgia, idest manualis operatio, 6. meth. 6. Inde Chirurgice ea est medicinæ pars, quæ manu medetur, 3. de comp. med. per gen. cap. 2.

Chloron. i. pallid', et ęruginosus color, 2. progn. 20.

Choana, Infundibulum, Scypho, Peluis, Pyelos idem sunt, significantia cauitatem quandam, in quã meatus Cerebrum expurgantes in palatum desinunt, vsque ad adenis ventriculum, 9. de vsup. cap. 3. quæ vulgo lacuna dicitur.

Chæras, idest, Struma, sępe enim propter vlcus quod in manus aut pedis digito sit, glandulæ in inguinibus, & alis, tum intumescunt, tum phlegmone occupantur, quin etiam in collo, & secus aures, sæpe glandulę ijs quibus in collo capite, vel aliqua vicina parte vlcus est natum, intumescunt; nominant autẽ ipsos adenas, cum sic intumuerunt Bubones, quod si scirrhosior earum partium phlegmone aliquãdo fuerit, hæc & ęgre sanabilis redditur, & Chęras, idest, Struma dicitur, 13. meth. 5.

Cholagoga. i. bilis eductiua medicamẽta, 4. aph. 2

Choledocos, idest, vesica bilis receptiua, quã etiã Iecoris vesicam nominãt, lib. 6. de anatom. adm. c. 2. quam etiam Cystim bilis, idest, uesicam bilis susceptricem vocant, 4. de vsup. cap. 12. eandem vocãt fellis fol-

lis folliculum, 5.loc.aff. cap. 7.

Cholera, idest, bilaris, 1.progn.25.est acutus affectus, cũ vomitibus biliosis multis, aluiq; deiectionibus, Suris quoque se contrahentibus, ac frigescentibus extremitatibus, fiuntq; in his ægris pulsus minores, & obscuriores. Cholera duplex est apud Hippocratem, altera humida in qua, uti omnes norunt vehemẽs est excretio, bilis supra infraq; erũpit, intestina grauiter torquentur, accedũt conuulsiones, sępe etiam crurum surę contrahuntur, alteram siccã Choleram uocat Hippoc. ab eadem prouenientẽ causa, ac circa eadem consistentem, at citra ventris fluorem & uomitum, lib. finit.

Chondros, idest, Chartilago, 7.de vsup. cap.3.

Chondrosyndesmus, idest Chartilagineum ligamẽtum, 1.de temp. cap.9.

Choræ, idest, regiones oculorum, seu cauitates, quę superciliis subiacent, 8.de vsup. cap.6.

Chorion, idest, secunda, est membrana vulue pręgnantis mulieris adhęrens, multarum venarum, & arteriarum contextu, interualla membranis obducta habẽs, cui duę alię membranę interius adnascuntur, altera quę Amniũ, idest, Amiculũ dicitur, toti fœtui circuniecta, altera quę Allantoides, idest Intestinalis eminentibus tantũ partibus, Capiti, natibus, pedibus, duplex superiecta, lib.de vuluę diss. cap.10. quę Arabicis Abgas, Camisia fœtus, & profundatio sudoris dicitur, lib.de anatom. viu.

Choroi-

Choroides plexus (qui & Retiformes, & Reticulares, dicuntur, uide plexus retiformis) sunt conuolutiones membranarum Cerebri, ex multis uenis, & arteriis, secundarum instar effigiatæ, nomine à Choriis idest membranis diducto, quae fœtus extrinsecus in orbem ambiunt, 9. de anat. adm. cap. 3. Constituitur autem prope medium Cerebri uentriculum, 9. de usup. cap. 7. dicitur ad huc & tenuis Cerebri mẽbrana Choroides, idest, secundiformis meninx, 8. de usup. cap. 9. Dicitur, & Choroides oculi tunica, corpus quoddam retiforme quasi tunica, (Amphiblestroide dicta) humorem uitreum oculi ambiens, quod ex portione Cerebri superne descendente, atque amplificata, est conflatum, reti simile, quod retiforme corpus à choroide, idest tenui tunica cerebri, quae illi superne dimittitur, continetur, unde tunica oculi choroide dicitur, 10. de vsup. cap. 2.

Chorda est membrum, ab extremitatibus musculi ortum habens, ad similitudinem chordę arcus effecta, est autem Chorda idem quod Tendo, non quod ligamentum, 6. aph. 49. & lib. de anat. uiu.

Chordapsus, Ileos, seu Voluulus est, tumor eminens, in tenuium intestinorum parte, ut uideatur intestinum ad similitudinem chordę obuolutum, uel ab inflammatione, uel obstructione aridi stercoris, grauiter ęgros uomitionibus crucians, adeo, ut non nulli stercus quoque euomere conspiciantur, 6. loc. aff. 2. uide Ileos.

Chro-

Chronicę ęgritudines, ideſt lōgę, de part.art.med. cap.7. uide Polichronius.

Chryſite terra eſt aurea, in qua paruis terrę particulis immiſtę ſunt paruę auri partes, 5. de ſimpl.

Chylus, eſt cibi liquamen, quod ex uentriculo, atque inteſtinis in iecur tranſmittitur, partim tenuioribus portionibus, partim craſsioribus conſiſtens; lib. de atrabile, cap.3.

Chymethla, ideſt Perniones, 6. ſimpl. uide Perniones.

Chymoſis, (quae & Chemoſis) eſt utriuſque palpebrę diſtortio, ex inflammatione oborta, 4. de cōp. med. loc. ca.4. Eſt item Chymoſis, rubra, carnoſaq; corneę oculi pelliculę inflammatio, lib. de remed. par. fac. uide Chemoſis.

Chymus eſt nutrimentum, ſeu humor ad nutrimētum animalis in hepate preparatum, depoſitis excrementis, 4. de uſup. 4. Atqui antiqui ſaporem uocauerunt Chymum, ideſt, liquorem, lib. de ocul. par. 2. cap.1. Chymi autem appellatio apud Hipp. ſemper humoribus corporis deſtinata eſt, ex quibus nos conſtituimur, ſanguine inquam pituita & duplici bile flaua & nigra; Apud Platonem uero & Ariſtotelē, guſtabilis qualitas quęuis nobis inſita, Chymus ideſt Sapor, nominatur, lib. finit.

Chyphoſis, ideſt, gibberoſitas, (quā etiam Chyrtoſin ideſt incuruationem dicunt) eſt diſtortio ſpinę in poſteriorem partem, prout in anteriorem Lordoſis, ideſt,

idest sicca frictio, vel solis manibus, uel cum manica, vel solo linteo administrata, citra omne pingue, vel cum eo plane exiguo, 3. sanit. tuen. 13.

Chyrtosis, vide Chyphosis.

Cicatrix ab Hipp. nunc sumitur pro ipsis ulcerib, nunc pro inductione cõsolidationis ulcerũ, 1. de artic. 56. particulatim autem cicatrix oculi appellatur, ubi nigro oculi ex alto vlcere, membranæ crassities superuenit, & color albior apparet, quę cicatrix si sit & maior & crassior ex vlcere Iridis nata, dicitur Albugo, lib. Introd. cap. 15. vide Albugo.*

Cilia extremę illę palpebrarum partes sunt, quę in somnis clausis oculis simul cõmittuntur, quæ & Tarsi nominantur, & qua ratione pilos procreant, Cilia, lib. Introd.

Cingentes membranæ simplices quædam tunicæ sunt, telę araneorum similes, quae totam vtramque thoracis regionem internam subcingunt, vocanturq́; in costis Cingentes, Græcè Hypezochotes, ubi verò rectæ ad iugulum perferuntur, Intercipientes, Græcè diaphrattontes, ubi pulmoni circumherescunt, huius operimentum sunt; quarum basis supernis partibus septi obiicitur; inferioribus autem, alia quędam mẽbrana, huic persimilis substrata, quae Peritonæi uertex, iure optimo nuncupatur, 6. de anat. adm. cap. 8.

Cicumenus morbus est, qui diuersis horis semper accedit, ac remittit, cuius ille qui praeuenit, citiusq́; horas persoluit prolepticus, siue Anticipans dicitur,

qui

qui tardat Hystericus, idest posterius inuadens, lib.de Typis, cap.3.

Cion, vide Gargareon, & Staphyle.

Cionides, vide Staphyle.

Circuitus, siue Periodus est tempus intentionum, & remissionum in morbis factum, vt Typus est ordo earundem intentionum & remissionum, lib.de Typis cap.2.uel circuitus siue Periodus, est similis ad idem reditus, 1.apho.12.

Circũcisio, vel circumsectio, est ablatio cutis glãdem contegentis virilis pudendi, quæ præputium dicitur, lib.finit.

Circumnuens, vide Innuens.

Circumocularis tunica oculi est, quæ à crassa meninge orta, toti oculo substernitur, circumtangens, et circum induens os, vt oculus non applicetur nudis cauitatibus, lib.de anatom. viu.

Circumossalis membrana est, quasi ossium inuolucrum dixeris, quæ singulis ossibus in longitudine in ditur, 1.de sem.cap.10. quam in capite, Pericranion dicimus, lib.de anat. oculi, in costis autẽ Periostion, 8.de anatom. adm. cap.10.

Cirros, vide Cornua vuluæ.

Cirsocele, vide Celas.

Cirsos, idest, varices, alias quoque venas omnes dilatatas antiqui sic nominabant, lib.de tumor.c.16. vide Varices.

Cittæ, vide Cittosa.

Cittosa, idest, vitiosi cibi appetentia, qualis grauidis contingit, 6.de sanit. tuen.cap.9. dicitur etiam Cittæ, Picæ, & Picatio, 1.de sympt.caus.c.3. et c.7.

Claues siue Iugulum sunt duæ primæ costæ propè guttur, inter os pectoris, ac spinæ finem, quae ad scapulas est à natura constitutae, 13.de usup.cap.11.clauiculas etiam uocat, lib.de musc. diss. cap.12. quae vulgo furcula superior, ut Diaphragma furcula inferior nuncupatur. Recentioribus autem, elatior finis anteriori parte Claues existunt, sic dictæ quod Sterno Omoplatas, idest, humerum firment; is autem finis vulgo, furcula superior dicitur, Cauitates sub his Clauibus, appellantur Sphage, idest, iuguli, ut sint duæ claues & iuguli totidem, dexter & sinister.

Clauus siue Gomphos, est oculi morbus, cum Vuea locum suum egrediens, pelliculas superficie tenus operit, vnde eius forma fit quasi Clauus, lib. de ocul. cap.11. vide Gomphos & Myrmeciæ.

Clunes, vide Coxa.

Clydones, Symptoma est retentricis facultatis uẽtriculi; cibos, uel non complectentis, uel diminute, uel uitiose, vnde flatulentiae, & fluctuationes cum sonitu succedunt; flatulentiae quidem, ubi & cibi flatuosi sunt, & uentriculus non admodum frigidus; fluctuationes cum sonitu, cum uel nihil in eo contineatur; quod uerti in flatum possit, uel ualenter sit refrigeratus, 3.de sympt. caus. cap.2.

Clyster, κλυστὴρ, Latinis idem est quod lauamen,

seu

seu ablutio, à uerbo κλύζειν quod & lauare significat; Alio nomine Græcis ἔνεμα, dicitur quae vox latinis iniectionem significat; Medici huius temporis, Clysteris, & enematis Græcis uocibus quam Latinis malunt uti; Dicitur adhuc, & Clysma, vnde Diaclysma, idest lauatio ad vlcera, & dentes titubantes, infirmosq; Dicitur adhuc & Clysmus, de medic. fac. par. cap. 16.

Cnimi, idest, Tibia, seu alterum ex duobus ossibus tibiæ, eodem cum toto membro nomine, alterum uerò Perone, seu fibula dicitur, 3. de usup. cap. 9.

Coadiutrix causa est, quae sua uirtute morbum efficere non potest, sed alteri auxiliatur, ut libido articularem morbum promouet, & sanguinis eruptionem remigatio, lib. Introd. cap. 8.

Coarticulatio, uide Abarticulatio & Dearticulatio.

Coccyx (vulgo Cauda) idest Cuculus, est os quod subest in imo lati ossis, lib. de ossib. cap. 12. & 3. de artic. 104.

Coctio, quid sit hinc nosces, Cum facultates quatuor sint, atque inter eas non minime ualeat alteratrix, per quam dispensatis ab ea corporibus, natura alimentum assimilat, coctio nuncupatur nutritiuae substantiae permutatio, secundum qualitatem existẽs, 4. rat. uict. 44. Perfecta Vrinę coctio est, quando in urinis subsederit aliquid albũ, & læue & æquale & continuum; Debilis autem coctio est, quando ex aquosa mediocriter subpallida facta fuerit, et quidem

dem si turbulenta apparuerit, & talis permanserit, haec quoque occultæ, & debilis coctionis est signum, & rufa etiam ac tenuis, ex eodem genere est, 1. de cris. cap. 17.

Coctionis signa sunt, quae hominis salutem, non tamen per crisim, futuram ostendunt; quo distinguuntur à Decretorijs, quae salutem hominis futuram, per crisim ostendunt; coctionis autem quae in spirandi fit instrumentis, sputa; cuius quae in venis, vrinas; illius, quae in ventre, alui excrementa statuere oportet; in febribus (quoniam venosi generis sunt passiones; nam & arterias in hoc genere comprehendimus) ad vrinas præcipuè attendere oportet, 1. de cris. cap. 7.

Cæcum foramen, est angustius illud foramen, quod ex duobus inæqualibus foraminibus, quibus quinta neruorum coniugatio à Cerebro excipitur, propè aures est collocatum, cui subditur labyrinthus quidam quem natura effecit, musculis temporalibus consulēs, neruum eis durum, & labijs immittens, 9. de vsup. cap. 13. vide Meatus auditorius.

Cæcum intestinum siue Orbum, siue Monoculum, est quartum intestinum in ordine, primum locum inter crassa obtinens, lib. de anat. viu. Quidam illud saccum nominant.

Celi status, idest, ambientis nos aëris temperies, 9. meth. 5.

Cœlia apud Græcos, sine adiectione omnem ventrem

trem significat, 6. aph. 20. Apud Aristotelem tamen dicitur Cœlia, illa tantum corporis partis cauitas, in quam cibus deuoratur, et prima cōcoctio peragitur, sed apud Hippocr. nunc cum adiectione superior, & inferior venter significantur, vt superior sit ventriculus, inferior, omne quod sub diaphragmate est spatium latius.

Cœliaca, idest, Ventralis dispositio, communis morbus est ventriculo, & intestinis, in quo materiae, non mordaces, intestinorum imbecillitatem sequuntur, quae retinere contenta, ne exiguo quidem tempore possunt, sed ea illico excernunt, perinde ac si graue aliquod onus deponerent, haud secus quam in stranguria, in qua ob acrimoniam & vellicationem vesica iugiter, quicquid ad eam peruenerit, secernit, modo ob id quod molem ipsius vel exiguam sustinere nequit, 6. loc. aff. cap. 2. vide Lientheria.

Cœlomata sunt rotunda, & caua vlcera, bothrijs latiora, quæ in oculis circa Irim nascuntur, lib. Introd. cap. 15.

Cœlum more vulgi, appellat Hippoc. aërem, 1. de morb. vulg. 1. qui supra nos est, vsque ad nubium regionem, com. 1. in 1. de morb. vulg. 4. quamquam eo nomine cauitas omnis designari potest, tamen specialiter Cœlum vocatur superioris palpebræ superficies, sicut Hypocœlum pars inferior, quae ei respondet, illud tum in aqua intercutem, tum in alterius

generis malo habitu, tum in diuturnis hæmorrhoidibus, longis mulierum profluuijs, atque inchoantibus ophthalmijs intumescit. Sunt qui cœlum oculorum interpretantur, cauitates quae sub oculis, utraq; nasi parte cernuntur, quae tamen Canthus dicuntur.

Cærulea oculi tunica, eadem est cum Rhagoide, Vuea, & Vuiformi, 10. de usup. cap. 4. uide Rhagois.

Coincidentia, siue Intercidentia, quā Paremptosim Graeci uocāt, est cum aliunde in aliud uas humor fluit, 7. de anat. adm. cap. 16. In oculo autem coincidentia est, vbi in meatum qui à basi Cerebri ueniēs, oculo videndi facultatem tribuit, humor adaperto, uel rupto uase incidit, obturatque eum, unde cum dolore uisus offenditur, lib. Introd. cap. 15.

Coindicantia sunt, quae praeter proprias cuiusq; morbi indicationes, adhuc uirtutem, naturam, ætatē, anni tempus, regionem & consuetudinem, & si quę sunt id genus alia, considerant, 13. meth. 16.

Cœla, dicuntur in homine longiora, maioraq; mēbra à Thorace separata, & quasi dependentia, ut brachia & manus, Latinis dicuntur artus, 3. de usup. c. 1. dicuntur & Cola, ossa narium, uide Ithmoidea.

Colatoria ossa sunt narium foraminulenta & cauernosa ossa, quae à cribri similitudine Ithmoidea, uel à spongia spongoidea appellantur, varia enim habent foramina, quo modo, & spongiæ; neque ea habent recta ut cribra, quod inde superflua Cerebri excrementa transcolent, 8. de vsup.

Coles

Coles est particula quaedam corporis insignis, ad extremũ collũ uesicae sita, qua mares feminas exuperant, quã Græci Caulon περιναῖον Latini penem, Colem, mentulam, uirgam, & pudendum uirile nominant, 5. de vsup. cap. 15.

Colica dispositio est, constitutio plenioris intestini Colon diuturna, in qua spacijs temporis interiectis, cruciatus intollerabiles, difficultates spirandi, sudores, perfrictionesque suboriuntur, lib. finit. suntq; Colicus et Voluulus intestinorũ inflãmationes, quorũ alter tenuioris intestini, affect' est, alter plenioris, quare deiectiones includũtur, et flatus intestinis inuoluti, eò ꝙ exitũ nõ habeãt, dolores uehemẽtes, et tormina concitãt, lib. Introd. c. 13. et 2. de loc. aff. 5. Inde Colica medicamẽta sunt, quę ad sedandũ Coli dolorẽ sũt comparata, quae quidem & si anodyna sunt, à communi tamen anodynorum forma, differunt, quod quæ propriè Colica appellantur, aromatis, odoratis, ac urinam cientibus seminibus permiscentur, & quamquã Colica uocentur, non tamen ad Colicos tantum, sed ad omnem dolorem in quacumque corporis parte factum, sedandum ad mouentur, quo factum est, inquit Gal. initio libri sexti de locis affectis, vt antidotos omnes dolorem sedantes, ueteres Colicos nuncupauerint, uide Narcotica.

Collectica medicamenti facultas est, quæ ulcera, & vulnera glutinet, 5. de simplic. cap. 2.

Collectiua inęqualitas pulsuum est, quae ex inęqua-

litate plurium pulsuum est conflata, 1. *de differ. puls. cap.* 30. *quae & Systematica dicitur, vide Systematica.*

Colliculum idem est quod Nympha, caruncula est ad fissuram colli matricis exorta, quae dum virgo defloratur scinditur, quam quod multo promineat, AEgyptij in Virginibus excidere consueuerunt, lib. Introd. cap. 10. *Atqui plures ex antiquis Anatomicis, tum praesertim Auicenna, dicunt ijs quae non dum venerem sunt expertae circa medium colli vteri, panniculum virginalem dictum, esse, qui hymen, alijs hymenaeon vocatur, & vt aiunt in prima coitione rumpitur; quod verisimile non videtur, nam in dissectione virginum non apparet, nec vsquam quod legerim meminit Galenus, sed potius credendum est, collum ipsum, quod musculosum sit, & neruosum, ex ipsa textura tantummodo conniuere, & angustum esse, Nympha verò est adnata Epiphysis, & appendix cutacea, lata intra pudendum muliebre supra alarum commissuram, ad vrinarium meatum sita, gemina autem est, vtrinque scilicet vna, data est à natura tum ornamenti causa, (nam quod peni virili praeputium est & Vua Pharingi id Nympha vtero) tum etiam, vt Vterum à puluere frigore, & alijs externis iniurijs tueatur,* 15. *de vsup.*

Colliquatio, vide Anastaechiosis.

Colli-

Collisio, & Contusio est, cum exterior superficies percussi corporis continuitatem seruat, multae verò exiguae diuisiones in profundo constiterint; at cum cauitas aliqua apparet, quam rei collisae percußor impreßerit, tunc illisio dicitur, lib. de sympt. caus. cap. 11. quae Graecè θλάσμα Thlasma dicitur.

Collum vteri, siue os vteri, est illud quod intus est, vbi vterus desinit, collum verò incipit; quod magis propriè os vteri diceretur; nam altera colli extremitas, quae mulieris pudendis coniungitur, non vteri, sed ipsius colli os non sine ratione diceretur, 5. aph. 46.

Collum, vide Spina.

Collyria Latinis medicamenta vocantur, quę oculis admouentur, Gręci κολλύρια nominant, hęc verò duûm generum sunt, quędam enim liquida sunt & passim collyria nominantur, quędam arida, & hęc barbara voce dicuntur sief; Gręci hęc uocant ξηροκολλούρια, illa vero ὑγροκολλούρια, 9. simplic. & 4. de comp. med. loc. cap. 5.

Colobomata Græci vocant partes, quæ in labijs aut narium alis, aut aure deficiunt, & decurtantur, 14. meth. cap. 16. quæ propriè curta vocantur.

Colon intestinum quintum in ordine, secundum autem in crassis, 6. de anat. adm. cap. 9. dicitur verò Colon, idest Laxius intestinum, quod excrementa ex distributione segregata, suscipit, lib. Introd. cap. 11. quod & pingue intestinum appellat

Gale-

Galenus, 2. de sympt. cau. cap. 5. Vnde propter sui latitudinem, ipsum solum quidam uentrem inferiorem appellant, 4. rat. uict. 112.

Columella Κίων Κίονὸς, *et Colũna siue Gargareon, caruncula est à faucibus dependens, uocis instrumẽtum; lib. finit. uide Gargareon, & Staphyle.*

Coma, idest, Sopor, siue propensio & delatio in somnum, est, cum uigilare ægri nequeant non apertos habentes oculos, sed conniuentes, uel altis somnis uel tenuibus, uel uigilijs detineantur, com. 1. in 3. de morb. vulg. 7. uide Caros. Hippocrates uerò Cataphoram omnem idest ad somnum propensionem Coma appellat, est enim in somnum delatio, nequeuntibus infirmis uigilantium munia obire, sed tum palpebras claudere cupiẽtibus, tum dormire sperãtibus; cum autem aegri clausis palpebris dormire nequeũt, sed plurimum vigilant, Coma non somniculosum uocat, com. 1. in 1. prorrhet. 1. aliquãdo Coma pro marcore sumitur, 4. sanit. tuen. cap. 4. Marcere enim torpere significat, atque languore & inertia teneri, presertim cum Celsus de Lethargo, in hoc (dicat) marcor & inexpugnabilis dormiendi necessitas, & comatosos, somnolentos, & inertes appellet, uide Sopor.

Comitialis morbus, est omnium corporis partium, ex temporum interuallis facta conuulsio, cum mentis ac sensuum oblesione, qui & Epilepsia dicitur, 3. loc. aff. 7. & de differ. morb. cap. 5. qui adhuc morbus magnus, morbus sacer, affectus puerilis, & Hercu-

leus dicitur; puerilis quidem, quoniam pueritię tempore abundat, Herculeus, non quod Hercules eo vexaretur, sed quidam morbi sæuitiem exprimere uolentes, nomen hoc magnitudinem significans Herculeam, effinxerunt, com.6. in 6. de morb. vulg.7. dicitur adhuc puerilis, ut qui à pueritia incipiens, ferè semper consenescat, Latini Comitialem dixerunt, quod in Comitijs, & hominum frequentia maxime ægros corripiat.

Commissura, quae & Sutura dicitur, Synarthrosis species est, & ossium cōpositio, ad consutarum rerum similitudinem, quae, & serrata dicitur, cum serrae modo, contrario occursu congrediuntur, ubi dentatae alterius partes, in alterius sinus comittuntur, lib. de ossib. in proœmio.

Communis morbus, siue uniuersalis est, qui multos in communi inuadit, cui oppositus est morbus, qui dispersus, siue Sporas dicitur, qui aliquos separatim tantum; Inter communes alij sunt publici quos uocāt Endemos, in quo genere pestis est, alij uulgares, seu publicè graßantes, quos Epidemos, seu Epidemios uocant, qui morbus si alicuius sit ciuitatis, uel loci proprius, dicitur Vernaculus, com. 1. in 1. de morb. vulg. in argumento, uide fusius, uerbo Pandemus, et Epidemus.

Communis, siue media Cubiti uena est, quæ fertur communis ei quae humeralis nominatur, & ei quae per axillam ad manum, 3. loc. aff. cap. 7. quae, et me-

diana, & corporalis, & purpurea & nigra dicitur, lib. de anatom. viu. vide Media.

Compages, Capitis sunt suturæ qua parte ossa capitis inter se mutuò compacta coaptantur; suturæ uerò ex translatione dici consueuerunt, Caluariæ enim ossa adeò exquisitè inter se coniunguntur, & coaptãtur, ut ipsorum coniunctio per Harmoniam, idest, ex compage, et coaptatione facta, merito sutura ex pãnorum qui consuuntur similitudine, dicatur, com. 3. in lib. de ijs quæ in medic. fiunt. 36.

Complexio febrium est, quando duæ febres horis differentibus inuaserunt, confusio autem quando eodem tempore incœperint, 2. de differ. feb. cap. 8.

Compositus morbus est, qui ex pluribus accessionibus, & remissionibus, siue eiusdem generis vt duarum vel plurium tertianarum, quotidianarum, vel quartanarum, siue diuersi, vt vnius tertianae cum quotidiana, vel cum quartana, constat; cui oppositus est morbus simplex, vnam genere intensionem, & remissionem faciens, lib. de Typis, cap. 3.

Compressio, est laterum cuiusque vasis astrictio, & angustatio per coalitum, 1. de caus. sympt. cap. 5. differens ab obstructione (quæ & oppilatio dicitur, 2. de caus. puls. cap. 1.) quæ est meatuum nostri corporis interclusio, ex aliquo tumore, vel corpore interposito, non per coalitum, lib. de differ. morb. cap. 7. si quidem compresso extrinsecus neruo, angu-

stia meatui eius contingit, 1. de sympt. caus. cap. 5. & de differ. morb. cap. 5.

Compunctio, est perforatio, quæ acu fit suffusis, 10. de vsup. cap 6.

Conarium, vide Conoides.

Concaua vena, est vena porta, 5. loc. affect. cap. 3. vide Vena porta.

Concausa, Vide Continentes.

Conceptio, idest, seminis comprehensio, motus est quidam vellicationis & contractionis Vteri dum semen inseipsum eiaculatum, amplectitur, lib. an animal sit id quod, cap. 2.

Conchula κόγχη, vide Aures.

Concoctio est ciborum à ventriculo, in conuenientem animali qualitatem alteratio, quæ concoctio, si tarda, & ægrè Longiorique tempore fiat, Bradypepsia, si autem in alteram qualitatem, non in eam quae sit secundum naturam fiat mutatio, Dyspepsia, si vero nulla fiat alteratio, sed quales sunt assumpti cibi, tales in omni qualitate manent, & deiiciuntur, dicitur Apepsia, lib. de sympt. differ. cap. 4. Alteratio ipsa, vsque quo alimentum in similitudinem partis quæ nutritur, transmutatur, concoctio, vbi vero iam parti apponitur, nutritio dicitur, 8. de compositione medicam. loc. cap. 6. Concoctio eorum quae praeter naturam sunt, est ipsa maturatio morbi; at ipsa concoctio in coquentis substantiam deductio quædam est eius

quod

quod concoquitur, com. 2. in 1. de morb. vulg. 44.

Condensantia medicamenta omnia frigida sunt, et aquea, quare poros tenues in unoquoque corpore cōdensant, & contrahunt; Cæterum instrumentum undique totum constringere nequeunt, unde & Pycnotica dicuntur, differuntq; à siccantibus, quod frigida & sicca sint, ab obstruentibus, quod frigida & crassę sint substantię, 5. de simpl. cap. 14. uide Obstruētia.

Condyloma, quasi dicas Nodus, est extuberatio, quae cum phlegmone in rugosa contrahenteq; se ani parte, consurgit, lib. finit. quae & Thymus dicitur, 14. meth. cap. 3. Est adhuc carnis excrescentia callosa in digitis manuum & pedum, in sede item ac uteri ore coalescens; sic dicitur, quod prominet in modū articuli, quem Condylon appellant, sed hic affectus in sede precipuè oritur, ruga aliqua corporum in ano reduplicatorum insurgente, ac praeter naturam intumescente. Quū enim sinuosus sit anus, rugas coagmētatas habet, ubi uerò amplius intumuerit, tunc fit Condyloma, & aliquando citra inflammationem fit & molle est, quandoque uerò cum inflammatione, tumque durum est & dolorificum.

Condylus, idest tuberculum seu Nodus, est gibba ossium explantatio Radij, & Cubiti, quae Carpo de articulantur, ob id etiam aliquando Capita dicuntur, & Apophysis, 2. de usup. cap. 2. Dicuntur, & Epiphyses, idest, artuum capita, ubi enim os medullam habet, eius finibus utrinque caput instar operculi

cuiusdam, ut plurimum uides adnasci, 10. de usup. cap. 18. uide Nodi, & Articulus.

Confusio febrium, uide Complexio.

Congelationes, passiones omnes dicuntur, quae à causa frigida, & uehementibus algoribus ortum duxerunt, lib. de differ. morb. cap. 5.

Conia stacte, idest, Lixiuium destillatum, 1. ad Glauc. cap. 3.

Coniectura artificiosa est, quae propè ad ueritatē accedit, 1. de cris. cap. 9.

Coniunctiua oculi tunica, vide Rhagois,

Coniunctiua causa, uide Continens.

Conoides corpus, siue Turbinatum, quod & Conarium dicitur, Cerebri particula est, ueluti firmamentum quoddā uenis, à magna decliui propagatis adiacens, lib. 9. de anat. adm. cap. 3. cuius substantia glandula est, figura autem Cono per quam similis; Vnde ei nomen quoque est impositum, utilitatem autem ei eandem esse existimant aliqui, quae est Pyloro uentriculi, nam ut hunc confirmant esse glandulā, prohibereque ex uentriculo cibum prius, quam is coctus sit, in tenue intestinum transumi, ad eundem modum & hanc glandulā Conarion in principio meatus constitutam, qui meatus spiritum ex medio uentriculo in Parencephalidis uentriculum transmittit, custodem quendam esse aiunt, & uelut Oeconomum, quantum spiritus mitti oporteat, 8. de usup. cap. 14.

Connutritus morbus est, qui longinquo tempore homi-

hominũ corpora infestat, co.5. in 6.de morb.vulg.6.

Consistentia urinę, ideſt tenuitas & craſsitudo, 9. meth.4. quam Arabes uocant urinę ſubſtantiam.

Conſiſtentia, ſeu ſtatus Paroxyſmi, eſt illud tempus acceſsionis febrilis, cum iam caliditas materiam conuicerit, atque uſque adeo calor augetur, ut non modo locum exurat, qui eſt quodammodo putredinis focus, ſed etiam continuatim per totum corpus diſpergatur; ac cum iam ad ſummum feruoris deuenerint humores accenſi, id acceſsionis tempus conſiſtentia appellatur, tunc uerò uniuerſum laborantis corpus igneum redditur, extenſa per totum animalis corpus ęqualiter caliditate, 2.de differ.feb. cap.11.

Conſtitutio, κατάστασις, eſt in propriam ſedem alicuius luxati corporis collocatio, reſtitutio & repoſitio, 3.de fract. 38.

Conſiſtentia, uel ſtatus paroxyſmi, ἀκμὴ, uide Aſcenſus morbi.

Contenta, ἰσχόμενα, uide Continentia.

Contentiua cauſa, uide Continens.

Cõtẽtus pulſus, idẽ ac uehemẽs, 3.de diff.pulſ.c.5.

Continentes cauſæ (quae contentiuae & coniunctae dicuntur) ſunt, quae cum pręſentes ſunt, morbi quoque adſunt, cum tolluntur morbi etiam diſcedunt, ut ſpina, telum; opponuntur euidentibus, ſeu procatarcticis, & antegreſsis cauſis, quae dum aduerſam ualetudinem crearunt, ſeparantur, ut labor, ſolis uſtio, cruditas. Concauſę ſunt, quae affectum

sua ui generare possunt, generãt etiam, et alteri cohęrentes, vnde Synœtia dicuntur. ut lapis in uesica, & inflãmatio, nã ambę urinæ suppressionis causa sunt, et si per se utraq; illã generare possit. Coadiutrices causarum partes, quę sua uirtute morbũ efficere non possunt, sed alteri auxiliãtur, ut libido articularẽ morbũ promouet. Pręcedẽs. siue interna, quę ab euidẽtibus, uel præparantur, uel coadiuuantur, vt sanguinis abũdantia, nutrimenti soboles est. Introd. cap. 8.

Continens febris, uide Synocha.

Continentia, ἴσχοντα, vocat Hippoc. solida corporis membra, ut quæ comprehendant, regantq; humida, contenta autem humores, ut qui à solidis comprehendantur, quæ impetu feruntur spiritus; si quidem in omnem corporis partem momento temporis, & facile, & citra impedimentum perueniunt, lib. de trem palp. cap. 5. Continentes autem partes erunt, ut corpus solidum Cordis, arteriarum, & aliarum partium cauarum, atq; aliquid suo sinu concludentium, quae sunt bases, radices, & fundamenta aliarum, in ipsis enim singulis triplex adest substantia, uerè ipsa solida, circumfusa alia carnosa muniens, & fouens, & per utranque sparsa spirituosa.

Continua febris Συνεχὴς πυρετός, *est quæ ad infebricitationẽ antequam ex toto soluatur, non desinit, & si declinatio aliqua sensibilis appareat; Cum uerò declinatio aliqua sensibilis nõ fiat, sẽper uerò à primo principio febris vsq; ad crisim similis perseuerauerit*

erit febris deurens, ardens, Causon, à continuis sola acutie differens (quæ enim idem cum genere nomen sortiuntur, atque in pluribus particularibus accessionibus continentur, continuæ appellantur) quæ & Synocha appellatur, hæc quidem Epacmastica siue increscens, siue Anabatica, illa homotena, siue acmastica, in eodem semper vigore & tenore perseuerans, vltima paracmastica, siue decrescens, 2. de cris. 6. & 2. de differ. feb. cap. 2. Bifariam veteres vti continui nomine, & intermittentis videntur; nam continuas vocant febres, quandoq; omnes, quæ nullum tempus liberum habent accessione, quandoq; non omnes quę accessione nunquam vacent, sed solas pręcipuè illas, quæ omni carent, vsque ad iudicium mutatione. Ita intermittentes interdum appellant illas solas, quæ accessionem perpetuam non habent, interdum eas, quarum non recedit accessio, sed insignes faciũt mutationes singularum accessionum, in initium, incrementum, uigorem, & remissiouem; At medici quidam iuniores, quæ non magnam mutationem habent, non continuas, idest, synochas, cęterum synochos nominant, continuas autem has solas, quæ non veniunt ad integritatem, & intermittunt singulis accessionibus, has vocant antiqui, interim continuas, interim intermittẽtes, nam sunt rectè inter cõtinuas. & desinentes in integritatem, mediæ, Proinde rectè vbi cum synochis conferuntur, intermittentes appellantur, cum ad integritatem venientibus, continuæ,

com.3.

com.3. in 1. de morb. vulg. 2.

Continui solutio, ἀποσπάσμα, vide vnionis solutio.

Contractiones, vide Ganglia.

Contraindicare, vide Endixis.

Contraria apud Hippoc. & medicos sunt, non in corporum modo qualitate, ut calidum frigido, humidum sicco, sed in quãtitate etiam vt magnum paruo, laxum denso, plenum vacuo, quæ Arist. opposita vocat, quo sensu dicunt Medici, curationem fieri per contraria, 11. meth. cap. 12.

Cõturbatio, seu Perturbatio, ταράξις, uide Taraxis

Contusio, θλάσμα est cum graue aliquid, supra corpus incidit, ac collidit, ita vt carnea pars disrũpatur; cum verò caro contusa, in locum sub cute cruorẽ contraxerit, sine vlla cutis diuisione, exuccatio, sugillatio, effusio, nigror, & nigritia dicitur; venas tamẽ exiguas simul cũ carne rũpi, ac discindi in huiusmodi sugillationibus, est perspicuũ, 3. de his quæ in med. 30. lib. de tumor. cap. 10. 5. de compos. med. per gen. cap. 3. vide Collisio, & Vnionis solutio.

Conuexa Hepatis, vide Sima.

Conuulsio, σπασμός; Cum omnes arbitrarij motus musculis obeantur, quando ad sua ipsorum capita retracti, vnamquamque particulam, cui inseruntur, simul attraxerint, si affectus aliquis in tensionem ipsos ducẽs, acciderit, hunc motus sequitur, similis quidem naturali, sed citra voluntatem, & vocatur affectus cõuulsio, lib. de Trem. palp. c. 8. quã Celsus, lib. 2. c. 1.

vocat neruorum distẽtionem ; quæ conuulsio uel uniuersalis est, ut cũ totũ corpus curuatur aut in priora, et dicitur ἐμπροσθότονος, aut in posteriora, ὀπισθότονος, aut in vtranque partẽ æqualiter τέτανος, quibus additur & ἐπιληψία ; vel particularis, aut in musculis oculorũ, et dicitur στραβισμὸς, aut mandibulæ τρισμὸς, aut oris κυνικὸς σπασμὸς, aut penis Σατυρίασις, vide Rhegma & Vnionis solutio.

Cõuulsio Canina σπασμὸς κυνικὸς, est affectio musculorum maxillarium, per quam os, nasus, oculus, labrum, atque adeò dimidia faciei pars in obliquum torquetur, quæ affectio non nunquam dicitur, conuulsio, interdum paralysis, ad musculum latum pertinẽs affectio est, quam quidã uocant oris torturam, 4 loc. aff. cap. 2. versus finem.

Conuulsio Comitialis, quæ laboranti Epileptico affectu, accidit, 5. loc. aff. 5. & 3. loc. aff. 7. Conuulsiuum affectum uocat Galenus, qui ante mortem neceßariò conuulsionis habet symptoma, 1. de præsag. ex pulſ. cap. 4. & co. 3. in 1. prorrhet. 69.

Conuulsiuus & Vibratus pulsus sunt, qui naturali sede relicta, unum locum non tenent, sed sursum atq; deorsum agitantur, In vibratis, arteriæ quedã partes, quasi iacula superiora petere, quædam demitti, uno eodemque tempore conspiciantur, quæ distentio parua est in conuulsiuis, 1. de diff. puls. c. 28. Cõuulsiuus pulsus est, in quo ad utrũq; terminũ tẽdit arteria, quẽ cõuulsio sequi solet, 2. de caus. puls. c. 12.

Cooper-

Coopertoria Chartilago, uide Cricoide.

Cophosis κώφωσις, *idest surditas, est abolita auditus actio, inducta, vel abijs quæ ipsam audiendi facultatem, eiusq; primariū instrumentū quod est animalis spiritus in aures affluens, aut ipsius organa quæ natura ad audiendum comparauit, lædunt.*

Copos, idest, lassitudines Græci homines uocāt affectus, ex multo uehementiue motu corporibus, uel totis, uel particulis quæ amplius laborarunt oboriētes, unde Acopa medicamenta, que talem lassitudinem tollunt, 7. de compositione medicam. per gen. cap. 11.

Copula Συνδεσμος, *terminus musculi est, sensu omni carens durior, & crassior Neruo, & Tendone, usum eum quem uel nomine ipso præsefert, exhibēs; differens à Neruo, & Tendone, quod Neruus à Cerebro, uel spinali medulla exorsus, sensum aut motū membris inducit, Tendo uerò finis musculi neruosus est, ex Copula, & Neruo procreatus, 1. de placit. cap. 9. quam quidam homines Neruum nuncupant, com. 1. in 6. de morb. uulg. 2. uide Neruum.*

Cor Καρδία, *est uiscus, carne dura, fibrosa, caua constans, principiū uitalis facultatis: sunt qui musculum esse definierint, uerum & minus rubet quam Musculus, & longe durius, spissius, solidiusque est, multoque aliter fibris intertextum; fibris nanque ualidis, & rectis caro eius circunfusa est (Vnde & Parenchyma, nomine quoq; alijs uisceribus cōmuni,*

 appel-

appellantur à basi ipsius in mucronem tendentibus, Arteriarum, & Caloris natiui, quo animal regitur, quasi fons & domicilium, in medio omnino Thorace situm, præsertim sua basi, quam caput eius nominãt, 6. de vsup. & 7. de anatom. adm. vocant adhuc & Cor veteres omnes, os uentriculi, propter affinitatem maximam, quæ illi est cum Corde, & mutuum consensum, vt ostendit Gal. 2. de placit. & 5. loc. aff. 6.

Coracoide, vide Ancyroide, & Acromion.

Coryphe, vide Vertex.

Cornea siue Corniformis (κερατοειδὴς χιτὼν ἢ ὑμὴν) *oculi tunica est, tenuis dura, & densa, quae à dura Cerebri meninge proficiscitur, & tenuem oculi tunicam choroidem in orbem amplectitur, quæ & Ceratoide dicitur, 10. de vsup. cap. 3. quæ & Cærulea dicitur, estque tunica secunda oculi, hoc est proxime subiecta adnatæ tunicæ, quam* ἐπιπεφυκότα *appellant, uide Cærulea, & Ceratoide.*

Cornicularis processus, vide Ancyroide.

Corniformis, vide Cornea, & Ceratoide.

Cornua, κέρατα, *numerantur inter affectus præter naturam, sunt autem duæ eminentiæ osseæ, quæ prope tempora nascuntur; dicuntur, & Dionysisci, sunt & Cornua Vuluæ siue sinus, duo processus mamillares, à lateribus vuluæ ad utraque ilia, quos alij vocant Cirros, lib. de vuluæ diss. cap. 3. vide Apices matricis.*

Corona oculi, uide Iris et Stephanos, Ἶρις. Στεφάνη.

Coro-

Coronale os, vt Coronalis sutura Στεφανιαία ῥαφή, Στεφανιαῖον ὀστοῦν *sunt, sutura anterior Cranij ab vno temporum osse ad alterum trãsuersim perueniẽs, sic etiam os frontis coronale dicitur, quoniam ea capitis parte vbi sunt, coronæ gestari soleant, vel quod in orbem frontem cingant, 9. de vsup. 2. de ossib. c. 1. 6. de anatom. adm. cap. 1. Inde, & Coronalis vena,* Στεφανιαία φλέψ, *propago est veniens à magno trunco venæ cauæ sursum ascendentis, cingens cordis basim in modum Coronæ; Est & alia uenæ cauæ propago quæ Coronalis stomachica* Στεφανιαία στομαχική *appellatur, quæ à ramo splenico venæ cauæ proficiscitur, & ad stomachum effertur, ibiq; bipartito ramo, maiore ceu corona stomachum totum cingit, minore ad pilωron descendit. Quemadmodum autem à vena caua, coronalis hæc uena proficiscitur, sic à magna arteria statim, vbi à Corde orta est, arteriæ duæ coronariæ, prodeunt, maior sub valuula dextra, minor sub postica, quæ in Cordis superficiem, & eius partem crassiorem, perinde ac venæ, distribuuntur, 7. de anat. adm.*

Corone, siue Coronon, est extremum ossis quod in mucronẽ desinit, lib. de ossib. in proœmio, unde omnes apophyses rotundas, appellant coronas, vel Coronus, Κορώνη ἢ Κορώνον, *sic autem dicitur, quia* τῆς κορώνης, *hoc est Cornicis rostro similis sit, quæ autem Apophysis in caput crassum & rotundum desinit, non Corone, sed Auche Grεce* αὐχή, *nominat, 2. de usup. c. 14*

Corporalis vena, vide Communis vena.

Corrugatio pupillæ, vide Tabes oculi.

Coryza, grauedo, κορύζα, tenuis, & incoctus humor est, qui per nares secernitur, quasi grauedinem dixeris, quemadmodum talis defluxio, cum per palatum fit, dicitur Catarrhus, 2. progn. 49. est autem hic humor, non qui propriè ὠμὸς, siue crudus dicitur, sed qui ἄπεπτος, hoc est liquidus & tenuis, Celsus autem autor est, & destillationem, & grauedinem κορύζας Hippocratem appellasse. Catarrhum appellamus, cum quod superuacuum est in Cerebro, in os diffluit, Coryzam cum in nares, Bronchos autem siue raucitas catarrhis superuenit, faucibus scilicet humore imbutis, quod si in Gargareonem fluxio procumbit, aut quam ex similitudine Græci staphylen, idest, acinum vocant, in ea gignit, aut aliàs eam in tumorem attollit, at si glandulas, antiadas; si in eas quæ ijs proxima sunt, Paristhmia, 3. de sympt. caus. c. 4.

Costa extrema est, non parua illa re uera spuria, quæ ab alijs discedit, & carnosæ parti septi transuersi obducta est, sed ipsi proxima, cui manifesta iam membrana tenuis intus subtenditur, ei continua, quæ omnes costas subcingit, 5. de anatom. adm. 3.

Costæ, ossa pectoris sunt, quæ à Collo toto ad ilia vsque ex anteriore parte, ad vtrumque latus protenduntur, lib. Introd. cap. 10. & 3. de artic. 37. duodecim vt plurimum numero sunt, ex quibus superiores septem simpliciter πλευραὶ dicuntur, quinq; uerò reli-

que

quæ costæ inferiores νόθαι dicuntur, hoc est spuriæ, et illegitimæ, quia imperfectæ sunt.

Cotyle, κοτύλη, vide Articulus, & Acetabulum.

Cotyledones, κοτυληδόνες, vide Acetabulum.

Coxa, quæ & Ischion, magnum femoris ossis caput est, Græce ἰσχίον, idest Coxa appellatur, veluti cauitas eius, acetabulum dicitur, 2. de fract. 70. vnde affectus fit, qui Ischias & Coxendix appellatur, inde Ischiadici & coxarij, idest, coxę morbo laborantes, 7. de comp. med. per gen. cap. 16. Ischion aliquando significat ligamentum ipsum, quo femur coxendicis acetabulo colligatur, interdum verò ipsum articulũ; sed et Ischia ἰσχία dicuntur à quibusdam partes carnosæ ex utroque sacri ossis latere, quæ & ἐνεφία à Græcis, à Latinis Clunes appellantur, os aũt Coxendicis, est apophysis ossis sacri, ad coxendicis acetabulum vndique pertinens. Os enim sacrum, qua parte femoris caput ei inseritur, Ischion vocatum est.

Cranium, Calua, Caluaria κρανίον, est os capitis crassum, rarum, rotundum, ossibus septem compactum, suturisque distinctum, Cerebrum continens, atque vtramque meningẽ ambiẽs, quod quasi κράνος, idest, galea Cerebro adiaceat, 8. de vsup. cap. 9.

Crasis, Grece κρᾶσις & κρῆσις, temperiem significat, 1. de natur. hum. 12.

Craßa membrana, vide membrana dura.

Crassa vena, idest, humeralis, 1. de artic. 53.

Craßus pulsus, uide Gracilis.

Crea

Crea, vide Tibia.

Creber pulsus est, cuius intermediæ quietis est breue tẽpus, rarus, cum longum; 4. de pulsf. ad Tyron. c. 4.

Cremasteres, vide Testes.

Cremor, idem est ac Chymus χυμὸς, 3. de natur. facul. cap. 4.

Cremor ptisanæ est, vbi à decoctione quis ptisanã colauerit, deinde cremorem separauerit, hæc ptisana non dicetur, sed ptisanę cremor, 1. acutor. 26.

Cricoides chartilago, est laryngis chartilago, basim anuli figuram representantem efficiens; Tribus enim chartilaginibus constat larynx, quarum prima maxima ex internis partibus collocatur, cuius conuexum extra prominet, concauum intus, quę dimidium totius capacitatis laryngis comprehẽdit, ad formam scuti, à quo Anatomici Thyroidem, idest scutiformen, alij peltalem, quod peltæ formam agat, nominant. Posterior quæ basim Cricoidem, idest anuli figuram imitantem efficit, postremæ ipsius asperæ arteriæ chartilagini, sigmæ literam imitanti, incumbit; Scutiformi verò in priori sui ipsius parte subiacet, (quæ & Cricoides, Cymbalaris, & Coopertoria dicitur) Reliqua ab his Chartilago, quæ tum positione, cum magnitudine tertia est, in suprema Cricoidis, (quae, & innominata dicitur.) Chartilaginis parte sita est, gutturnijs, infundibulisq; quas Arytęnas vocant similis, vnde & Arytænoides dicitur; Quae autem à radice linguæ exoritur, quam Epiglottida,

quasi

quasi superligulam dixeris, non est bronchi propria, lib. de vocal. inst. diss. cap. 4. & 7. de vsup. cap. 11. & lib. de anat. uiu.

Crimnoides vrina Κριμνώδης; *cuius sedimenta crimnoidea sunt, idest, quæ speciem furfuris, vel spumæ referunt, significantq; sanguinis cremationem, si rubea sedimenta sunt; vel solidorum nimiam liquationẽ, si alba, lib. de vrinis, cap. 29, uide Hypostasis.*

Crisis, siue Iudicium, siue Iudicatio Κρίσις *apud aliquos est subita in morbo mutatio, apud alios est in meliorem statum inclinatio sola, apud alios est ea quę antecedit agitatio, apud alios integra totius morbi solutio; apud alios illa tantum morbi solutio, quę ad bonum fit, 1. de cris. cap. 1. Sed ea quæ repente fit, per excellentiam Crisis dicitur, quæ natura, quę præter naturam sunt, superante, exquisite perficitur, 3. de cris. cap. 1. Iudicatio per morbos, de foro translatitia appellatione dicta est, significans pręcipitem in morbo mutationem, cum quadam euidenti euacuatione, vel abscessu, quae quadrifariam existit, aut enim statim vindicantur à morbis, aut magnam obtinent in melius mutationem, aut statim moriuntur, aut multo deteriores euadunt; Itaque duas primas iudicationes, proximas duas magna ex parte cum adiectione, malam aut prauam iudicationem, quandoq; uerò, sine adiectione simpliciter, 3. progn. 1. Vtitur item Hippoc. Crisi pro* λύσι, *idest, solutione morbi, ut in progn. optimam eam dicit esse vrinam, in qua*

in qua per totum morbi curriculum, donec ipse iudicatus sit, subsidet album, leue, & ęquale. Tertia adhuc est eiusdem Κρίσεως *significatio, ad motum uehementem naturae pro cuiuslibet rei molestae depulsione, secundum quam non modo morbi, sed & conceptiones, & abortiones, & partus, & omnino quęcunq; magno conatu naturae indigent, dicuntur Iudicari, lib. de septim. par.*

Crisis asima, quę à nullo dierum indicantium fuerit indicata, 3. de cris. 10. periculosa, quæ cum grauibus symptomatis accidit; Infida seu incerta, cum morbi recidiua contingit; Obscura, quae citra excretionem, vel abscessum euidentem euenit; Absoluta, quae in morbo nihil facit reliqui, 1. die. decr. cap. 2.

Crisis imperfecta, quae non omnino à morbo liberat, 3. cris. 7. sed ex morbo quippiam relinquit, 1. dier. decr. cap. 2.

Crisima signa, idest, decernentia & iudicantia, 1. aphor. 12.

Crithe, idest, Hordeum, siue Hordeolum, siue Posthia, & oculorum tuberculum, de remed. par. fac. cap. 10. uid. Hordeolus, Posthia, Chalazia.

Crotaphite, Κροταφῖται, *idest, temporales musculi, qui maxillam inferiorem mouent, & sursum trahunt, & intra os siti sunt, lib. de musc. diss. cap. 6. uide Manducatorij.*

Cruda Vrina, uide Aquosa.

Cruditas ὠμότη *est, cum Ventriculus, uel propria morbo*

morbo, uel uitiosis humoribus in ipso accumulatis, uel praua alimentorum qualitate, ut nidorosa, acida, foetori, aut putredini, aut corruptioni obnoxia, aut ex praeparationis modo, ad huiusmodi aliquam dispositionem deducta, ea non amplectitur, sed in ipso corrumpuntur. Differens ab incoctione, quae est rerum quae non possunt concoqui, ut acinorum, & omnium quę omnino imputria, & immutata deijciuntur, 1. loc.aff.cap.3.

Crudus humor ὠμὸς χυμὸς *est, cum alimentũ, suam naturam, in uentriculo, hepate & intestinis quàm diutissime seruat, nulla alteratione ex particula, quę ad ipsum concoquendum, est destinata, suscepta; uel cum transmutatio fit, sed in peregrinam qualitatem, 8.de comp. med. loc. cap. 6. Humor crudus, pituita crassior est, ac minus flatulenta, qualis in urinis subsidet, ijs prę sertim quę ex edacitate sedimen multum fabaceę pulticulę simile obtinent: quin & corporibus ijs quę ab exercitatione abstinuere, cibis uerò quàm plurimis, ac balneis post sumptos cibos utebãtur, sępe eiusmodi humor confertim per aluum descẽdit, sed & una cum hoc humore, perinde ac cum pituita, decolor quędam in toto corpore subest albedo, qui crudus humor inappetẽtes homines efficit, lib. de multitud. cap.11.*

Crura κνήμαι, *dicuntur extremę corporis partes, quę thoracem medium, & imum uentrem pretergrediuntur, vt quicquid prominet ultra os sacrum, et car-*

nosos

nosos musculos illi subiectos infernè, usque ad pedes, & id quod superne ultra thoracem, & scapulas usq; ad manus, id crura dicantur, lib. Introd. cap. 10.

Crysorchis, κρυσορχὶς, *est testiculi, aut testiculorum occultatio, vel recessio, lib. finit.*

Crystallinus humor, κρυσταλλοειδὲς ὑγρὸν, *et Crystalloidis (qui glacialis adhuc dicitur, quod concretam glaciem imitetur 7. de placit. cap. 5.) est humor albus, splendidus, lucidus, non omnino rotundus, sed aliquantulum planus, in medio oculorum situs, in quo fit uisio, primumque videndi instrumentum, qui per Diadosin, idest, transumptionem (non per venam quidem, quæ nulla inest) vitreo humore nutritur. Cui adhæret vitreus oculi humor, qui & Hyeloides dicitur, quique quanto crassior & albior est sanguine, tanto à crystallino humore, humiditate atque albedine relinquitur; subest huic Albugineus, albo oui similis, quem Hydatoidem, quod aquæ sit similis, uocant, 10. de vsup. cap. 1. lib. de ocul. cap. 2. & Introd. cap. 11.*

Ctir, κτεὶς, *muliebris pudendi sinus, pilis decoratus, appellatur; quæ sinum ambiunt*, περιγύματα, *idest, alæ uocantur, 15. de vsup.*

Cubitus, (ἀγκὼν, ἀγοστὸς, ὠλέκρανον πῆχυς ὠλένη) *est os, quod inter Humerum & Carpon, quod brachiale dicitur, situm est; eiusdemque partis os grandius Cubitus item dicitur, qui alteri subest ossi, quod Radium nominant, lib. de ossib. cap. 17. quem cubitum*

tum Pechym, ideſt, vlnam dicunt, 2. de vſup. 2. clarius. Cubitus Pechys πῆχυς, *ſeu ulna, Arabibus focile maius, eſt ea pars totius brachij, quæ ſuperne terminatur, qua brachio quidem continua eſt, per articulum, qui in curuatura cubiti eſt, cui innitimur; inferne autem qua Carpo manus; quo ſpatio, duo oßa recipiuntur, alterum magnum, & rotundum, nominatum eodem nomine quo pars, ideſt Cubitus, alterum quod Cerchis, Arabibus focile minus, ideſt Radius appellatur, 2. de motu muſcul. cap. 2. & 1. de de fract. 18.*

Cubiforme os, quod κυβοειδὲς ὀστοῦν, *ſiue os Cubiti dicitur, eſt os quod ab externis pedis partibus firmum in terra ſtatuitur, externisque Tarſi partibus, eſt locatum, & dearticulatur cauitati calcanei ad finem adiacenti, 3. de vſup. 7. eſt enim os vnum, ex quatuor tarſi oſſibus, ſolum nomine donatum, cum reliqua tria careant nominibus, eſt autem os, vt reliqua Tarſi oßa, intus cauum, foris gibbũ, eſt autẽ os Cubo ſimile, quod latera ſex habeat Cubo cõmunia.*

Cuculus, vide Coccyx.

Cucurbitulę leues, quę citra ſcarificationẽ adaptãtur, 3. loc. aff. cap. 4.

Cunei os, quod & ὀστοῦν σφηνοειδὲς, *os baſilare, et os palati appellant, medium inter ſuperiora & inferiora totius capitis oſſa, de oſſib. cap. 1.*

Cunnus, inanitas ea eſt, quæ inter oſſa pubis penetrat, extrinſecus pelliculam quandam habens, vi-

erit febris deurens, ardens, Causon, à continuis sola acutie differens (quæ enim idem cum genere nomen sortiuntur, atque in pluribus particularibus accessionibus continentur, continuæ appellantur) quæ & Synocha appellatur, hæc quidem Epacmastica siue increscens, siue Anabatica, illa homotena, siue acmastica, in eodem semper vigore & tenore perseuerans, vltima paracmastica, siue decrescens, 2. de cris. 6. & 2. de differ. feb. cap. 2. Bifariam veteres vti continui nomine, & intermittentis videntur; nam continuas vocant febres, quandoq; omnes, quæ nullum tempus liberum habent accessione, quandoq; non omnes quę accessione nunquam vacent, sed solas pręcipuè illas, quæ omni carent, vsque ad iudicium mutatione. Ita intermittentes interdum appellant illas solas, quæ accessionem perpetuam non habent, interdum eas, quarum non recedit accessio, sed insignes faciũt mutationes singularum accessionum, in initium, incrementum, uigorem, & remissiouem; At medici quidam iuniores, quæ non magnam mutationem habent, non continuas, idest, synochas, cęterum synochos nominant, continuas autem has solas, quæ non veniunt ad integritatem, & intermittunt singulis accessionibus, has vocant antiqui, interim continuas, interim intermittẽtes, nam sunt recte inter cõtinuas. & desinentes in integritatem, mediæ, Proinde recte vbi cum synochis conferuntur, intermittentes appellantur, cum ad integritatem venientibus, continuæ,

com. 3.

com.3. in 1. de morb. vulg. 2.

Continui ſolutio, ἀποσπάσμα, vide vnionis ſolutio.

Contractiones, vide Ganglia.

Contraindicare, vide Endixis.

Contraria apud Hippoc. & medicos ſunt, non in corporum modo qualitate, ut calidum frigido, humidum ſicco, ſed in quãtitate etiam vt magnum paruo, laxum denſo, plenum vacuo, quæ Ariſt. oppoſita vocat, quo ſenſu dicunt Medici, curationem fieri per contraria, 11. meth. cap. 12.

Cõturbatio, ſeu Perturbatio, ταράξις, uide Taraxis

Contuſio, θλάσμα eſt cum graue aliquid, ſupra corpus incidit, ac collidit, ita vt carnea pars diſrũpatur; cum verò caro contuſa, in locum ſub cute cruorẽ contraxerit, ſine vlla cutis diuiſione, exuccatio, ſugillatio, effuſio, nigror, & nigritia dicitur; venas tamẽ exiguas ſimul cũ carne rũpi, ac diſcindi in huiuſmodi ſugillationibus, eſt perſpicuũ, 3. de his quæ in med. 30. lib. de tumor. cap. 10. 5. de compoſ. med. per gen. cap. 3. vide Colliſio, & Vnionis ſolutio.

Conuexa Hepatis, vide Sima.

Conuulſio, σπασμός; Cum omnes arbitrarij motus muſculis obeantur, quando ad ſua ipſorum capita retracti, vnamquamque particulam, cui inſeruntur, ſimul attraxerint, ſi affectus aliquis in tenſionem ipſos ducẽs, acciderit, hunc motus ſequitur, ſimilis quidem naturali, ſed citra voluntatem, & vocatur affectus cõuulſio, lib. de Trem. palp. c. 8. quã Celſus, lib. 2. c. 1.

vocat neruorum distẽtionem ; quæ conuulsio uel uniuersalis est, ut cũ totũ corpus curuatur aut in priora, et dicitur ἐμπροσθότονος, *aut in posteriora,* ὀπισθότονος, *aut in vtranque partẽ æqualiter* τέτανος, *quibus additur &* ἐπιληψία ; *vel particularis, aut in musculis oculorũ, et dicitur* στραβισμὸς, *aut mandibulæ* τρισμὸς, *aut oris* κυνικὸς σπασμὸς, *aut penis* Σατυριασις, *vide Rhegma & Vnionis solutio.*

Cõuulsio Canina σπασμὸς κυνικὸς, *est affectio musculorum maxillarium, per quam os, nasus, oculus, labrum, atque adeò dimidia faciei pars in obliquum torquetur, quæ affectio non nunquam dicitur, conuulsio, interdum paralysis, ad musculum latum pertinẽs affectio est, quam quidã uocant oris torturam, 4 loc. aff. cap. 2. versus finem.*

Conuulsio Comitialis, quæ laboranti Epileptico affectu, accidit, 5. loc. aff. 5. & 3. loc. aff. 7.

Conuulsiuum affectum uocat Galenus, qui ante mortem neceßariò conuulsionis habet symptoma, 1. de præsag. ex puls. cap. 4. & co. 3. in 1. prorrhet. 69.

Conuulsiuus & Vibratus pulsus sunt, qui naturali sede relicta, unum locum non tenent, sed sursum atq; deorsum agitantur, In vibratis, arteriæ quędã partes, quasi iacula superiora petere, quædam demitti, uno eodemque tempore conspiciantur, quæ distentio parua est in conuulsiuis, 1. de diff. puls. c. 28.

Cõuulsiuus pulsus est, in quo ad utrũq; terminũ tẽdit arteria, quę cõuulsio sequi solet, 2. de caus. puls. c. 12.

Cooper-

Coopertoria Chartilago, uide Cricoide.

Cophosis Κώφωσις, *ideſt ſurditas, eſt abolita auditus actio, inducta, vel abijs quę ipſam audiendi facultatem, eiusq; primariũ inſtrumentũ quod eſt animalis ſpiritus in aures affluens, aut ipſius organa quæ natura ad audiendum comparauit, lædunt.*

Copos, ideſt, laſſitudines Gręci homines uocãt affectus, ex multo uehementi'ue motu corporibus, uel totis, uel particulis quæ amplius laborarunt oboriẽtes, unde Acopa medicamenta, que talem laſſitudinem tollunt, 7. de compoſitione medicam. per gen. cap. 11.

Copula Σύνδεσμος, *terminus muſculi eſt, ſenſu omni carens durior, & craſſior Neruo, & Tendone, uſum eum quem uel nomine ipſo præſefert, exhibẽs; differens à Neruo, & Tendone, quod Neruus à Cerebro, uel ſpinali medulla exorſus, ſenſum aut motũ membris inducit, Tendo uerò finis muſculi neruoſus eſt, ex Copula, & Neruo procreatus, 1. de placit. cap. 9. quam quidam homines Neruum nuncupant, com. 1. in 6. de morb. uulg. 2. uide Neruum.*

Cor Καρδία, *eſt uiſcus, carne dura, fibroſa, caua conſtans, principiũ uitalis facultatis: ſunt qui muſculum eſſe definierint, uerum & minus rubet quam Muſculus, & longe durius, ſpiſsius, ſolidius que eſt, multoque aliter fibris intertextum; fibris nanque ualidis, & rectis caro eius circunfuſa eſt (Vnde & Parenchyma, nomine quoq; alijs uiſceribus cõmuni,*

appellantur à basi ipsius in mucronem tendentibus, Arteriarum, & Caloris natiui, quo animal regitur, quasi fons & domicilium, in medio omnino Thorace situm, præsertim sua basi, quam caput eius nominãt, 6. de vsup. & 7. de anatom. adm. vocant adhuc & Cor veteres omnes, os uentriculi, propter affinitatem maximam, quæ illi est cum Corde, & mutuum consensum, vt ostendit Gal. 2. de placit. & 5. loc. aff. 6.

Coracoide, vide Ancyroide, & Acromion.

Coryphe, vide Vertex.

Cornea siue Corniformis (Κερατοειδὴς χιτὼν ἢ ὑμὴν) *oculi tunica est, tenuis dura, & densa, quae à dura Cerebri meninge proficiscitur, & tenuem oculi tunicam choroidem in orbem amplectitur, quæ & Ceratoide dicitur, 10. de vsup. cap. 3. quæ & Cærulea dicitur, estque tunica secunda oculi, hoc est proxime subiecta adnatæ tunicæ, quam* ἐπιπεφυκὰ *appellant; uide Cærulea, & Ceratoide.*

Cornicularis processus, vide Ancyroide.

Corniformis, vide Cornea, & Ceratoide.

Cornua, Κέρατα, *numerantur inter affectus præter naturam, sunt autem duæ eminentiæ osseæ, quæ prope tempora nascuntur; dicuntur, & Dionysisci, sunt & Cornua Vuluæ siue sinus, duo processus mamillares, à lateribus vuluæ ad utraque ilia, quos alij vocant Cirros, lib. de vuluæ diss. cap. 3. vide Apices matricis.*

Corona oculi, uide Iris et Stephanos, ἶρις Στεφάνη.

Coro-

Coronale os, vt Coronalis sutura Στεφανιαία ῥαφὴ, Στεφανιαῖον ὀστοῦν sunt, sutura anterior Cranii ab vno temporum osse ad alterum trãsuersim perueniẽs, sic etiam os frontis coronale dicitur, quoniam ea capitis parte vbi sunt, coronæ gestari soleant, vel quod in orbem frontem cingant, 9. de vsup. 2. de ossib. c. 1. 6. de anatom. adm. cap. 1. Inde, & Coronalis vena, Στεφανιαία φλὲψ, propago est veniens à magno trunco venæ cauæ sursum ascendentis, cingens cordis basim in modum Coronæ; Est & alia uenæ cauæ propago quæ Coronalis stomachica Στεφανιάια στομαχικὴ appellatur, quæ à ramo splenico venæ cauæ proficiscitur, & ad stomachum effertur, ibiq; bipartito ramo, maiore ceu corona stomachum totum cingit, minore ad pilωron descendit. Quemadmodum autem à vena caua, coronalis hæc uena proficiscitur, sic à magna arteria statim, vbi à Corde orta est, arteriæ duæ coronariæ, prodeunt, maior sub valuula dextra, minor sub postica, quæ in Cordis superficiem, & eius partem crassiorem, perinde ac venæ, distribuuntur, 7. de anat. adm.

Corone, siue Coronon, est extremum ossis quod in mucronẽ desinit, lib. de ossib. in proœmio, unde omnes apophyses rotundas, appellant coronas, vel Coronus, Κορώνη ἢ Κορώνον, sic autem dicitur, quia τῆς κορώνης, hoc est Cornicis rostro similis sit, quæ autem Apophysis in caput crassum & rotundum desinit, non Corone, sed Auche Greçe αὐχὴ, nominat, 2. de usup. c. 14

Corporalis vena, vide Communis vena.

Corrugatio pupillæ, vide Tabes oculi.

Coryza, grauedo, κορύζα, *tenuis, & incoctus humor est, qui per nares secernitur, quasi grauedinem dixeris, quemadmodum talis defluxio, cum per palatum fit, dicitur Catarrhus, 2. progn. 49. est autem hic humor, non qui propriè* ὠμὸς, *siue crudus dicitur, sed qui* ἄπεπτος, *hoc est liquidus & tenuis, Celsus autem autor est, & destillationem, & grauedinem* κορύζας *Hippocratem appellasse. Catarrhum appellamus, cum quod superuacuum est in Cerebro, in os diffluit, Coryzam cum in nares, Bronchos autem siue raucitas catarrhis superuenit, faucibus scilicet humore imbutis, quod si in Gargareonem fluxio procumbit, aut quam ex similitudine Græci staphylen, idest, acinum vocant, in ea gignit, aut aliàs eam in tumorem attollit, at si glandulas, antiadas; si in eas quæ ijs proxima, sunt, Paristhmia, 3. de sympt. caus. c. 4.*

Costa extrema est, non parua illa re uera spuria, quæ ab alijs discedit, & carnosæ parti septi transuersi obducta est, sed ipsi proxima, cui manifesta iam membrana tenuis intus subtenditur, ei continua, quæ omnes costas subcingit, 5. de anatom. adm. 3.

Costæ, ossa pectoris sunt, quæ à Collo toto ad ilia vsque ex anteriore parte, ad vtrumque latus protenduntur, lib. Introd. cap. 10. & 3. de artic. 37. duodecim vt plurimum numero sunt, ex quibus superiores septem simpliciter πλευραὶ *dicuntur, quinq; uerò reli-*

quæ

quæ costæ inferiores νόθαι dicuntur, hoc est spuriæ, et illegitimæ, quia imperfectæ sunt.

Cotyle, κοτύλη, *vide Articulus, & Acetabulum.*

Cotyledones, κοτυληδόνες, *vide Acetabulum.*

Coxa, quæ & Ischion, magnum femoris ossis caput est, Græce ἰσχίον, *idest Coxa appellatur, veluti cauitas eius, acetabulum dicitur, 2. de fract. 70. vnde affectus fit, qui Ischias & Coxendix appellatur, inde Ischiadici & coxarij, idest, coxæ morbo laborantes, 7. de comp. med. per gen. cap. 16. Ischion aliquando significat ligamentum ipsum, quo femur coxendicis acetabulo colligatur, interdum verò ipsum articulũ; sed et Ischia* ἰσχία *dicuntur à quibusdam partes carnosæ ex utroque sacri ossis latere, quæ &* σκαφία *à Græcis, à Latinis Clunes appellantur, os aũt Coxendicis, est apophysis ossis sacri, ad coxendicis acetabulum vndique pertinens. Os enim sacrum, qua parte femoris caput ei inseritur, Ischion vocatum est.*

Cranium, Calua, Caluaria κρανίον, *est os capitis crassum, rarum, rotundum, ossibus septem compactum, suturisque distinctum, Cerebrum continens, atque vtramque meningẽ ambiẽs, quod quasi* κράνος, *idest, galea Cerebro adiaceat, 8. de vsup. cap. 9.*

Crasis, Græce κρᾶσις *&* κρῆσις, *temperiem significat, 1. de natur. hum. 12.*

Craßa membrana, vide membrana dura.

Crassa vena, idest, humeralis, 1. de artic. 53.

Craßus pulsus, uide Gracilis.

Crea, vide Tibia.

Creber pulſus eſt, cuius intermediæ quietis eſt breue tẽpus, rarus, cum longum; 4. *de pulſ. ad Tyron. c.* 4.

Cremaſteres, vide Teſtes.

Cremor, idem eſt ac Chymus χυμὸς, 3. *de natur. facul. cap.* 4.

Cremor ptiſanæ eſt, vbi à decoctione quis ptiſanã colauerit, deinde cremorem ſeparauerit, hæc ptiſana non dicetur, ſed ptiſanę cremor, 1. *acutor.* 26.

Cricoides chartilago, eſt laryngis chartilago, baſim anuli figuram repreſentantem efficiens; Tribus enim chartilaginibus conſtat larynx, quarum prima maxima ex internis partibus collocatur, cuius conuexum extra prominet, concauum intus, quę dimidium totius capacitatis laryngis comprehẽdit, ad formam ſcuti, à quo Anatomici Thyroidem, ideſt ſcutiformen, alij peltalem, quod peltæ formam agat, nominant. Poſterior quæ baſim Cricoidem, ideſt anuli figuram imitantem efficit, poſtremæ ipſius aſperæ arteriæ chartilagini, ſigmæ literam imitanti, incumbit; Scutiformi verò in priori ſui ipſius parte ſubiacet, (quæ & Cricoides, Cymbalaris, & Coopertoria dicitur) Reliqua ab his Chartilago, quæ tum poſitione, cum magnitudine tertia eſt, in ſuprema Cricoidis, (quae, & innominata dicitur.) Chartilaginis parte ſita eſt, gutturniis, infundibulisq; quas Arytęnas vocant ſimilis, vnde & Arytænoides dicitur; Quae autem à radice linguæ exoritur, quam Epiglottida,

quaſi

quasi superligulam dixeris, non est bronchi propria, lib. de vocal. inst. diss. cap. 4. & 7. de vsup. cap. 11. & lib. de anat. uiu.

Crimnoides vrina Κριμνώδης, *cuius sedimenta crimnoidea sunt, idest, quæ speciem furfuris, vel spumæ referunt, significantq; sanguinis cremationem, si rubea sedimenta sunt; vel solidorum nimiam liquationẽ, si alba, lib. de vrinis, cap. 29, uide Hypostasis.*

Crisis, siue Iudicium, siue Iudicatio Κρίσις *apud aliquos est subita in morbo mutatio, apud alios est in meliorem statum inclinatio sola, apud alios est ea quę antecedit agitatio, apud alios integra totius morbi solutio; apud alios illa tantum morbi solutio, quę ad bonum fit, 1. de cris. cap. 1. Sed ea quæ repente fit, per excellentiam Crisis dicitur, quæ natura, quę præter naturam sunt, superante, exquisite perficitur, 3. de cris. cap. 1. Iudicatio per morbos, de foro translatitia appellatione dicta est, significans pręcipitem in morbo mutationem, cum quadam euidenti euacuatione, vel abscessu, quae quadrifariam existit, aut enim statim vindicantur à morbis, aut magnam obtinent in melius mutationem, aut statim moriuntur, aut multo deteriores euadunt; Itaque duas primas iudicationes, proximas duas magna ex parte cum adiectione, malam aut prauam iudicationem, quandoq; uerò, sine adiectione simpliciter, 3. prognost. 1. Vtitur item Hippoc. Crisi pro* λύσει, *idest, solutione morbi, ut in progn. optimam eam dicit esse vrinam, in qua*

in qua per totum morbi curriculum, donec ipse iudicatus sit, subsidet album, leue, & æquale. Tertia adhuc est eiusdem Κρίσεως *significatio, ad motum uehementem naturae pro cuiuslibet rei molestae depulsione, secundum quam non modo morbi, sed & conceptiones, & abortiones, & partus, & omnino quęcunq; magno conatu naturae indigent, dicuntur Iudicari, lib. de septim. par.*

Crisis asima, quę à nullo dierum indicantium fuerit indicata, 3. de cris. 10. periculosa, quæ cum grauibus symptomatis accidit; Infida seu incerta, cum morbi recidiua contingit; Obscura, quae citra excretionem, vel abscessum euidentem euenit; Absoluta, quae in morbo nihil facit reliqui, 1. die. decr. cap. 2.

Crisis imperfecta, quae non omnino à morbo liberat, 3. cris. 7. sed ex morbo quippiam relinquit, 1. dier. decr. cap. 2.

Crisima signa, idest, decernentia & iudicantia, 1. aphor. 12.

Crithe, idest, Hordeum, siue Hordeolum, siue Posthia, & oculorum tuberculum, de remed. par. fac. cap. 10. uid. Hordeolus, Posthia, Chalazia.

Crotaphitę, Κροταφῖται, *idest, temporales musculi, qui maxillam inferiorem mouent, & sursum trahunt, & intra os siti sunt, lib. de musc. diss. cap. 6. uide Manducatorij.*

Cruda Vrina, uide Aquosa.

Cruditas ὠμότης *est, cum Ventriculus, uel propria morbo*

morbo, uel uitiosis humoribus in ipso accumulatis, uel praua alimentorum qualitate, ut nidorosa, acida, fœtori, aut putredini, aut corruptioni obnoxia, aut ex praeparationis modo, ad huiusmodi aliquam dispositionem deducta, ea non amplectitur, sed in ipso corrumpuntur. Differens ab incoctione, quae est rerum quae non possunt concoqui, ut acinorum, & omnium quę omnino imputria, & immutata deijciuntur, 1. loc. aff. cap. 3.

Crudus humor ὠμὸς χυμὸς est, cum alimentũ, suam naturam, in uentriculo, hepate & intestinis quàm diutissime seruat, nulla alteratione ex particula, quę ad ipsum concoquendum, est destinata, suscepta; uel cum transmutatio fit, sed in peregrinam qualitatem, 8. de comp. med. loc. cap. 6. Humor crudus, pituita crassior est, ac minus flatulenta, qualis in urinis subsidet, ijs prȩsertim quę ex edacitate sedimen multum fabaceȩ pulticulȩ simile obtinent: quin & corporibus ijs quę ab exercitatione abstinuere, cibis uerò quàm plurimis, ac balneis post sumptos cibos utebãtur, sepe eiusmodi humor confertim per aluum descẽdit, sed & una cum hoc humore, perinde ac cum pituita, decolor quędam in toto corpore subest albedo, qui crudus humor inappetẽtes homines efficit, lib. de multitud. cap. 11.

Crura κνήμαι, dicuntur extremȩ corporis partes, quę thoracem medium, & imum uentrem pretergrediuntur, vt quicquid prominet ultra os sacrum, et car-

nosos

nosos musculos illi subiectos infernè, usque ad pedes, & id quod superne ultra thoracem, & scapulas usq; ad manus, id crura dicantur, lib. Introd. cap. 10.

Crysorchis, Κρυσορχεῖς, *est testiculi, aut testiculorum occultatio, vel recessio, lib. finit.*

Crystallinus humor, Κρυσταλλοειδὲς ὑγρὸν, *et Crystalloidis (qui glacialis adhuc dicitur, quod concretam glaciem imitetur 7. de placit. cap. 5.) est humor albus, splendidus, lucidus, non omnino rotundus, sed aliquantulum planus, in medio oculorum situs, in quo fit uisio, primumque videndi instrumentum, qui per Diadosin, idest, transumptionem (non per venam quidem, quæ nulla inest) vitreo humore nutritur. Cui adhæret vitreus oculi humor, qui & Hyeloides dicitur, quique quanto crassior & albior est sanguine, tanto à crystallino humore, humiditate atque albedine relinquitur; subest huic Albugineus, albo oui similis, quem Hydatoidem, quod aquæ sit similis, uocant, 10. de vsup. cap. 1. lib. de ocul. cap. 2. & Introd. cap. 11.*

Ctir, κτεὶς, *muliebris pudendi sinus, pilis decoratus, appellatur; quæ sinum ambiunt*, πτερυγώματα, *idest, alæ uocantur, 15. de vsup.*

Cubitus, (ἀγκὼν, ἀγοστὸς, ὀλέκρανον πῆχυς ὠλένη) *est os, quod inter Humerum & Carpon, quod brachiale dicitur, situm est; eiusdemque partis os grandius Cubitus item dicitur, qui alteri subest ossi, quod Radium nominant, lib. de ossib. cap. 17. quem cubitum*

tum Pechym, ideſt, vlnam dicunt, 2. de vſup. 2. clarius. Cubitus Pechys πῆχυς, ſeu ulna, Arabibus focile maius, eſt ea pars totius brachij, quæ ſuperne terminatur, qua brachio quidem continua eſt, per articulum, qui in curuatura cubiti eſt, cui innitimur; inferne autem qua Carpo manus; quo ſpatio, duo oßa recipiuntur, alterum magnum, & rotundum, nominatum eodem nomine quo pars, ideſt Cubitus, alterum quod Cerchis, Arabibus focile minus, ideſt Radius appellatur, 2. de motu muſcul. cap. 2. & 1. de de fract. 18.

Cubiforme os, quod κυβοειδὲς ὀστοῦν, ſiue os Cubiti dicitur, eſt os quod ab externis pedis partibus firmum in terra ſtatuitur, externisque Tarſi partibus, eſt locatum, & dearticulatur cauitati calcanei ad finem adiacenti, 3. de vſup. 7. eſt enim os vnum, ex quatuor tarſi oſſibus, ſolum nomine donatum, cum reliqua tria careant nominibus, eſt autem os, vt reliqua Tarſi oßa, intus cauum, foris gibbũ, eſt autẽ os Cubo ſimile, quod latera ſex habeat Cubo cõmunia.

Cuculus, vide Coccyx.

Cucurbitulę leues, quę citra ſcarificationẽ adaptãtur, 3. loc. aff. cap. 4.

Cunei os, quod & ὀστοῦν σφηνοειδὲς, os baſilare, et os palati appellant, medium inter ſuperiora & inferiora totius capitis oſſa, de oſſib. cap. 1.

Cunnus, inanitas ea eſt, quæ inter oſſa pubis penetrat, extrinſecus pelliculam quandam habens, vi-

rorum

rorũ præputio correſpondentẽ, lib. de vulue diſſ. c. 2.

Curatoria, Θεραπευτικὴ *medicinę pars, eſt, quę tum factum morbum tollit, ut Ethicam, & Ephemeram febrem, tum quae fit ut putridam, tum quę imminet, aut qui futurus timetur, quod eſt proprium* προφυλακτικῆς, *quę hac ratione, ſub Therapeuticã cadit; cuius tres ſunt partes ad curationem neceſſariae* διαιτητικὴ, φαρμακευτικὴ, χειρουργικὴ, *quarũ prima uictus rationem inſtituit, altera medicamenta propinat, poſtrema, manum adiutricem, admouet, de part. art. med. cap. 1.*

Curta, Κολοβώματα, *ideſt, mutila & curta, id autem dicitur à Grecis Coloboma quod in labijs aut narium alis aut aure deficit, huius generis ſunt, & quas in maiore angulo Rhœadas uocant, eo utique, uel impenſius extenuato, minorę'ue facto, uel prorſus abolito, uide Colobomata.*

Cuticula, uide Cutis ſuprema.

Cuticularis membrana, uide membrana dura.

Cuticuloſus muſculus eſt, qui extrema ſedis ora cuti commixtus, obtinet, ut uel cuticuloſus muſculus, uel carnoſa cutis dici poſsit, lib. de muſc. diſſ. c. 30.

Cutis ſuprema Δερμὶς, & Δέρμα, *quae & Derma dicitur, quaſi Corium dixeris, quia excoriari poteſt, cuius exterior pars, Epidermis ſiue ſumma cutis corporis, ſiue Cuticula eſt, & toti ſuper extenſa, ſenſuq; deſtituta, et quę ſępe citra dolorem facile ab ea ſeparatur, 2. de uſup. cap. 6. & 3. meth. 4.*

Cyboi-

Cyboides, vide Cubiforme.

Cycliscus sunt caua excisoria scalpra, 6. meth. 6.

Cyllum, κυλλὸν dicitur apud Hippoc. crus varum, idest, in exteriorem partem luxatum, uel conuersum, adeo vt Suræ processus, qui talum exterius complectitur, sine ullo stabilimento suspensus relinquatur, quamuis propriè mutilum, & imperfectum significet ut scribit Gal. 3. de diebus criticis, vbi in ea significatione mensem κυλλὸν appellari inquit, qui diebus viginti nouem constet, alios autem perfectos qui triginta. Vnde Cyllosim κύλλωσιν distortionem cruris in exteriorem partem vocat Gal. 4. de artic. Idē tamen comm. 3. dicit non nullos de omni longorum mēbrorum distortione κύλλωσιν intelligendam censere, generaleque ei tribuere significatum; alios uero eo nomine distortionem solum intelligere, in qua in interiorem partem membrum inclinatur.

Cyema, κύημα, fœtus est cum non dum menses duos in vtero absoluerit, quo tempore Embryon dici nequit, sed Cyema, idest, vteri gestatio, et conceptus, & genitura, 1. de sympt. caus. cap. 7.

Cymbalaris, vide Cricoides.

Cynache, est inflammatio extra guttur existens, quæ & Paracynanche dicitur, si autem sit inflammatio adiacentium musculorum faucibus aduenìens, dicetur synanche, vel parasynanche, 4. aph. 34. propriè loquendo, angina Græcis est inflammatio quae in gutture & faucibus aduenit; Hippocrates verò et

alij ueteres omnes passiones in ijs locis aduenientes, quas spirandi difficultas comitatur, anginæ nomine uocant, nullo existente in pectore uel pulmone uitio, qua in re differt anginæ cōcursus à Peripneumonia, & laterali morbo, atque ex eo, quod angustiæ sensus in gutture est, suntque eiusdem exquisite loquendo, quatuor differētię, una vbi fauces inflāmantur, altera ubi neque reliquæ oris partes, neque etiam externarum partium vlla inflammata uidetur, æger tamē suffocationis periculum in gutturre persentit, Tertia quando gutturis partes, tum externæ, tū internæ similiter inflammantur, quarta ubi ad anteriorem regionem, ceruicis vertebræ luxantur, & inde cauus apparet locus, doloremq́; quando tangitur, æger sentit. Recentiores Græci quidam vt est Paulus, lib. 3. cap. 27. & nostræ ætatis medici non pauci, inter Cynanchen & Synanchen, inter paracynanchen, & parasynanchen discrimen faciunt, quod tamen Galenus, lib. 4. de loc. aff. cap. 5. & 3. progn. 20. reprehendit. Inflammationem itaque, quæ in interioribus faucium musculis oritur, Συνάγχην *nomināt eam uerò quę in exterioribus eorundem musculis fit,* Παρασυνάγχην, *Inflammationem item, quę in interioribus musculis gutturis accidit, vocant,* Κυνάγχην, *eam autem quæ in exterioribus eiusdem musculis oritur,* Παρακυνάγχην, *vide Angina.*

Cynodontes, vide Canini Dentes.

Cyphosis Κύφωσις, *gibbositas, seu gibborositas,*

vitium

vitium spinæ est, quod à casu ictu, & tuberculis duris, anteriorem thoracis partem distendentibus, pulmonemque prementibus, aliquando contingit, vt docet Gal. eo aph. quo scribit Hipp. gibbos ex asthmate aut tussi factos, ante pubertatem mori, uide Gibborositas; Dicitur eadem, κύρτωσις, vt annotauit Gal. 3. de artic. opposita huic contorsio, dicitur Lordosis, λόρδωσις spinæ vertebris in anteriorem partem conuersis, vide Lordosis.

Cyrtosis, vide Cyphosis.

Cyrtoma, κύρτωμα, tuberculum in Ilijs appellauit Hippoc. quod & œdema ab eodem appellari solet, 2. progn. 25.

Cyßaros, κύσσαρος, eſt vltimum inteſtinum in ordine, quod & rectum dicitur, & podex eſt, lib. quod animal ſit, id, cap. 5. vide Rectum.

Cystis, κύστις, vesica, est pars membranosa, vrinam à renibus excipiens, & foras excernens, exanguis, quæ & si ex nullo neruoso corpore originem ducat, quia tamen latissime distendi, & arctissime cōtrahi potest, vt reliqua omnia alba, & exanguia, ex quadam similitudine, neruosa dicta est, licet in eam neruuli quidam inserantur; In qua renes, tanquam in lagenam vrinam deponunt per meatus vreteres dictos, qui à renibus prodeuntes, obliquo itinere delati inter ipsius tunicas, paulo supra ipsius os, inseruntur; Cuius vesicę ceruicem musculus ambit, transuersis constans fibris, quibus vndequaque constrictis, ue

sicam claudit, ne vrina effluat.

Cystis choledocos, quæ, & vesica fellis, & vesica bilis susceptiua, Græce autem κύστις χοληδόχος, *dicitur, vesica est, ad Hepar sita, in cauis ipsius, inter venę portę & cauę radices, bilem, ex iecinore attrahens, quam rectis fibris, trahit ex hepate, obliquis retinet, transuersis uerò expellit, quæ & ob id, fellis folliculus appellatur, 4. de vsup. cap. 12. & 2. de natural. fac. cap. 9. & 9. de anatom. adm. cap. 2.*

 D 

DACTYLION, πρωκτὸς καὶ ἡ ἕδρα, *idest podex, 1. de comp. med. loc. cap. 15. sunt autem qui rectum intestinum eo nomine intelligant.*

Darsis, idest, excoriatio qua cutis à subiectis partibus scalpello deciditur, 3. de anat. adm. cap. 2.

Dartos una est è quatuor mēbranis, quæ testes inuoluunt; earum prima & intima Epididymis, post eam Erythroides, idest vaginalis, tertia Dartòs carnosa, Erythroide multo valentior, quarta & extima Scrotum est. Introd. cap. 11. Mulierum autem testes, penitius in vulua latentes, vnica tantum tunica contenti sunt, quę Darta appellatur, pro portione respōdens tertiæ testium marium tunicæ, cæteris autem carent. de dissect. vuluæ, cap. 9.

Dasymma, oculi vitium, idem quod Trachωma, vt scribit Aetius, lib. 7.

Dearticulatio, ea est ossium naturalis coniunctio,

quæ

quæ euidentem motum habent, ut coarticulatio naturalis oſſium eſt commiſſio, quae exiguum & obſcurum aliquando, aliquando nullum motum præſeferũt 2. de artic. 8. & 1. de artic. 1.

Declinatio eſt illa paroxyſmi pars, quae ſtatũ ipſum ſubſequitur, vſque ad ſecundae acceſſionis principium, 1. criſ. 3. vide Principium.

Decreſcens febris, vide Continua.

Decretorius, ſiue Iudicatorius dies eſt, in quem plurimum iudicij tempus incidit, 1. de dieb. decret. cap. 3. Eſt adhuc alius dies Iudicatorius incidens, in quo imperfectę ſolent fieri iudicationes, ut tertia quinta, ſexta, nona, 3. progn. 1. Decretoria autem ſigna ſunt, quę ſalutem aegri, pęr criſim futuram oſtendunt, 1. criſ. cap. 7. Incidentes uerò, ſiue Intercidentes dies differunt à Iudicatorijs, & decretorijs, cum eorum natura, tum vſu; Natura quidem, quod naturae ſuae ratione Iudicatorij perfecti ſunt, omnibus ſi quidem rite factis ſola natura ſponte agente, in ijs criſes fiant, hi autem dies ſunt, qui quaternario, & ſeptenario diuiduntur; Intercidentes autem minus perfecti ſunt, & in eos, non niſi aliquo errore interueniente, criſes incidunt, vnde non ui naturae, ſed morbi malitia, aut aliquo extraneo impellente, in ijs criſis accidit. Atque hinc eſt vt à non nullis, dies prouocatorij nominentur, quod in his natura ad pugnam irritata, inſurgat. Vſu adhuc differunt, quod ad futuri vigoris, & iudicij cognitionem, quaterna-

riorum circuitus sufficiunt, ad crisim verò iam factā discernendam, num scilicet fida, aut infida sit, inter cidentium cognitio, conducit.

Deficiens pulsus est, qui admouenti digitos, videtur exolutus; & tenenti applicatos paulatim prorsus desinit, 2. de cauf. pulf. cap. 3.

Deficiens decurtatus Μυουρίζων σφυγμὸς, *pulsus est, qui et mutilus, & decrescens pulsus dicitur, qui perpetuo diminuitur, nec minui desistit, ad quietem denique prorsus recidit, motuque deficitur; qui pulsus si iterum redit, & de integro augetur, decurtatus reciprocus dicitur, 1. de differ pulf. cap. 11. quod si in eo nulla seruetur ęqualitas, motuq; ipso frequēter deficitur, deficiēs inęqualis appellat, 2. de cauf. pulf. c. 12. nomen antē Graeci à figuris, quę in acutum desinūt, & à Cauda transtulerunt, huiusmodi autem pulsuum inaequalitas, systematica, idest collectiua dicitur.*

Duglutitio, κατάποσις, *est cibi, potionisq; ab ore in ventriculum descensus, larynge simul sublata, sursumque in tantum currente, quantum Gula deorsum trahitur.*

Deiectiones, et subductiones solet Hippoc. vocare, excrementa per aluum exeuntia, 7. apho. 64. syncera autem deiectio est, quae unum tantum humorem, cęteris impermistum habet, 2. prorrhet. 15.

Deleterium, quod & Phtharticum, & Phthoropœum dicitur, letale venenum est, quod vbi in animalis corpus ingreßum fuerit, totum id momento tē- poris

poris immutat, sibique simili affectione alterat, 1. de semin. cap. 16. quod si etiam alexipharmacum medicamentum ultra modum exhibitum nos interficiat, vel parum assumptum sanet, non ob id deleterium censendum est, quod quocunque tempore, loco & quantitate sumptum, aptum est interficere, com. 6. in 6. de morb. vulg. 5.

Delirium, Desipientia, παραφροσύνη, *mentis alienatio, duobus modis dicitur, generaliter et speciatim; generaliter est motus errans et deprauatus facultatis imaginatricis, aut ratiocinatricis, plerunq; in utraq; facultate consistit delirium, tum parum probe imaginando, tum parum aptè ratiocinando, aliquando uerò in altera tantum facultate, vt exemplo illustrat Galenus, lib. de sympt. diff cap. 3. atque hac tum maxime sine febre est, 1. prorrhet. 1. & 4. insanire omnes dicunt eos, qui citra febrem desipiunt, & subdit, omnes qui mente lesi continuè fuerint, Phrenitici vocantur, sola febre ab ijs, qui deliri appellantur, discrepantes. Speciatim uerò significat mentis alienationem cum febre, à phrenitide differens quod haec fiat Cerebro primario affectu laborante, cum symptomatum magnitudine & vehementia, Delirium autē eiusdem febris symptoma est, atque ex subiectis Cerebro partibus originem ducit, sublato in caput acri, & feruenti biliosi sanguinis vapore, neque impetus tantos habet, quantos Phrenitis, 5. loc. aff. 4. vide Phrenitis & Paraphrosyne.*

Deltoides, quasi deltae literę figuram imitans, musculus est, qui superiorem humeri partem, qua brachij caput est, tegit, qui etiam totius manus initium est, 3. de anat. adm. cap. 3. Graece Δελτοειδὴς *sic dicitur, quod triangularis videatur, ut in* Δ *similitudinem efformatus.*

Deneruationes (ἀπονευρώσεις *Graeci uocant) sunt neruee musculorum tenuitates, in quas musculi desinunt, & Tendones dicuntur, 1. de motu musc. cap. 1. & 1. de anat. adm. cap. 3. vide Tendones.*

Dentem, sępe Hippoc. secundam colli vertebram uocat, propterea hunc processum à dentis similitudine, odontoidem, idest, dentiformem appellat, lib. de oß. cap. 8. alij Pyrinoidem productionem à nuclei similitudine nominant, 12. de vsup. cap. 7.

Dentes in ossium numero reponuntur, mollium Cerebri neruorum participes, ob idq; soli sentiendi uim habent euidentem, lib. de oss. cap. 5. priores quaterni, quia secant, Tomi, idest, Incisorij ad cultri similitudinem, ad eos cibos incidendos, qui mollitiem in se habent; vtrinque Canini adiacent, quod Canum dentibus sint quàm simillimi, ad dura cibaria non secanda, sed admodum confringenda. Vltra hos, mamillares & molares, ab utroque latere, quod ijs cibi (ueluti molis cereales fruges) tenuantur, & atteruntur, ibidem.

Dentes genuini, qui omnium nouissimi nascuntur Σωφρονιστῆρες, *vt plurimum ab anno duodeuigesimo,*

vsq;

vsq; ad annum vigesimũ sextum, uisi aliquãdo sunt, etiam anno octogesimo nasci, utrobique singulares, penitissima oris parte oriuntur, ideoque ita nominantur, quod nascantur, cum homo sapere incipit; sunt autem è genere dentium molarium.

Dentifricium medicamentum est, quo vtimur ad dentes confricandos, & gingiuarũ circũsitarum, contactũ, quando humore fuerint prægnantes, 5. loc. aff.

Dentitio, ὀδοντίασις, est dentis iam concreti, extra gingiuam eruptio, seu dentium ortus, 8. de placit. c. 6.

Depascens vlcus, idem est ac Phagedæna, vide Herpes, Phagedæna.

Deperditio, vide Aborsus.

Deprehensiones, vide Catalepsis.

Depreßum & oblongum est ossis caput, ad ceruicem in ipsum cui adnascitur, referentes, lib. de ossib. in proœmio.

Deriuationem appellare consueuit Hippo. quando succus aliquis euacuationis indiget, neque per conuenientem regionem ferri inceperit, neque tamen ual de procul à conuenienti, neque ad remotissimum locum, vt si per lotij vias exire ceperit, vitiata vesica, aut renibus; tunc enim per aluum deriuare satiùs fuerit; veluti si per uentrem vitiatis intestinis ferri tentauerit; Contra enim in istis succum euacuandum ad vrinarios meatus dirigemus; In mulieribus verò non nunquam ad vterum, aut è contrario, interdum vteri profluuium, ad vrinae uias ac uentrem deriuabimus.

bimus. At si in aliqua id genus euacuatione uomitũ citauerimus, reuulsionem hanc nominant, ut si uomitus etiam retraxerimus, ad uterum aut vesicam, aut sedem incitantes, com.2.in 6. de morb.vulg. 7. Deriuatio *Græcis* παροχέτευσις, *eiusdem est generis, cũ euacuatione facta per particulam, quæ fluxionem suscipit; fit autem per aliquam vicinarum partium; Riuare igitur est, per riuos ducere, deriuare autem est, à riuis ad latera diuertere.* Ex Oribas, *lib. de Cucurbitulis, vide Purgatio.*

Derma, vide Cutis suprema.

Desipientia est, cum ægris loquentibus, & agentibus, nihil rationi consentaneum dicunt, 7.aph.14.

Desipientia ferina est, in qua ægri calcitrant, pedibus feriunt, mordicus impetunt, & excandescunt, eos qui ingrediuntur, tanquam hostes reputantes, com.1. in 1. prorrhet.25.

Desiccatio oculi, est idem ac spasmus oculi, lib. de ocul. cap. 13.

Desperata vlcera sunt, quorum curationem plerique aggressi non absoluerunt, sed tanquam ab insanabilibus, destitere, 4.de comp.med. per gen.cap.5.

Destillatio, idest fluxio qualibet, quæ per venas à Capite ad partes inferiores fertur, 3.aph.12.

Desudatio ab Hippoc. sumitur, uel pro sudore circa Thoracem, & caput apparente, vel pro eo qui toto manat corpore, vbi tum paucus, tum nihil conferens, fuerit, com.3. in 1.Prorrhet.33. quae, & sudamina di-

na dicuntur, vide Sudamen.

Detritio, vide Rhacosis.

Deurens febris, vide Continua, & Synocha.

Diabetes est vrinæ profluuium, hydrops matellę, Dipsacos, Hydrops in vas vrinale, Diarrhæa in vrina Διαβήτης; ὕδερος εἰς ἀμίδα; εἰς οὖρα διάῤῥοια; διψακὸς; *Synonima sunt, quae significant, cum exhuberanter per vrinam redditur, id quod bibitur, eo à sua qualitate non mutato, 6. de loc. aff. cap. 3. de sympt. diff. cap. 6. passio hæc talis est, qualis circa aluum læuitas intestinorum, extinctio, vt diceret quispiam vtriusq; virtutis, & retentricis, & alteratricis, 1. de cris. 12.*

Diabotanum emplastrum, idest ex herbis factum, 6. de compos. med. per gen. cap. 2.

Diabrosis siue Anabrosis, Διάβρωσις, καὶ Ανάβρωσις, *erosio; est oris alicuius vasis apertio, 5. loc. aff. 5. à re acri & mordaci facta, siue intrinsecus à vitioso succo, siue extrinsecus à valentioribus medicamentis, aut igne.*

Diachylon Διαχυλῶν *emplastrum, quod ex succis est compositum, 7. de comp. med. per gen. cap. 9.*

Diacodion, confectio est, ex capitibus papaueris, 7. de comp. med. loc. 2.

Diadosis Διάδοσις, *digestio seu distributio alimenti est, cum per venas maiores in minimas, ipsumque corporis habitum transit, vide Anadosis.*

Diæta, victus ratio, est certa victus institutio & norma, non in solo cibo & potione consistens, verum in om-

in omnibus alijs, otio, exercitatione, Venere, somno, vigilijs, repletione, inanitione, animi affectibus, atque alijs omnibus, quæ quouis modo fiunt in huma no corpore, ad Thrasibul, cap. 35. *Inde disciplina quę hanc instituit diętetica* διαιτητικὴ, *dicta est, pars ar tis medicæ curatiuæ, tum quae sanis ad imminentes arcendos morbos, tum quae ægris ad præsentes profligandos, debetur,* 11. *meth. cap.* 15.

Diagnostica signa sũt præsentium rerum, & morborum declaratiua, lib. de opt. sec. emp. cap. 5. *vide Prognostica.*

Dialemma, est illud interuallum, quo febris ad infebricitationem venit, antequam sequens annotatio adueniat, lib. de morb. temp. cap. 3.

Diapedesis Διαπήδησις, *est exiguorum vasorum apertio, vel seri non sanguinis excernendi species,* 3. *de caus. sympt. cap.* 2. *fit autem ex tunica rarefacta, sanguine uerò tenuato, & ex gracilium vasorum ore adaperto, vnde transcolatur sanguis siue sudoris, aut roris more transmittitur,* 5. *meth. c.* 2. *differt ab anastomosi, in qua tum maiorum venarum, arteriarũq; ora aperiuntur, tum sanguis impetu, & copia erũpit.*

Diaphanes Græce, Latine dicitur Lapis specularis, ex iis est, quae leniter ac sine morsu exiccant, qui vstus vlceribus ægre cicatricem admittentibus, non item malignis ac rebellibus, conducit, 4. *de comp. med. per gen. cap.* 1.

Diaphoresis Διαφόρησις, *Latine digestionem, seu euapo-*

euaporationẽ dixeris, est quę humorẽ qui in phlegmone obsessa parte continetur, per meatus insensibiles, educit, 13. meth. cap. 16. & medicamenta, quæ id præstant, διαφορητικὰ, hoc est discussoria, & per halitum digerentia, appellantur, duplici ratione, aut humores ebibentia, cum poris quibusdam insunt, aut totam alterantia partem, 5. de simplic. med. fac. c. 5.

Diaphrattontes membranæ, διαφράττοντες ὑμένες dicuntur membranę illæ, quae totum thoracis spatiũ, à iugulo ad septum usque in duos sinus, dextrum, sinistrumq; diuidunt: vulgo mediastinum, vocatur; uide Hypezochotes, Cingentes.

Diaphragma, septũ trãsuersum est, quod & Phrenas idest mentem appellarunt antiqui (quia, ut aliqui putant,) eo inflammatione affecto mens lædatur, nã multi quidem varios ob morbos delirare solent, sed quae eo affecto incidunt deliria, non multum distant à Phrenitide; nulla enim pars Cerebro subdita præter septum transuersum, perpetuũ delirium excitat, itaq; maximus illi videtur eße cum mente consensus. A Platone Diaphragma vocari cœpit, idest septũ trãsuersum, est enim musculus rotundus, obliquus, membranosus & carnosus, medius inter partes alimento seruientes quas peritonæum continet, & inter spiritus organa, quae tunica succingente concluduntur, eamq; ob rem diaphragma nominatur, quod eas partes διαφράττει, idest, diuidat quasi septum quoddam medium, qua ratione Aristoteles illud succincturam

appel-

appellat, 5. loc. aff. 4. maiores nostri præcordia nominarunt, com. 1. in 1. progn. 24.

Diaphthora est corruptio ciborum in ventriculo, 2. loc. affect. 1.

Diapyemata, vide Empyemata.

Diaria febris ἐφήμερος πυρετὸς, *Ephemera febris est, quæ vnica accessione, vnoque plurimum die, ex ipsius saltem natura circunscribitur, à causa manifesta orta, 9. meth. 1. in spiritibus accensa, quam excitant causae, aliis febribus communes (præter spirationem et putredinem) ira, dolor, vigilia, cura, æstiuus sol, fatigatio, Bubo, pertinax studium, cruditas.*

Diarrhœa, διάῤῥοια, *idest profluuium, copiosior est alui fluor, sine phlegmone, & ulceratione aliqua, lib. finit; quo uel pituita, vel bilis altera syncera, aut inuicem mista vacuatur, ab humoris copia vel cruditate, quae aut in toto corpore, aut in certa quadam parte sedem habet, exorsum; Ventriculus enim multitudine grauatus, quam vel ipse colligit, vel ex aliis se se in eum exonerantibus suscipit, aut praua aliqua qualitate irritatus, quã cruditas (quæ propriè* δυσπεψία *dicitur,) inuexit,* τῇ διαῤῥοίᾳ *infestatur, præsertim si eius orificium, supernæq; partes valentes sint, infernæ autem languidæ, nam si contra acciderit, uomitiones pro diarrhœa succedent, vt docet, Gal. 3. de natur. facult.*

Diarrhœa in Vrina, vide Diabetes, & Canina Cupiditas.

Diar-

Diarthrosis, vide Articulus.

Diaspermaton medicamentum, idest ex seminibus constans, 7. de comp. med. per gen. 7.

Diaspoleticum medicamentum est, cuius compositionem, cuminum, piper, ruta ingrediuntur, 4. de sanit. tuen. cap. 5.

Diastole est motus dilatationis & eleuationis arteriæ, ad substantiã quandam exterius attrahendã, quo natiuus totius animalis calor, per immissum spiritum refrigeretur, quemadmodum Systole est arteriae submissio & contractio, ut id quod ex humorum deustione in toto animali contractum, ueluti fumida superfluitas est, expellatur, lib. de vsu pulsuum, c. 3. vt eundem vsum præstet Diastole, & Systole, totius animalis calori, quem inspiratio, & expiratio, particulatim calori Cordis, ibidem.

Diateßeron emplastrum, quod ex quatuor rebus constat, Chalcitide, misy, diphryge, Chalcanti, 5. de compos. med. per gen. cap. 14. Διατεσσάρων Græce.

Diatrion pipereon, idest, medicamentum, triplici piperis genere costans, 4. de sanit. tuen. cap. 5.

Diatriton, idest tridui inedia, vt Diatritarij, qui triduanam inediam præcipiunt, 4 meth. cap. 4. cuius primus autor Thessalus, Διάτριτον Græcis.

Dichophyia, pilorum defectus est, quando bifurcantur, lib. finit.

Dichroma, (Διχρωμον Græce) emplastra sunt quæ & Gilua dicuntur, coloris ambigui, 2. de compos. med.

med. per gen. cap. 1 .*sunt enim quædam medicamenta, quae fulua vocant, quib⁹ vbi statim reponuntur, quaedam extrinsecus super eminentia fusca concrescit, sub qua pars medicamenti profundior, plusquam ab initio fulua videtur, propterea dichroma vocant, idest bicolora; quidam verò eadem vocant, Diprosopa* διπρόσωπα, *idest bifacia*, 2. *ad Glauc*. 8.

Dicrot⁹ pulsus, Δίκροτος σφυγμὸς, *seu bis feriens, est cũ recessio, quæ creditur arteriæ, nõ perfecta obitur, sed cunctatur, idque pro subductionis, aut inhibiti spiritus quantitate, deinde repetitio perfecta, debitæ fit contractionis, lib. finit. Estq; vnus pulsus, non duo (contra Archigenem,) qui simul atque omnem distentionem effecit, se paulisper subducit, ac mox pulsat iterum, vt intermittentium quies media ictus intercipiat, cuius dicroti contractio, congressus vel reditus dicitur*, 1. *de differ. puls cap*. 17. *qui post absolutam diastolen, antequam perfecte contrahatur, secundò tactum ferit, ut ex malleis incudem percutientibus, & postea resilientibus, apparet*.

Didymus, idest, testis ipse, 14. *de vsup. cap*. 14. Δίδυμοι, *dicuntur propriè fratres vno partu editi, dicuntur et testes, honestiore uocabulo ut ait Galenus; dicũtur &* Δίδυμοι *in Cerebro, de quib⁹, uide Glutia.*

Dies in hoc significatu apud Medicos accipitur, ut non solum lucem, sed etiam noctem complectatur; nõ id tempus tantum, quo Sol supra terram fertur, appellantes diem, sed etiam illi tempus noctis adiecentes,

tes, 2.de cris. cap.2.

Difficultas intestinorum, quae & Δυσεντερία dicitur, 2.de facul.nat. cap.9. propriè ulcus intestinorum est, ex mordaci bile, quā sequitur interaneorum abrasio, cum quibus paulum cruoris secernitur, 6.de loc. aff.cap.2. in quibus difficultatibus intestinorum, cum adhuc constituuntur, quaedam corpora pinguia excernuntur; post hæc autem nisi finiri anticipauerint, quędam ramenta intestinorum, ablata ipsarum superficie interiore, quæ membranosa existit & densa, illi quę cutem exterius contegit, Epidermidi, idest cuticulę appellatæ, proportionalis; post hæc autem aliquid ex ipsa abraditur substantia intestinorum, sed iam completam dicimus; excernuntur enim partes magnæ intestinorū, quas & carnes & caruniculas vocare possumus, 4. aph. 26. Talis quippe propriè dicta Dysenteria est, nomen habens à læsa particula, quam solam plerique dysenteriam nominandam censent; et si Hippoc. atque alij, non ipsam modo intestinorum exulcerationem, uerum omnem cruoris per intestina vacuationem, Dysenteriam nominent, nomen morbi, symptomati tribuentes, 4.de artic.40.

Difficultas vrinæ, vide Ischuria.

Difflatio & Difflatus. Quicunque in Hippocratis placitis legitime versatus fuerit, is demum didicit eius, quam medici omnes vsitato vocabulo, sensum latentem transpirationem appellant, qua difflantur corpora, aliam quidem talem esse qualis vapor est,

aliam autem qualis aër ſiccus, atque aliud eſſe, cum quæ videri poſſunt, exeunt humiditates. Aduerſus Lycum, cap. 2. quæ Græcis Λόγῳ θεωρητὴ διαπνοὴ, *&* ἄδηλος αἰσθήσει διαπνοὴ, *hoc eſt perſpiratio, & difflatus, qui ratione comprehendatur, & tranſpiratio ſenſu imperceptibilis appellatur, quæ calidiorib⁹, temporibus, regionibus, ætatibus, naturis, diætis, multa eſt, non parua ſubſtantiæ noſtræ portione per* διαπνοὴν, *exhalante, vt cōtra in frigidioribus pauca, propter cutis adſtrictionem; vide Inſpiratio.*

Digiti, Δακτύλοι, *quinque ſunt in omni manu, primus Pollex, quod oppoſitus cæteris quatuor digitis æquipolleat,* ἀντίχειρα, *hoc eſt promanum, tanquam pro tota manu eſſet, vocarunt; Hippoc.* μέγαν *hoc eſt magnum nominat, quamuis paruus ſit, quia cæteri ſine eo fere inutiles ſunt, apud Ariſt. 4. de part. animal. cap. 10. Magnus Galeno dicitur, non ſolum uiribus, ſed & magnitudine, nam principium pollicis vt ait, propè radium eſt, adeo vt eum fere attingat. Celſo, & Ariſtoteli, viribus tantum magnus dicitur; ſecundus* λιχανὸς, *index, tertius* μέσος *medius, quartus* παράμεσος, *annularis, medicus à medicis appellatus, quintus* μικρὸς, *minimus, auricularis, omnibus alijs corpore & viribus inferior; Singuli terna oſſa continent (præter pollicem) mutuò ſibi colligata, & ordine ſibi ſuccedentia, veluti in acie, vnde &* φάλαγγες *à Græcis appellantur, ab alijs autē* Σκυτάλιδες, *à turma equitum, quam Græci* Σκυτάλην *vocant, Latini*

tini communi vocabulo, digitorum internodia dicere solent.

Dignotio est præsentis morbi, præcognitio verò est futuri morbi cognitio, 3. crif. cap. 1. dignotionem autē proprio nomine dinotationē appellamus, 1. progn. 5

Dimotio, vide Prolapsiones.

Dipsacos, vide Diabete.

Diprosopa, vide Dichroma.

Discissiones, magna vulnera solet Hippocrates appellare, quae letalia sunt, ut vulnus in Cerebro, cum ad aliquem eius uentriculum peruenerit, 6. aph. 18.

Discretiua, Medicinæ pars est ea, quam significatiuam recentiores vocant, Græci σημειωτικὴν, 1. de his quae in medicatr. 1.

Dispersus morbus, vide Communis.

Dissimilare membrum, heterogeneum seu compositum est, cuius quamcunque partem aßumpseris animalis, toti communicans non erit nomine uel definitione, sicut manus & facies, lib. anatom. viu. uide Instrumentale.

Dissidentias vocat Hippoc. cum ossa, quæ natura cohærent, ac se se mutuò contingunt absque articulo, ob aliquam læsionem dissident à se ac distant, vt Cubitus & Radius in brachio ad gibbum, & ad manū; In Crure Tibiam, & Suram, qua, & Genu, & Calci committuntur, com. 3. in medicat. 31.

Dissolutiones vocant, animi defectus, Græci λιποθυμίαν, vocant, 1. Glauc. 14.

Distentio, idem est, ac neruorum conuulsio, quę est triplex, opisthotonos, idest tentio ad posteriora, Emprosthotonos, idest tentio ad anteriora, & Tetanos, idest, æqualis tensio, 4. aph. 57. qui Tetanus est per vniuersum corpus neruorum conuulsio, 3. loc. aff. 10.

Distorsiones sunt, cum uel à sua sede dilabitur aliquid in exteriorem corporis partem, uel introrsum in inanitatem aliquam prolabitur, ut in naribus, si in exteriorem partem, aut os, aut pinnula earum abijt in eam partem, si in foramen descendit, introrsum distorsio fit. 2. de ijs quae in medic. 33.

Diuretica pharmaca Διουρητικὰ φάρμακα, *medicamenta sunt, quae ad ciendas vrinas accomodantur, quae & Vretica dicuntur, 11. meth. 16. & 5. simpl. 20. quæ duûm sunt generum, aliqua enim mediocriter id præstant vt Eccathartica, idest, poros expurgãtia dicantur, calida & tenuium partium; alia vehementius, vt quæ plurimum mouent vrinam, quę magis & siccant, & excalfaciunt, prioribus.*

Diuturnus morbus est, quicunque acutorum ex decidentia, terminum prætergreditur, quem nunc quadragesimum, nunc sexagesimum diem Hipp. facit, 2. dieb. decret. cap. 12.

Dodecadactylon, siue Duodenũ intestinum Δωδεκαδάκτυλον, *primum est intestinorum fundo stomachi alligatum, à longitudine duodecim digitorum sic appellatum, 6. de anat. adm. cap. 9 quod quidam non dignantur vocare intestinum, priusquam in anfract⁹, orbesq;*

orbesq; conuoluatur, sed ipsum ἔκφυσιν, idest, productionem simpliciter, vel cum appendice productionē duodecim digitorum, ἔκφυσιν δωδεκαδάκτυλον nominant, primumq; intestinū in ordine dicant esse ieiunum, ibidem, cap. 12. hoc idem Duodenum, uocant Portinarium, lib. de anat. uiu. In id meatus inseritur, à vesica bilem continente, per quem ea in ipsum expurgatur.

Dolor *ὀδύνη, tristis sensus est, ut uoluptas blandus, 2. loc. aff. 2. qui si per inflammationis fiat affectus, atque in corporibus sensibilibus, vel per se, proprio & primario affectu, in arterijs, vel reliquis partibus sensibilibus omnibus per consensum, eò quod à uicinarū contactu premantur, pulsatorius, siue pulsatiuus σφυγμώδης ἢ σφυγματώδης, dicitur, 2. loc. aff. 3 si verò in aliquo uiscerum, circumambiens membrana, per quam neruus dispergitur, à tumore præter naturam extendatur, ita vt grauitas quaedam sentiatur, dicetur sensus, seu dolor grauis βαρὺς, aut grauitatis, ibid. cap. 4. quae partes si inflammatæ sunt, unico doloris modo uexantur, tensiuo τονώδης, siue extensionis; Qui verò in membranis fit, ipsius affectus ueluti radice, eo loco fixa, ubi membrana pungitur, qualis est in morbo laterali, dolor punctorius νυγματώδης dicetur, ibid. cap. 5. si neruis ipsis primiò accidat, dicitur dolor γλυκὺς, stupidus, 2. loc. aff. c. 2. Quod si lateribus, spiritus quidam flatuosus procreatur, qui tum extenuatus, tum discußus dolorem se-*

dat, deinde rursus procreatus alter, dolorem augeat, dolor ἀραιὸς, rarus dicitur, cō. 1. in 1. prorrh. 22. Dolores aūt ulcerosos, tū Medici, tū Gymnastæ uocāt, eos per quos, inter mouendum, uel tangendum lassatas partes, sensus ueluti vlceratarum partium ἑλκοκόπος, percipi solet, 2. loc. aff. 7.

Dorsum, quod Græci Νῶτον καὶ Αντιστέρνον, & Μεταφρένον, appellant, est omnium uertebrarum quos spondylus vocant structura; Nō nulli tamen ex recētioribus medicis, non totam uertebrarum structionē, spinam appellandam censent, sed circa thoracem tātum & lumbos, non circa collum, 3. de artic. 1. Aristoteles uerò, 1. de histor. animal. Dorsum dicit esse totam posteriorem corporis partem, ob occipite vsque ad extremum Coccygem, triginta quatuor vertebris (si modo ossis sacri partes, uertebris annumerentur) compactam: quod dorsum conficiunt, collum, thorax, lumbi, os sacrum & Coccyx, in quo costæ uelut in carina trabes, connectuntur, totumque corpus stabiliūt. Sed aliter Galenus lib. de ossib. cap. 7. his uerbis, spina est tota connexio, uiginti & quatuor uertebrarum à Capite usque ad os sacrum, ita ut septem primæ à Capite uertebræ Collum siue Ceruicem constituant; duodecim quę sequuntur, Dorsum, cui à parte anteriori respondet pectus, quinque reliqui lumbos, os in quod omnes uertebrę finiuntur, sacrum, uel latum dicitur; siue etiam os magnum, 12. de usup. cap. 12. vide Spina.

Dothien Δοθιῆν, idest Furunculus, 2.meth.2. vide Furunculus.

Dracunculus, Δρακόντιον, est ulcus, quod à parte propinqua, ad ipsum nerui dilatationem habet, dictus quod neruus mouendo corpore in ulcus recedat, in eoque occultetur, lib.finit. uide quid scribat Aëtius ex leonida, de dracunculo.

Dropax, Δρώπαξ, est medicamenti forma quædã, interdum liquidioris in modum malagmatis, interdũ ſiccioris, emplaſtri modo, prout uſus exigit; cuius materia eadem eſt, quæ Acopis, & emplaſtris debetur. Eſt autem dropax duplex, ſimplex alius, qui & πιτ]ώσις, hoc eſt, picatio appellatur, ſola pice arida, oleo liquata conſtans; Compoſitus eſt, cui præterea adiunguntur alia ad diuerſos uſus; In hoc genere eſt illud medicamẽtum, quod Grçci ψιλώθρον, ideſt, depilatorium uocant, quod & Dropax dicitur.

Drymea medicamenta, ideſt, acria, quae nequitiam humorum extinguũt, lib.de dynam.in proœmio.

Dulcia ulcera, quæ Græci ὀχθώδη, ideſt Verrucoſa ulcera ſunt, quæ callum contraxerunt, & pretumidas ac duras oras habẽt, 4.de cõp.med. per gen.c.12

Duodenum, uide Dodecadactylon.

Dura mater, uide Membrana dura.

Durum Σκληρὸν, Medicis eſt, quod repletione, largo & ſuperfluo humore, aut uapore in partem aliquã affluente, tactui renititur, nec cedit ſponte (aliter ac Philoſophis) & propterea quod ita durum eſt,

proprie ἀντίτυπον, hoc est renites appellatur.

Durus pulsus, uide Mollis:

Dyonisisci, sunt ossee eminentiæ, quae propè tempora nascũtur, dicuntur autem cornua, detorto à Cornigeris animalibus nomine, lib. finit.

Dyplasiasmus, idest, duplicatio, quae est duorum musculorum, qui ab ipsa scapula excipiuntur, ad exteriora, posterioraque membrum circum agunt, amboque simul agentes, brachij circumductionem efficiunt; lib. de muscul. dissect. cap. 18.

Dyploës, secunda lamina Caluariæ, 6. meth. 6.

Dyprosopa, uide Dichroma.

Dypsacos, uide Diabete.

Dysesthesia, idest sensus difficultas, est uitiũ actionis sensitiuæ diminutę, lib. de sympt. diff. cap. 2. Δυσκινησία, sic δυσκινησία, non modo difficultatem motionis, sed etiam immobilitatem significat, de sympt. differ. cap. 2.

Dyscrasia, Intemperies. Est mistio inęqualis quatuor primarum qualitatũ, ubi enim illæ ita coierint, ut earum pares sint uires & portiones; temperamentum emergit exquisitissimum, quod cęterorum omnium norma est; ab eo quodcumque desciscit, intemperies dicitur, tunc enim aliqua qualitas exuperet, necesse est, uel duæ.

Dysenteria, uide Difficultas intestinorum.

Dysepulota, uide Cacoethe. (vsup. c. 15.

Dyspathia, hoc est ad patiendum difficultas, 1. de

Dyspepsia

Dyspepsia, uide Concoctio.

Dysphonia, idest vocis difficultas, vt Aphonia, eiusdem abolitio, de sympt. differ. cap. 3.

Dyspnœa, difficultas spirandi, vel inordinata spiratio, 2. meth. 2. & 1. de difficult. respir. cap. 1.

Dystherapeuta ulcera, idest curatu difficilia, 6. de compos. med. per gen. cap. 1.

Dystichia, est alterius pilorum ordinis in genæ margine exortus, præter naturam, lib. finit.

Dysthymia, idest maestitia melancholica, 6. loc. aff. cap. 1.

Dysuria, Δυσουρία, *est vrinæ difficilis, vel cum dolore excretio, siue utrunque symptoma, siue alterum tantũ adsit, Dysuria dicitur, 7. aph. 48. vide Ischuria*

Dytriachisis oculi morbus est, cum pilis naturalibus alij subnascentes, ipsum pungunt, fluoremq; cõcitant, lib. Introd. cap. 15.

 E 

ECVOLIA, Ἐκβόλια, *pharmaca, idest abortiua medicamenta, quæ abortum faciunt, quæ &* φθόρια *appellatur, eadem & fœtus demortuos extrahunt, vide Aborsus.*

Eccathartica, quæ et Ecphractica, uide Rhyptica.

Ecchymoma, (quę Græcè ἐκχύμωμα ἢ ἐκχύμωσις, *idest sugillatio,) est affectio circa cutem, cum tenuibus in ipsa uenis contusis, sanguis per fissuras effunditur, non dum in grumos coactus, sed postquam per*

Per-

Persultationem, idest Diapedesim, effusio ipsa facta est, contingit sane aliquando, vbi ita coierit temporis progressu liuescere, & denigrari, paruis nimirum grumulis, ex disperso in multas cutis partes, sanguine coactis, 2. de comp. med. loc. cap. 1. & 4. meth. 1. eandem vocat Ecchymosin, idest solutionē continuitatis cum contusione, & ruptione. Generatim verò Hippoc. solitus est vocare Ecchymoses, ex vasculis effusiones, & inanitiones & alio nomine κενώσιν, com. 2. in 6. de morb. vulg. 9. quae effusio, in phlegmone quoque fit à causa interna, vbi sanguis è vasis effunditur, & tumor excitatur, tactu mollis & cedens, distinguit tamen Gal. 6. aphor. 20. phlegmonem ab Ecchymosi, quod in phlegmone sanguis per musculorum cauitates, sola ratione contemplabiles secundum minimas sui partes effunditur; In Ecchymosi uerò in spatia effluit, quae venis adiacent. Species Ecchymomatis sunt, Hypopion, & Hyposphagma ὑπώπιον καὶ ὑπόσφαγμα, & sanguinis ad ungues concursus ex plaga, vide Vnionis solutio.

Eccoppe, Ἐκκοπὴ, excisio. Diuisio est Caluariæ, qua os offensum refractum est, lib. finit. inde Ekkoprotikà, medicamenta imbecillia sunt, quæ mouendi tantum stercoris, & ea quae in spacijs intestinorū continentur, deijciendi vim habent, non etiam ex alto attrahendi, & humores euacuandi.

Eclegma, (Græcis ἐκλέγμα ἢ ἐκλεικτὸν) medicamentum est per sputum euacuans, quæ in fauciū partibus,

tibus, phlegmone obsessis, continentur, 4. de rat. vict. 20. ori enim inditum, sensim liquescit, & deglutitur, ad pectoris, & pulmonis vitia; quod & alio nomine uocatur Arteriacum, ἀρτηριακὸν, diciturque ἀπὸ τοῦ λείχειν, idest à lingendo. Arabes vocant loch, Paulus veró, lib. 4. cap. 57. nomen tribuit medicamentis, quæ deuorantur ad lumbricos; vide Arteriacæ.

Ecphraxis, idest pororum apertio, & reclusio, 11. meth. cap. 13. Inde ἐκφρακτικὰ, medicamenta vocãtur, quæcunque obturatione liberant facultate nitrosa & amara; opposita emplasticis medicamentis, quorum est meatus obducere, & obturare, 4. de compos. med loc. ca. 1. quę dicuntur alio nomine Eccathartica, ἐκκαθαρτικὰ.

Ecphysis, idest, exortus, seu processus alicuius ossis, uel intestini, uel uisceris, 2. de anat. adm. cap. 5. sed sine adiectione prolatũ Ecphysis est illud spatiũ, quod est medium inter intestinum ieiunum, & fundum ventriculi, carens circumuolutione, lib. 5. de vsup. cap. 3. vide Dodecadactylon.

Ecphysesis, efflatio, siue exufflatio, est expiratio confertim facta, 2. de motu muscul. Græcis ἐκφύσησις, ἡ ἀθρόα τοῦ πνεύματος ἔξω φορά; propria est uocis materia, neque vox citra eam fieri potest; differt à simplici expiratione, tum uiolentia, tum musculis à quibus efficitur, 4. de vsup. nam et paulatim expiratio fit & à solo septo transuerso, 4. de loc. aff.

Ecplexis est subitus & vehemens timor, ἔκπληξις,

cuius

cuius oppositum Pericharia dicitur, περιχάρειαν, *Græci vocant, quasi excessum gaudij dixeris; Scimus autem amborum occasione, plures subito perijsse, 12. metho. cap. 5.*

Ecpiesma, ἐκπίεσμα, *caluariæ in multas partes diffractio, & simul vbi intrusæ ossis partes, in imum decubuerint, ac membranam innixo suo premant, lib. finit. in qua profundius fracta ossicula descendunt, et membranam Cerebri comprimunt. Vnde Ecpiesmus* ἐκπιεσμὸς, *est totius oculi prolapsus extra suam cauitatem, vt prominens permaneat. Differt à Proptosi,* ἀπὸ τοῦ προπτώσεως, *hoc est à procidentia, quod in has Vuea tantum tunica, in illa totus oculus foras erũpat, presertim ijs qui strãgulantur, Athleticis, & fœminis quae prae dolore partus vehementius distenduntur, aut fluxionibus à capite in oculos tentantur.*

Ecpyema, ἐκπύημα, *dicitur ab Hippoc. vniuersi puris collectio, tumore aliquo qui præter naturã est, concocto, &* ἐκπυῆσαι, *ad suppurationem perducere.*

Ecrhythmus pulsus est, qui nulli ætatis rhythmũ seruat, 1. de diff. puls. cap. 9.

Ecstasim melancholicam, mentis motionem, aberrationemque intelligimus vehementem & ferinam, quæ irrigante Cerebrũ assata flaua bile oritur, co. 1. in 1. prorrhet. 14.

Ecthlimma, est exulceratio, quae in summa cute ex cõpressu nascitur, 2 de fract. Græce itẽ ἔκθλιμμα.

Ecthymata, ἐκθύματα *papulæ sunt per summã cutem*

tem erumpentes, ab humoribus superfluis & tenuibus, ideo in cute leuiter extuberant, quod tenues humores exulcerationem potius, quàm tumorem procreent. Dicuntur & alio nomine Græce ἐξανθήματα, neque enim harum vocum discrimen ullum comperi; eius generis sunt, tum quæ, per febres ardentes exeunt, tum uariolæ vulgo dictę & Morbilli.

Ectopsis, ἔκπτωσις, luxatio; hoc est ossium à propria sede amotio & diuulsio, citra fractionem; nec uerò id modo significat, sed etiam ἐξάρθρωσιν, siue ἐξάρθρωμα, apud Hippoc. ut notat Gal. in initio libri de Articulis, cuius luxationis causa alia est externa, idest, vis omnis quæ articulum loco dimouere potest, alia interna, estque humoris defluxio articulum præ copia, vel mollitie loco propellentis.

Ectropion est suppullulatio carnis in gena, quę genam ipsam sua grauitate foras conuertit, causa est genæ euertendę, vel caro adnascens, uel resolutio, vel cum cicatrix inducitur, lib. finit. Sed alibi. Ectropion idest diuersio, palpebrarum est uitium, cum exulceratis oculis, plus extra feruntur, lib. Introd. cap. 15. Est autem affectus solius inferioris palpebrę oculum contegentis, ita inuersę, & retractę deorsum, vt parum sursum attollatur, sed pendeat & hiet, neq; ex toto oculum integat; Quod vitium si palpebrę superiori acciderit λαγώφθαλμον dicit, sed tñ lagophthalmon naturaliter contingere potest, Ectropion verò nõ nisi à causa pręter naturam, & cicatrice, carnis excre-

crescentia, relaxatione, medicamento, sutura vel vstione inartificiosa, vel senectute.

Ectrosmos, apud Arist. 7. de histor. animal, sunt imperfectorum fœtuum corruptiones infra diem quadragesimum factæ, quę uerò intra septimum diẽ fiũt, non ἐκτρωσμοὺς, *seu abortiones, sed* ἐκρύσεις, *idest effluxiones vocat.*

Eczemata, sunt pustulę ardentes & feruidæ, dolorem cientes, citra saniem; ingens enim feruor, omnem materiam absumit, Græcis ἐκζέματα.

Efflationes, sunt magnæ & vehementes spiritus expulsiones, quae per eadem instrumenta fiunt, per quæ tussis, & tussiendo efficiuntur, quæ & efflatus dicuntur, ab expiratione, quae sine strepitu fit, copia & uelocitate motus differentes, 2. de motu musc. cap. 8. & 2. de sympt. caus. cap. 4. uide Ecphysesis.

Efflorationes sunt ulcerationes factę in superficie subrubrę & asperæ, de medic. fac. par. cap. 5. quas, si noctu enascantur, Epinyctidas uocãt, lib. de tumor. cap. 15. et 2. meth. 2. quas Celsus vocat pustulas pessimas colore subliuidas & subnigras albas, suo humori similes, magnitudine fabam non superantes, cũ vehementi inflãmatione & dolore, à quibus adapertis sanies effluit, & exulceratio mucosa intus retenta: Paulus, & Aëtius dicunt esse vlcuscula sponte nascẽtia phlyctęnis similia subrubra, ex quib⁹ cruẽta sanies effluit, utrunque uerum est, & pustulas & vlcuscula esse.

Efful-

Effulgescentię quas Gręci ἐπιλάμψιες vocāt, tum præsertim Hippoc. significant morbum puerorū proprium, idest Epilepsiam, com. 1. in 6. de morb. vulg. 5. & si alij de hoc significato contendant.

Effusio, vide Contusio.

Effusa & Nigrores fiunt, sanguine à venis effuso, nunc per tunicas contusas, nunc verò in finibus reseratas, lib. de tumor. cap. 10.

Elcos, Latine Vlcus, solutio continuitatis est in omnibus corporis partibus, (præterquam in solo osse) ab interna causa, humore scilicet vitioso acri, & erodēte, particulæ cui incubuit, continuitatē, siue ea caro sit, siue cutis, siue chartilago, siue mēbrana soluens. Id autem vitij vbi in os incidit, τερηδὼν appellatur in alijs verò partibus ἕλκος. Aliquando uerò Hippoc. vlceris nomine ad omnem morbum dolorificum extendit, continui solutionem eo nomine significans.

Elementa, στοιχεῖα Græcis, apud medicos, sunt calidum, frigidum, humidum, siccum, ex quibus homo primis apparentibus & simplicibus, minimisque est constitutus, & in quæ vltima apparentia & simplicissima ac minima resolutionem capit, lib. finit. Adhuc elemētum appellatur minima pars eius rei, cuius est elementum; omnium enim corporum quæ gignuntur & corrumpuntur, quatuor sunt elementa, ignis, aër, aqua, terra, ut minimum intelligatur, id quod minime diuisionem suscipere potest, 8. de placit. c. 2.

Elephas (qui & Elephantiasis dicitur,) morbus est in

est, in quo naturalis faciei figura mutatur, resimatur nasus, labra crassa fiunt, extenuantur aures, ad Satyrorum effigiem, lib. de caus. morb. cap. 7. ex sanguine melancholico primam generationem habens, quam affectionẽ cum incipit satyriasmum nominãt, quoniam vultu Satyris similes fiunt, aliqui uerò ossεas eminentias, quae in temporibus fiunt, sic vocant; In aliis autem partibus quoque fiunt tales ossium eminentiæ, quas exostoses vocant, lib. de tumor. cap. 14. ἐλέφας καὶ ἐλεφαντίασις, *vniuersi corporis cancer est, Id nominis nactum est hoc malum, quod in eo cutis corio Elephanti persimilis uideatur; nam maculis quibusdam ad atrum colorem vergentibus inficitur, atque inæqualiter aspera, craßa, ac ueluti squamis fœda, liuens, ferinaque redditur; Nec Elephas quicquam (apud aliquos) à lepra Arabum differt.*

Elminthes, ἕλμινθες, *lumbrici, animalia sunt in humano corpore genita, siue in intestinis, siue in auribus, siue in uesica, siue in ventriculo, interdum etiam in sordidis vlceribus, quos Græci* σκώληκες *vocant; sunt autem trium generum, primi generis sunt teretes, seu rotundi à figura quæ est secundum crassitudinem, longitudine aliquando palmares, sæpe longiores, quos vocant* ἕλμινθας στρογγύλας, *in gracilibus plerunque intestinis consistunt; & superiorem ventriculum subeunt, ideoque sæpe per os eijciuntur, quibusdam è naribus redduntur, & plurima parte cũ febricula, atque hoc genus pueris infantibus & pu-*

beribus

beribus peculiare est. Alterius generis sunt qui lati vocantur, ἕλμινθα πλατεῖαν, aliquando κειρίας, hoc est institas à similitudine quam cum institis obtinēt, instar enim harum lati sunt, & longi, aliquando ταινίας, idest fascias vocant, quod fasciarum effigiem sua latitudine & longitudine, referant. Plinius lib. 11. cap. 33. tradit tricenum pedum tænias ventris aliquando visas, interdum plurium. Tertij generis lūbrici sunt, qui Ascarides nuncupantur, breues ac tenues, paruis vermibus similes, qui in extremo intestino reperiuntur, qui glomeratim in multas phalanges, per sedem deijciuntur.

Elythroide membrana, quae & Erythroide, ἐρυθροειδὴς dicitur, testium est tunica, vaginalis dicta, 2. de sem. cap. 5. qua tunica & scroto fœminarum testes carent, lib. de vuluæ diss. cap. 9.

Embroche, Græcis ἐμβροχὴ ἢ ἔμβρεγμα, medicamenti genus est, cum locis affectis, liquore aliquo humectatis, perfusisq; lanam deinceps aut linteum, eodem liquore imbutum perfundimus, imbecillius cataplasmate.

Embryon, est animal vtero gestatum, 6. de vsu p. cap. 13. licet non antea Embryon dici debeat, quàm duos menses in vtero absoluerit, vide Cyema.

Emmota, ἔμμοτα, medicamenta, idest linamenta sunt, vel humida consistentia, similia ijs, quae linamentis, vel linteolis excipiuntur, cerati specie, 13. metho. 5. Emmotos verò uocat Hippoc. eos, qui vl-

cus cauum & exesum contraxerunt, & suppurarūt, quod curationē per linamēta desideraret, 3. artic. 55.

E mollientia, vide Chalastica.

Emphraxis, ἔμφραξις, obstructio, est meatuum aut cauitatum naturalium stipatio, ex copia vel uitiosa qualitate, ut lentore & crassitie succorum prouenies cuius species Gal. 12. meth. ponit στέγνωσιν, & πύκνωσιν. Vnde medicamentū quod suo lentore obstruit ἐμπλαστικὸν, huic contrarium est medicamentum ἐκφρακτικὸν, quod obstructione liberat, 5. simpl. 12. vide Rhyptica.

Empirici sunt (Græce ἐμπειρικοὶ) qui à sola experimentorum notitia procedunt, nomine ab ἐμπειρίας, hoc est experientia deducto, lib. de sect. cap. 1. vnde Empirica medicorum secta, accidentium concursus, qui ægris accidunt, respicit, illorumque curationem ab experientia obseruat, idque nec morbo, nec causa cognita, in Introd. cap. 3.

Emphisema inflatio, quæ Græcis ἐμφύσημα, ἐμπνευμάτωσις, καὶ πνευμάτωσις, est spiritus flatuosi collectio, in inanibus corporis partibus, vide fusè, infra Physis.

Emplaston siue emplasticum ἐμπλαστικὸν, pharmacum est, quod meatus obducit, vt picatio, quæ imponitur pilis in totum abrasis, 1. de comp. med. loc. cap. 1. atque hoc pharmacorum emplasticorum genus, substantia terrestre est, citra refrigerationem, aut caliditatem manifestam, aut in primo ordine refrige-

frige-

frigerantium vel calefacentium,4.de comp.med.loc. cap.1. suntque sine mordicatione siccantia,4. simpl. cap.5. & lib.5.cap.11.

Emplattomena medicamenta vocant,quæ exiguis totius corporis meatibus hærentia,prohibent ne quid per vrinas,vel vniuersam cutim diffletur,et effluat, 8.meth. cap.2.

Emprosthotonos, vide distentio.

Empyemata, quæ & Diapyemata, ἐμπυημάτα, suppurantia omnia sunt; aliqui cum in viscere tale aliquid factum est, id solum empyema nominant, & qui sic affecti empyus, alij eos solos empyus dicunt, quibus inter Thoracem & Pulmonem, pus aggregatum est,lib.de tumor. cap.3. ἐμπύους ἢ ἐμπυικοὺς Greci vocant, suppuratos & purulentos, qui multum puris in capedine inter thoracem & pulmonem collectum habent,4. de caus. puls. cap.9. Tandem omnes quibus inflammatum viscus aliquod suppurauit, suppuratos vocant, vbi pus vniuersum constiterit, concocto tumore quopiam præter naturam,com.1. in 1. progn. 40. & 2. progn. 59. & 60.

Empyreuma,reliquiæ sunt caloris febrilis post solutam accessionem; Intermittentium enim & putridarum febrium proprium est, ut soluta accessione supersit non nihil caloris,uel in ipsis humoribus relicti, vel in solidis etiam partibus impressi, quem aliqui febris fomitem appellant; huic contraria est, ἀπυρεξία.

Emulgentes venæ, & arteriæ quæ sint; hinc pa-

tet, vena caua vbi ex hepate primum emergit, vicinis partibus prætenues impertit ſurculos. Deinde ramum maximum in vtrunque renem ſubiectum mittit; Similiter alia duo vaſa æquè magna, à maxima arteria, quae ſpinę incumbit, profecta, non aliter quam venę in renes inſeruntur, quæ uenæ & arterię vulgo emulgentes appellantur, per quas renes vrinā à ſanguine ſecernunt & trahunt, ſimul etiam multū bilis, ac propemodum omne id quod ipſe cōtinuerint, attrahunt, lib. de venar. diſſ. cap. 5.

Enarthroſis ſpecies eſt Diarthroſeos, cum os cauum excipiens altum admodum eſt, caputque quod in id inſeritur, oblongum, lib. de oſſib. in proœmio, vide Arthrodia.

Enæmon, ἐνάιμον, *eſt medicamentum quod glutinat, 6. meth. 2. imponiturque maxime cruentis vulneribus, ſiſtendo ſanguini, 1. de com. med. per gen. cap. 14. atque ideo & ſanguinarium, & cruentis opitulans, & glutinatorium dicitur, 3. de comp. med. per gen. cap. 2. uide Glutinatorium, & Sanguinariū.*

Enœorema, ἐναιώρημα, *quod & Appendiculum quidam vocant, vide Sublimamentum.*

Encanthis, ἐγκανθὶς, *id eſt inangularis, immoderatum eſt augmentum angulorum oculi, vt Rhœas immoderata diminutio, de differ. morb. cap. 9. eſt enim quidam præter naturam tumor in magnis Hirquis oculorum, quod tuberculum, non eſt omnino præter naturam, lib. de tumor. cap. 17. eſtque vt plurimum*

in maio-

in maiori angulo, quam carunculam quidam chirurgici rescindentes, effluxum excrementis, ea parte aperuerunt, quem affectum Rhœada quidam appellarunt, 10. de vsup. cap. 11. Encanthis proprie angulum oculi significat, maior autem angulus qui naso est proximus, proprio nomine Rhanter ῥαντὴρ dicitur, minor qui est ad tempora παρωπιὰς, Inde verò eius nomen, morbo inditum est.

Encathisma, ἐγκάθισμα, est sessio in aqua medicata, ab imis pedibus, vel feminibus, usque ad umbilicum, ita ut supernę partes non madescant, 5. de comp. med. per gen. cap. 13.

Encephalos, ἐγκέφαλος Cerebrum, uide Cerebrum.

Encharaxis, ἐγχάραξις, scarificatio, est cutis & subiectę eius carnis per scalpellum sectio nō punctim sed cæsim facta, multis foraminibus; differt à Phlebotomia, quod hæc vno vulnere venam adaperiat, illa multis sectionibus, cutem, carnemque diuidat.

Encheridæ, grumi sunt cerę modo facti in emplastris, dum liquida illis infunduntur, 4. de comp. med. per gen. cap. 5.

Enchymoma, est sanguinis & humorum, in partem aliquam natura'is effusio, per quam, & partis eius venulæ replentur sanguine, & color viuidus parti inditur, ut in ira, verecundia, gaudio, somno fit, diciturque Græce ἐγχυμώμα ἤ ἐγχύμωσις; quę effusio si fiat pręter naturā, vt in vu'nere, absceßu, phlegmone, dicitur Ecchymosis, vel Ecchymoma, vide Ec-

chymoma, 2. de morb. vulg.

Enchyta, medicamenta sunt, quæ oculis instillãtur, ut fœnogræci decoctum, candidum & tenue oui, lac muliebre, & quæ in hunc vsum preparantur collyria, de remed. par. fac. cap. 10.

Encope, ἐγκοπὴ & διακοπὴ, vide Hedra.

Encranion, vide Cerebellum, & Parenchephalis.

Enema, idest infusum, quod per inferna in aluum infunditur, dicitur adhuc ἔγκλυσμα κλυστὴρ, lib. de ren. aff. cognit. cap. 4.

Endemus & *Endemius* morbus appellatur, quasi patrium dixeris & Vernaculum qui morbus communis est multis, qui alicui regioni superuenit & accedit, ut Epidemus & Epidemius morbus est, qui cum perniciosus non sit, tempore tamen aliquo in regione aliqua abundat, & insolescit, si enim perniciosus sit, pestis dicetur, 1. de vict. rat. 9. Morborum enim alij sporades hoc est dispersi, Σποράδες, qui singulos separatim corripiunt, non ab aëre, sed potius à victus ratione cuique propria exorsi. Alij communes sunt, quos Græci κοινοὺς, παγκοίνους ἢ πανδήμους vocant, qui sunt certi morbi & singulares, qui alicubi vagantur, & multos eque simul corripiunt, causamque habent communem, ut aërem quem omnes inspiramus, vel deprauatæ aquae potum, aut grauem & vitiosum cibum, quem omnes pariter absorbuerint, vel tetram exhalationem, vel quid simile, quod uitari nequeat. Qui morbi communes Pancœni & Pandemi, si patrij

trij sunt Vernaculi & alicuius regionis familiares, Endemi & Endemij vocantur, causamque communem agnoscunt, & communem insultum, de quibus Hippocrates, lib. de aqua aëre & locis; si verò à communi causa nati, communes tamen sunt, non tamen patrij & familiares, sed potius externi & aduentitij, sint autem perniciosi & contagiosi, pestilentes dicuntur, Græce λοιμώδεις, si uerò non pestilentes, sed pestilentibus mitiores sunt, μὴ λοιμώδεις, carent proprio nomine, quamquam Galenus quasi oblitus eorum quę in proœmio, lib. 1. epid. scripserat, asserat eos qui pestilentes non sunt, vocari Epidemios mutuato, scilicet, generis nomine.

Endixis, ἐνδείξεις, Indicationes sunt, idest commu nitates, scopi, & auxiliorum materiæ, ἀντιδείξεις, uerò his opposita sunt, 9. meth. cap. 7.

Engisomata, instrumenta sunt, quibus in Caluariæ fracturis utimur, uel ut alij, est ossis pertusio, cum pars affecta in profundum descendit, ac super illæsum os corruit, lib. finit.

Engonios, idest, angulosa brachij figura, quæ illi membro naturalis est, omnis enim cuiusque partis figura rectissima, maxime ē à dolore aliena, 6. meth. 5.

Engosomata, vide Camarosis.

Enrhythmus pulsus, cōmune quoddam genus est, ad Eurhythmum pulsum, & Arhythmum, 1. de diff. puls. cap. 9. qui enim naturalem & optimum seruat rhythmum εὔρυθμος dicitur, vnusque est et indiuisus;

qui verò non seruat, ἄῤῥυθμος, in tres diuisus differẽtias, omnis autem pulsus qualis ille sit, aliquem seruat Rhythmum, qui ἔνρυθμος appellatur, & octaua est pulsus differentia.

Ensiformis chartilago, vide Chartilago ensiformis

Entera, ἔντερα, intestina; sunt corpora caua, rotunda, membranosa, ab imo ventriculo ad anũ protensa, distribuendi ad iecur chyli, & continendi, expellendique stercoris instrumenta, in orbem inuoluta, fibris circularibus & transuersis contorta, ad Chyli & stercoris expulsionem; Quorum tria superiora tenuia sunt, ἔκφυσις, siue δωδεκαδάκτυλον, νῆστις, εἶλεον ἢ λεπτὸν, hoc est, Ecphysis, ieiunum, Ileon siue tenue; tria inferiora craßa, τυφλὸν, κῶλον, ἀπευθυσμένον, cęcum, colon, & rectum; atque inde patet & si vnum et continuum numero sit intestinum, loco tamen, magnitudine, numero orbium & amfractuũ euariat, senariusque resultat numerus, & 5. de usup. & 6. de anat. adm. Vbi verò ἔντερον, in singulari numero, idest, intestinum ab Hippoc. profertur, docente Gal. com. 4. in 6. de morb. vulg. apud alios significatur Colon, per Excellentiam, ratione suæ magnitudinis, quod solum ex intestinis in scrotum descẽdit, & Enterocelen efficit, idest herniam intestinalem, apud alios uerò Cæcum, 4. de usup. cap. 17.

Enterocele, Epiplocele, & Hydrocele, sunt species exarticulationum, in quibus magna ex parte laxantur artuum capita; non nunquam etiam rumpitur

is meatus qui à Peritoneo ad testiculos pertingit, lib. de caus. morb. ca. 10. cum articuli suis sedibus excidunt aut loco tantum mouentur, aut cum omentum uel intestina, ad inferiores testiculorum tunicas deuoluuntur, alterum morbum Græci Epiplocelen, alterum enterocelen appellant, de differ. morb. cap. 10. preter hęc ex ambobus etiam compositum plus iusto connexum, Enteroepiplocele, iuniorum medicorum nomine appellatur, lib. de tumor. cap. 15. vide Celas.

Enthusiasmus, idest fanatica perculsio, seu numinis afflatio, est velut cum quidam in sacris faciendis, mente capiuntur, si quæ uiderint, aut si tympana, uel tibias, uel signa audiuerint, lib. finit.

Epacmastica, 9. meth. 4. vide Continua.

Epapheresis, idest repetita sanguinis missio, de cur. rat. per sang. cap. 1.

Eparmata, præter naturam tumores secundum aures, in ægrotantibus exortas, vocat Hippoc. com. 4. in 6. de morb. vulg. 1. Sed Gal. 3. de comp. med. loc. cap. 2. dicit Eparmata (quæ, & Parotides sunt) è genere esse inflãmationum, quæ fiunt glandulis, circa aures, affectis; Paulus cum Hippoc. non inflammationem, sed affectionem tantum dixit, vt tumor omnis siue oedematosus siue scirrhosus, citra inflammationem, glandulas sub auribus occupans, παρωτὶς, dici potest.

Ephebęon, pubes & pecten aqualiculus latinè, Græce ἐφήβαιον, ἐπίσειον, ἥβη, id totum est, quod est ab Hy-

qui verò non seruat, ἄῤῥυθμος, in tres diuisus differẽtias, omnis autem pulsus qualis ille sit, aliquem seruat Rhythmum, qui ἔνρυθμος appellatur, & octaua est pulsus differentia.

Ensiformis chartilago, vide Chartilago ensiformis

Entera, ἔντερα, intestina; sunt corpora caua, rotunda, membranosa, ab imo ventriculo ad anũ protensa, distribuendi ad iecur chyli, & continendi, expellendiq́ue stercoris instrumenta, in orbem inuoluta, fibris circularibus & transuersis contorta, ad Chyli & stercoris expulsionem; Quorum tria superiora tenuia sunt, ἔκφυσις, siue δωδεκαδάκτυλον, νῆστις, εἴλεον ἢ λεπτὸν, hoc est, Ecphysis, ieiunum, Ileon siue tenue; tria inferiora crassa, τυφλὸν, κῶλον, ἀπευθυσμένον, cęcum, colon, & rectum; atque inde patet & si vnum et continuum numero sit intestinum, loco tamen, magnitudine, numero orbium & amfractuũ euariat, senarius q́ue resultat numerus, & 5. de usup. & 6. de anat. adm. Vbi verò ἔντερον, in singulari numero, idest, intestinum ab Hippoc. profertur, docente Gal. com. 4. in 6. de morb. vulg. apud alios significatur Colon, per Excellentiam, ratione suæ magnitudinis, quod solum ex intestinis in scrotum descẽdit, & Enterocelen efficit, idest herniam intestinalem, apud alios uerò Cæcum, 4. de usup. cap. 17.

Enterocele, Epiplocele, & Hydrocele, sunt species exarticulationum, in quibus magna ex parte laxantur artuum capita; non nunquam etiam rumpitur

is mea-

is meatus qui à Peritoneo ad testiculos pertingit, lib. de caus. morb. ca. 10. cum articuli suis sedibus excidunt aut loco tantum mouentur, aut cum omentum uel intestina, ad inferiores testiculorum tunicas deuoluuntur, alterum morbum Græci Epiplocelen, alterum enterocelen appellant, de differ. morb. cap. 10. prçter hçc ex ambobus etiam compositum plus iusto connexum, Enteroepiplocele, iuniorum medicorum nomine appellatur, lib. de tumor. cap. 15. vide Celas.

Enthusiasmus, idest fanatica perculsio, seu numinis afflatio, est velut cum quidam in sacris faciendis, mente capiuntur, si quæ uiderint, aut si tympana, uel tibias, uel signa audiuerint, lib. finit.

Epacmastica, 9. meth. 4. vide Continua.

Epapheresis, idest repetita sanguinis missio, de cur. rat. per sang. cap. 1.

Eparmata, præter naturam tumores secundum aures, in ægrotantibus exortas, vocat Hippoc. com. 4. in 6. de morb. vulg. 1. Sed Gal. 3. de comp. med. loc. cap. 2. dicit Eparmata (quæ, & Parotides sunt) è genere esse inflãmationum, quæ fiunt glandulis, circa aures, affectis; Paulus cum Hippoc. non inflammationem, sed affectionem tantum dixit, vt tumor omnis siue oedematosus siue scirrhosus, citra inflammationem, glandulas sub auribus occupans, παρωτὶς, dici potest.

Ephebçon, pubes & pecten aqualiculus latinè, Græce ἐφήβαιον, ἐπίσειον, ἥβη, id totum est, quod est ab Hy-

ab Hypogastrio seu imo ventre (quem & sumen vocant) vsque ad pudenda. Introd.

Ephelcis, idest ramentum, seu cruoris exigua guttula, quæ interdum tussi in hæmoptoica passione, reijcitur, 4. loc. aff. 5. aliquando generalius, ἐφελκὶς, crustula est, quæ vlceri obducitur, diciturque de internis; quandoque enim crustulæ & per tusses è pulmonibus, & per deiectiones, & intestinis, deijciūtur.

Ephelis, ἐφηλὶς, est aspredo & nigrities in facie ex ardore Solis progenita, ἀπὸ τοῦ ἡλίου, idest Sole, nomen desumens.

Ephemera, febris est, quæ à causa procatartica, siue præincipiente fit cum vrinæ coctione, prima die apparente, suaui caliditate, pulsu ad magnitudinem & celeritatem effatu dignam accedente, systole pulsus parum à naturali tenore mutata, æquali atq; incompresso ascensu in caliditate ac pulsibus, etiam cōsistente febre, sudore, aut rore, aut omnino cum aliquo optimo vapore declinans, ubi integra febris cessatio sequitur, 1. de differ. feb cap. 7. in spiritibus citra humorum putredinem accensa, ibid. cap. 5. vide Diaria.

Ephialtes affectus Græcis dictus, est nocturna corporis oppressio, & suffocatio, cum quis somni initio, supinus iacens, grandi se mole opprimi, atque ab alio inuadi imaginatur, cum difficili respiratione, immobilitate, ac uoce præpedita, prope suffocari, æger videatur; adhuc Græcis dicitur ἐπιβολὴ πνιγάλιον, Latine

tinc vero Incubus, uel Incubonus dicitur, forte quia ex veteribus quidam Dæmonem, alij cupidinem, alij incubantem vetulam, aut externam quandam vim, quæ quiescentes inuaderet, & pondere oppressos, grauaret, esse voluerunt, quamuis tota mali causa, intra corpus esset. in libello de vtilitate respirationis, Galeno, ascripto.

Ephidrosis ἐφίδρωσις, *duo significat, vel sudoris circa thoracem, & caput exortum, vel in vniuerso corpore sudoris prouentum, tum paucum, tū inutile.*

Epialus, uide Febris Hepiala.

Epicauma est velut, ex igne crustulosa vlceratio, quæ oculi nigro aduenit, nec permanet, lib. finit. id morbi ἐπίκαυμα *&* ἔγκαυμα *vocant Græci, Latini uerò vstionem, siue exustionem.*

Epicerastica, ἐπικεραστικὰ, *medicamenta sunt, quę & temperantia dicuntur, quæ si valentiora euaserint humoribus mordicantibus, morsum eorum retundunt, 2. simplic. 12.*

Epicrasis, ἐπίκρασις, *est uitiosi succi curatio, cum indicationes sibi aduersantur, in qua paulatim quod vitiosum est, vacuatur, & paulatim inuicem, quod salubre est, pro eo reponitur, 9. meth. 10.*

Epicrisis, idest adiudicatio, ad Thrasib. cap. 6.

Epicrusis certa quædam est percussio, qua mangones puerorum, hoc ipso præsidio succurrunt ijs, quibus à natali die, gracilia sunt mēbra, 14. meth. c. 16.

Epicyema, ἐπικύημα; *est secundus fœtus conceptus*

grau-

grauida iam muliere, id quod fit vt scripsit Hippoc. cum fœtu iam concepto non clauditur exactè vterus, sed semen aliud etiam postea intro admittit; Arabibus super imprægnatio dicitur.

Epidemus, vide Endemus, & Communis.

Epidermis, summa cutis corporis, seu Cuticula, 3. meth. 4. sola sensatione à uera cute differt, hæc enim à neruorum extremitatibus dilatatis fit, Epidermis verò à Cutis excremento prouenit, itaque uel sensu caret, uel exigui sensus est, proinde citra dolorem facile à subiecta cute separatur.

Epidesmus, siue Hypodesmidas, idest fascias, sub fasciationes, & subligamina, sine vlla distinctione, veteres vocauerunt; At Hipp. fascias quę ipsi corpori circumdantur, subligamina, seu subfasciationes appellat, quæ plagulis extrinsecus superligantur, 3. de his quæ in medic. 6. uide Plagulæ.

Epidesis, gen⁹ ligationis est ad sanguinis profluuiũ fluentibus vasis, iniecta, quanquam ipsum vas circulo non complectatur, sicut vinculum, verum cum ex parte, suo complexu, committat quodam modo vulnerati membri, labra dissidentia, & quę super imposita sunt, contineat, merito inter claudentia remedia, numeratur, 5. meth. 3.

Epididymis, ἐπιδιδυμὶς, idest supergeminalis tunica, testium inuolucrum est, & appendix; est enim pars quædam animalis gemini, hoc est testis capiti super imposita, id quod nomen ipsum præsefert, ex qua

qua multæ fistulæ, seroso quodam humore plenæ ad testem permeant, 1.de semin. cap.15.

Epigastrion, vide Abdomen.

Epigennema, ἐπιγέννημα, quasi superueniens, vel super genitum, idem est ac symptoma, de sympt. diff. cap. 1. vide Symptoma.

Epiglottis, ἐπιγλωττίς, idest superlingula, est membrana chartilaginosa, rotunditatis oblongę in interiori gutturis parte collocata, 1.de loc.aff.1. quæ à radice linguę exoritur, lib.de uocal.instru.diff.cap.4. quæ & Glottis dicitur, 7.de vsup. cap.13. Dicitur ēt lingula, ligula, idest laryngis lingua; est.n.corpus quodā simile linguæ alicuius fistulæ ubi arteria & larynx inter se connectuntur, 7.de vsup.cap. 13. quae uelut operculum recte quidem omni tempore, quo animal respirat stās, quo trāsglutit laryngi accumbens. ibidē cap.17. Cuius ligulæ nisi tanta esset magnitudo, figura, substantia, & situs quem nunc habet, vomentibus nobis non pauca in asperam arteriam deferrētur, ad laryngis cauitatem aceruata, ibid. Estq; hęc proprium vocis instrumentum, 1.loc. aff. 6.

Epigonatis, uide Patella.

Epilampsies, uide Effulgescentiæ.

Epilepsia, (quę & Epilepsis dicitur,) idest morbus Comitialis, de differ. morb. cap. 5. estq; totius corporis conuulsio, 2.de sympt. caus. cap.2. vide Comitialis.

Epilogismus communis est quædam ratio, & omnium

nium assensu conspecta, 1. prorrhet. 6.

Epiludes, Parulides, Thymi; tumores sunt præter naturam, nihil selectum habentes, præterquam quod sunt carnosa germina, lib. de tumor. cap. 17.

Epinyctides, uide Efflorationes.

Epiparoxinesle, idest superacui, & super exarcerbari dicimus, cũ paroxysmus plures habet insultus, sicut & pulsuum Thlipsis idest compressio, sic enim nominant, quando incipiente accessione satis paruos atque inæquales eosdem habet, 1. de diff. feb. cap. 7.

Epiphora, ἐπιφορά, tum inflammationis magnae, vniuerso illatae corpori, tum largorum fluorum, & fluxionum commune nomen est; propriè verò, de oculis profertur, ubi cum maxima inflammatione, etiam humoris copia influxerit, lib. Introd. cap. 15.

Epiphysis, ἐπίφυσις est, vbi os cum osse ad vnionẽ coit, siue adnata appendix, lib. de ossib. in proœmio, differt autem ab Apophysi, ut idem Galenus annotat, quod Apophysis, sit totius ossis extrema pars, Epiphysis vero non est ossis pars, sed aliquid ossi adnatum.

Epiphysis vermiformis ἐπίφυσις σκωληκοειδὴς, idem est ac Conarium siue Conoides corpus, & Turbinatũ, vide Conoides.

Epiplasma, idem est ac Cataplasma, vt cum tritici farina, ex hydrelæo decoquitur, ac vulneribus imponitur, 3. de comp. med. per gen. cap. 2.

Epiplocele, vide Celas.

Epi-

Epiploocomistae plerique homines dicuntur, quasi dicas Omenti gestores, dum in magnam molem excreuerit, 6. de anat, adm. cap. 5.

Epiploonphalon, omenti est in vmbilicum decursus, & prolapsus, lib. finit.

Epiploon, siue Epilun, uide Omentum.

Episarcidium, uide Anasarca.

Episemasia est ipsum principium, siue insultus accessionis febrilis, in quo ægri solent horrere, refrigerari, oscitare, pandiculari, dormitare, aut aliud quid simile pati, dicitur autem ἐπισημασία, hoc est significatio, dicitur etiam, ἀσβολὴ παροξυσμοῦ, idest annotatio paroxysmi, vide Annotatio.

Epision, vide Aquaticulus, siue Aqualiculus.

Epispasthon, vide attrahens, est medicamen aridum inspersile, ad malignorum vlcerum curationem, non inefficax, 4. de comp med. loc. cap. 5.

Epithemata, ἐπιθέματα, pharmaca sunt, ceratis valentiora, quę tum ex vnguentis, tum ex iis quae similem vim obtinent medicamẽtis componũtur, 7. meth. 4. Epithema adhuc, operculum est, 2. de vsup. c. 9.

Epneumatosis, vide Physis.

Epoche, est suspensa sententia, nihilque definiens, quod est de nulla re pronunciare, nec asseuerare certò, lib. de optimo docendi gen.

Epomida, idest, super humeralem, superiorem humeri partem dicunt, 1. de anatom. adm. cap. 11. vide Ala.

Epulis, ἐπουλὶς, est tuberculum et carnis excrescētia in gingiuis prouenienѕ, & ad intimos molares dētes, pertinens, ita ut æger aliquando os aperire nequeat, 5. de comp. med. loc.

Epulotica, ἐπουλωτικὰ φάρμακα, medicamēta sunt quae non detrahere neque liquare carnem, sed indurare, desiccare, & cicatricem inducere apta sunt, ut alumen, galla omphacitis, æs combustum presertim lotum, 5. simplic. ca. 15.

Equus, (qui Græce Hyppos dicitur, lib. finit.) oculorū affect⁹ est, insitus quibusdā, quib⁹ oculi nullo tempore manere possunt requieti, sed tremule subinde nictant, semper instabiles, 1. progn. 21.

Erratica febris, siue inordinata est, quæ extra horas consuetas vel tardius, uel celerius inuadit, modo enim inordinate mouetur, modo inordinate persistit, nunquam autem ordinatè, lib. de Typis, cap. 4. sunt enim in erraticis, inordinata principia.

Errhina, medicamenta sunt, quae naribus, quas Græci Rhinas vocant, capitis purgandi gratia infunduntur, 5. simplic. cap. 20.

Erythroide, est interna testiculorum tunica, de caus. morb. ca. 10 uide Elythroide.

Eruptionum, siue ut Græci dicunt, Exanthematum nomen quidam in communi usurpāt, de affectionibus uidelicet ulcerosis, & asperis, in mento sua sponte prouenientibus, 5. de comp. med. loc. ca. 6.

Erysipelas est tumor præter naturam non alte descen-

ſcendẽs, ſed in cute conſiſtens, à bilioſo humore obortus, colore pallido, 14. meth. 1. ſi uerò ipſius color nõ ſit omnino pallidus, ſed miſtus ex pallido, & rubro, erit etiã miſta affectio, ex phlegmone in qua ſanguis peccat, coloris rubei, & ex Eryſipelate, utique ab eo quod in miſtura ſuperat nomen ipſi inditur, ac dicatur de eo id quod ſuperatur, ſicut uel Phlegmonem eryſipelatoſam, vel Eryſipelas phlegmonoſum, 14. meth. 1. & 2. Dicunt autem Eryſipelas, ideſt Vicinitrabam, vel Vicinirubiam, quod incenſum quidem atque inflammatum eſt ſemper, cum tumore verò nõ ſemper, lib. 3. de his que in medic. 30. & 2. ad Glau. 1. Exactũ autẽ Eryſipelas eſt, quod à bilioſa fluxione ortum ducit, 7. ſimplic. dictione Coriandrum.

Eſchara cruſta eſt, quæ ulceribus ueluti ſeptũ, vel ſua ſponte, uel arte adnaſcitur, 5. meth. cap. 3. vide Cauſtica.

Eſcharoticum medicamentum eſt, quod perinde vt cauſticum, in craſſa eßentia eſt, quod cuicunq; inhæſerit parti, ſtipitis ritu infixum excruciat, 5. ſimplic. 15.

Eſthiomenon herpes, eſt inflammatio ex ſyncera flaua bile ad cutem decumbente acriori et mordaciori quã herpes miliaris; in hoc enim fluor pituita miſtus videtur, in illo exacta bilis totam exulcerans & corrodens cutem, lib. de tumor, cap. 9. vide Herpes, Phagedæna, Nomæ.

Ethmyodes platyſma, ideſt latus ille muſculus, ſi-

ue musculosa dilatatio, quae cuti subnascens, Gnatō, idest buccam, siue maxilla mouet, lib. de neruorum diss. cap.6.

Euacuationem omnem, siue fiat inedia, siue sanguinis missione, siue purgante medicamento, solitus est vocare Hippoc. vasorum inanitionem; Euacuatio autem est humorum, qui sua quantitate molestant, purgatio; vt purgatio est humorum, qui sua qualitate molestant, euacuatio, 1.aph.2.

Euchymia, idest succorum in corpore bonitas, 2. de simplic. 13. vnde Euchymon nutrimentum est boni succi, 6.de sanit.tuen.cap.7.

Eucrasia, est medium omnium temperamentorū, 1.sanit. tuen. cap.4. ex optima & conuenienti cuiq; mistura quatuor primarum qualitatum consurgens, Vnde eius magna est latitudo, quam qui adeptus est εὔκρατος, siue Eucraton corpus, idest optime temperatum appellabitur, secus dyscraton, siue intemperatum, 2. de temper.1.

Euectica medicinæ pars, quam alij Gymnasticam vocant, est quæ optimum habitum corpori inducendum studet, de part. art. med. cap.5.

Euexia, est bona corporis habitudo, 1. de sanit. tuen.cap.8. vt huic opposita Cachexia .i. prauus corporis habitus, εὐεξία καὶ καχεξία, illam complent bona omnium partium temperies, actionum robur, Euchymia, sanguinis, carnis, totiusque corporeæ molis Symmetria.

Euiden-

Euidentes causæ, uide Continentes.

Euoxon, uinculum vocat Hippoc. quod bene gestat & sustinet, hoc est firmiter & sine ulla compressione continet, 3. de artic. 22.

Eupathia, idest, patiendi prõptitudo, 4. de vsup. 14.

Euphyiam, vocat Galenus, bonam habitudinem 1. de vsup. 9.

Eupnœa εὔπνοια, proba spiratio, quæ secundũ naturam fit, opposita dyspnæę quæ est difficilis spiratio, apud Hippoc. vt annotat Gal. in commento prognost.

Eurhythmus pulsus est, cuique ætati, loco, tempori, tẽperamento, naturalis pulsus, cũ suum rhythmũ seruat, 1. de differ. puls. cap. 9.

Eusarcon, vide Quadratum.

Eusema crisis, quae cum bonis signis à sua indicatoria die fuit indicata, ut quę vndecimo die coctionẽ in urina, noctem grauem, quæ accessionem præcedit, insultus cum concussione, pulsuum decretoriam commotionem, & sudores bonos, citra horrenda pericula habuit, 1. dier. decret. cap. 7.

Eustomachus, cibus est gratus stomacho, uentrẽq; roborans, 6 de tuen. san. cap. 9.

Euthyporos, idest in rectum procedens, alterum ex instrumentis & organis est, quae fractis vel luxatis cruribus supponuntur, (quæ σώλοινας, Græci vocant) quod quidem Euthyporos per vnicum axem, qui in fine machinæ ad infernam eius partem est collocatus, contrarium nixum toti membro, gemina tẽ-

ſione efficit quod verò prius ſurſum, mox deorſum, illud Metalepticum dicitur, quaſi tranſlatiuum dixeris 6.meth. cap. 5.

Eutrophia, ideſt bona, & vberior nutritio, 3. ſanit.tuen.cap.8.

Exanaſtomoſis, vide Oſculorum apertio.

Exangues corporis partes ſunt, ut oſſa & chartilagines, quae mucoſo quodam humore aluntur, qui lentore quodam & albedine præditus eſt, cum imbecilla ita natura eſt, vt bene conficere alimentum in ipſis nequeat, ſed quaſi ſemicoctum relinquat, 3. de articul. 65.

Exanthematum nomen, quidam in communi uſurpant, de affectionibus videlicet vlceroſis & aſperis in aliqua corporis parte prouenientibus, quae & puſtulæ & Bothor dicuntur, 5. de comp.med.loc.cap.6. ſunt autem ἐξανθήματα, ideſt papulę, quędam leues eruptiones humorum per cutem efflorеſcentium; rubræ, pallidæ, flauæ, non nunquam & nigræ & liuidę, pro humorum ratione, nunc indolentes, nunc prurientes cum ſcalptu, interdum ſine pruritu, nunc vlceroſæ, nunc ad vlcus non deuenientes, harum generum ſunt φλυκταίναι, ψυδράκιαι, ἐπινυκτίδες, λειχῆναι, Variolæ, Morbilli, quæque in lue Venerea gignuntur & quæ in febribus peſtilentibus, vide Puſtulę, Eruptionum.

Exarthrema, luxatio eſt, non omnis, ſed ea tãtũ, in qua totus articulus à ſua ſede excidit, nam paruã

luxa-

luxationem, non ἐξάρθρημα, sed παράρθρημα, quidam vocari contendunt, 2. meth. 2.

Exarticulatio est alicuius membri luxatio, lib. de morb. diff. cap. 13. Exarticulationes interdum vocat exarticulata, idest ossium è propria sede excessus, sine fractione, co. 1. in 1. de fract. 1. uide Luxationes.

Ex egritudine senectus, siue ex morbo seniū (quod & Tabes, seu Marasmus & Marcor, febrisque à qua proficiscitur, tabida, vel marasmodes dicitur) est extinctio natiui caloris, ad quam totum corpus contabescit, instar arboris cuiusdam supra modum arefactę, aut ob longitudinem temporis, aut flammæ uiciniam, aut vehementem, atque immoderatū squallorem; Cumque hæc qualitas senibus, annorum multitudinis ratione comparetur, tabidis tamen à febrili caliditate, 5. de sanit. tuen. cap. 9. & 1. de differ. feb. cap. 8. Fitque ex defectu nutrimenti, vbi quis vel ex electione famem tolerat, uel præ ciborum inopia, fame conficitur, lib. de marcore, cap. 1. vide Marasmus.

Excauatio, vide Lordosis.

Excidentiæ apud Hippoc. nunc sine adiectione luxationē ossium à propria sede significant, 1. de fract. 1. nunc articulorum tantum luxationes, com. 3. de iis quae in medic. 31. vide Luxationes.

Excrementum id omne dicitur, quod in alendo corpore, nec confici, nec assimilari potuit; Cumq; propterea corpori non adnascatur, nec adcrescat, per ipsius

laxiora intus spatia tanquam superuacaneum errat, vnde nomē quoq; recte à maiorib' ei rei περιπλώμα, idest pererrans est inditum, 1.de sanit. tuen. cap. 3. vide Attractrix, & Lotium.

Excutationes, idest ossium extra cutē eiectiones, de ossibus enim extantibus est sermo, 4.de artic. 34.

Exelcismus, est ossis, uel ossium deductio à superficie in profundum, lib.finit.

Exercitatio acuta, cuius celeres motus sunt, quae corpus tenuat, contraria crassum reddit, multa corpus siccat, mediocris obesum præstat, 5.sanit.tue.3.

Exipotica, idest excolentia, & digerentia medicamenta, 7.de compos.med.per gen.9.

Ex morbo senium, vide ex ægritudine senectus.

Exomphalos, dicitur cui vmbilicus foras prominet, quod malum, alij rupturam vocant, alij egressionem vmbilici, quod accidit vel Peritonæo rupto, aut procidente Omento, aut intestino, vel humore ibidem collecto, uel carne subnata, uel sanguine irrumpente, per Diapedesim, vel aneurisma, uel solo aliquando spiritu irruente, vide Bubonecele.

Exostoses, uide Elephas.

Expansa ἐκπεπταμένα, vide Abscedentia.

Experientia, est eius, quod sępius & eodem modo visum est, obseruatio, atque memoria. ad Trasibul, cap. 11.

Expiratio est motus, quo spiritus per respirationē ad interiora lat', ad exteriora propellitur, 4.aph.68.

qua

qua in Cordis compreſſionibus, id quod fuliginoſum eſt in eo, ac fumidum per lęues arterias, extra funditur, 7. de vſup. 9. vide Inſpiratio.

Expiratus, ſpecies quædam eſt, ex conuulſione proueniens, quę muſculorum qui exſpiratum efficiũt, conuulſionem ſequitur, quam appellat Hippoc. ſpiritum inter exeundum offendentem, 2. de ſympt. cauſ. cap. 2. & 4. apho. 68.

Expultrix facultas, vide Attractrix.

Exquiſita, & extenſa tertiana, uide Tertiana ſimpliciter.

Extaſis, ideſt mentis emotio, inſania eſt, quę breui finitur, lib. finit.

Extenſum inteſtinum, Vide Rectum.

Extergentia, uide Rhyptica.

Externa cauſa, uide Procatartica, & Continentes cauſae.

Extuberatio, eſt vertebrę alicuius ab interiori, ad exteriorem regionem luxatio, 9. de placit. 4.

Exuccatio, ideſt ſugillatio, 2. de fract. 24. vide Contuſio.

Exudare, eſt circa frontem & clauiculas parum ſudare, com. 2. in 1. de morb. vulg. 75.

Exufflatio eſt multi ſpiritus extra animal per guttur affatim facta emiſſio, agentibus ad id intercoſtalibus muſculis, contractoque Thorace, 1. loc. aff. 6. quæ duplex eſt, altera citra ſonitum & ſtrepitum, cũ ex utriſque thoracis partibus nihil omnino expirat

animal; altera cum una tantum thoracis parte respirat animal, ita ut semispirans, uel semiuocale reddatur, diciturque exufflatio strepens, uel cum sonitu, 4. loc. aff. 6.

Exustio, quæ & Deustio dicitur, siue ipsa Solis operatio talem sortiatur appellationē, aut qui ab eodem fit in corpore affectus, siue ille qui iam effectus est; est quidem sane, & hoc ipsum calor præter naturam, non dum tamen febris, nisi Cor unà calefiat, 1. de differ. feb. cap. 3.

F

F*ACIES, Græce* πρόσωπος, *est quicquid à priore capitis parte sub tota fronte auribus, oculis naso, & ore ad mentum usque, à superciliis incipiens, circumscribitur, lib. Introd. cap. 10.*

Facies Hippocratica, quam mortiferam uocant, est cuius nasus acutus, caui oculi, adstricta tempora, aures frigidę & contractæ, & fibræ earum uersæ, cutis circa frontem dura, intenta, arida, color totius vultus uiridis aut niger est, 1. progn. 7.

Fetus, (quo tempore in utero semen, seminis speciem refert, ut in abortu & dissectione uisum est) ab Hippoc. non appellatur, donec sanguine repletum Cor, Cerebrum, & Iecur, indistinctam quidem & informem, quandam tamen coagulationem & magnitudinem prę se tulerint, & carnea fętus substantia & non amplius seminalis apparet, tunc non genitura

tura, ut prius, sed fœtus ab Hippoc. appellatur, 1. de sem. cap. 9.

Fames, uide Sensus indigentiæ.

Fatuitas (quæ & μώρωσις, stultitia & stoliditas dicitur) symptoma est citra delirium, ægros naturalibus fatuis similes reddens, quales etiam ex iis, qui dicuntur consenescere, non nullos fieri nouimus, cui pathemati simile quidem est, quanquam non idem quod vocant ἄνοιαν, anæam, idest ignorantiam, de qua Thucydides scripsit in his qui ex peste seruati sunt, hoc pacto, ignorauerunt, tum seipsos, tum familiares, com. 2. in 1. prorrhet. 60.

Fauces sunt internus oris locus, vbi simul conueniunt, & gulæ & gutturis partes extremæ, 4. loc. aff. cap. 3. quas fauces Pharynga uocant, idest, præiacentem gulæ & gutturis sedem, quæ aperiendo deorsum, euidentem amplitudinem, in qua gemina ostiola visuntur, tum gulæ, tum etiam gutturis, commõstrat, 3. progn. 16. vide Isthmus & Pharynx.

Fauus, qui & κηρίον, & μελικηρὶς dicitur, uide Achωres, & Cerion.

Febrire siquidem existimamus, non eum modo qui in cute, in superficie exteriori igneam habet caliditatem, uerum etiam & hoc magis, qui eam, in corporis imo, & visceribus continet, co. 1. in 1. prorrh. 7.

Febris, secundum communem omnium hominum consensum, est caliditas præter naturam, maxime quidem in totum animal effusa, sin minus at omnino

vel

vel in plurimis partibus, uel in nobilissimis accensa, com. 1. in 6. de morb. vulg. 29. cum is calor adeo auctus est, vt & hominem offendat, & actionem lædat, 8. meth. cap. 1. siue idem calor, ipsum Cordis corpus occupauerit, siue eos, qui in eius uentriculis cõtinentur humores, 1. de diff. feb. c. 1. & 3. & de cur. per san. cap. 5. febrem autem dicit Hippoc. à feruore & igne deducta appellatione, ut significet febrem quoque ipsam quae πυρετὸς dicitur ἀπὸ τοῦ πυρὸς, idest ab igne fuisse nominatam, eamque esse febris essentiam, quod calorem igneum habeat, 3. de fract. 8. & de caus. morb. cap. 2.

Febris ab apostemate (quam febrem phlegmonodem vocat, 14. meth. cap. 9) est cum aliqui, vel ob inflammationem obortam, abscessum, dolorem, vel Erysipelas, uel lateris inflammationem, pulmonis, uel alterius partis febricitant; licet ueteres eos non simpliciter febricitare, sed uel pleuriticos, peripneumonicos, lienosos, simpliciter dicerent, 4. aph. 73. Eadem etiam febris accidens dicitur, si post sensibilem alicuius membri, aduenerit affectum, alioquin ægritudo & passio censenda est, de differ. morb. c. 5. & com. 1. in 6. de morb. uulg. 29.

Febris accidens, vide Febris ab apostemate.

Febris Acmastica, Anabatica, Epacmastica, Paracmastica, Homotena, Causon, ardens, deurens continua, ἀκμαστικοὺς καὶ ὁμοτόνους, ἀναβατικοὺς καὶ ἐπακμαστικοὺς, παρακμαστικοὺς, καύσους, καὶ συνεχοῦ

Gre-

Græci uocant, vide Continua febris.

Febris Amphimerina ἀμφιμέρινος, vide Amphimerina febris.

Febris Cathemerina, uide Cathemerina febris.

Febris Colliquatiua συντήκων πυρετὸς, ex genere est febrium quas marasmodes vocant, hoc solo tamẽ differunt, quod quæ portio carnis in his colliquatur, ea semper uaporis vice digeritur, in illis, in uentrem defluit; in ardentissimis enim febribus, si carnes humidæ ac molles cum adipis copia fuerint, eas sensu liquari deprehendas, sin sine adipe & siccæ sint in marasmodes febres transeunt, in quibus sicciores carnes redduntur, & corij ritu durantur, nec defluit ulla ex his sensibilis liquatio, 10. meth. 11. idque fit cum corporis humores tenues fuerit, et febris calor acris; nam euaporantur, qui ita extenuantur, per insensibilem euacuationem, 2. de ratione vict. 47.

Febriũ cõfusio κρᾶσις, vide Colplexio febriũ ἐπιπλοκή.

Febris Diaria, vide Diaria febris.

Febris diurna & nocturna, quam Græci Cathemerinam & Mathemerinam vocant, est febris quotidiana, quæ nocte vel die remittit quidem, sed non intermittit, quæ uero remittit, & ad infebricitationem venit Amphimerina dicitur, co. 3. in 1. de morb. vulg. 2. & 9. vide Amphimerina.

Febris Ephemera, vide Ephemera febris.

Febris facta & fiens, vide Febris scetica.

Febris focus, est ea animalis particula, quæ prima

ma suis ipsius solidis partibus immodice fuerit calefacta, quod in Ethica febre primum ẽ Cor, tum Iecur, tum uenter, tandem quæcunque possunt secum Cor concalefacere, lib. de Marcore, cap. 7. qualis est particula, quam uel obstructio, vel putredo, vel phlegmone obsederit, 11. meth. 20.

Febres Hecticas appellant, quæ solidas animalis partes occuparunt, uel quoniam firmæ ac solutu difficiles sunt, quemadmodum habitus, aut quoniam ipsum corporis habitum comprehendunt, 1. de differ. feb. cap. 7.

Febris Hectica exquisite est, quę nullum particularis accessionis, aut principium, aut incrementum, aut uigorem, aut denique remissionem habeat, à solò autem cibo, hecticæ febres efferuescunt, quo incremento ablato, ęquales semper perseuerant, lib. de marcor. cap. 8.

Febris Helodes, quæ & Typhodes & humida dicitur est, cum à prima statim die, ægrotantes sudant, sudoreque ipso, aut parum, aut nihil leuatur; E contra sicca, in qua sitis vrget vehemens, ac scabra visitur lingua, durataque tanquam Corium cutis, plurimusq; adest in corpore squallor. Aduersus Licū, c. 2.

Febris hemitritæus, uide Febris Semitertiana.

Febris Hepiala ἠπίαλος, de genere est quotidianæ, quando simul ægri, rigent, & febricitant, atq; eodem tempore in toto corpore vtrūq; sentiunt affectū; (& si quidam, eum rigorem, qui febrem antecedit,

ita

ita nominant) 2.de differ. feb. cap.6. quae & Epialus appellatur, lib.de ineq. intemp. cap. 8.

Febris homotena, vide Continua.

Febris horrida, est, in qua magna accessionis pars horrore consumitur, 2.de differ. feb. cap.8.

Febris humida, uide Febris Helodes.

Febris Hyemalis, ea est apud aliquos, quę hyeme fit; apud alios ea, quæ hyemis tempori est peculiaris, 4. rat. vict. 61.

Febres liuidæ, à colore cognomen adeptæ sunt, ęgri enim cutis tota liuida, & labia qualia excesis moris eße solent, & oculorum alba liuescunt; quæ sanguineum succum deficere nunciant, & cum ipso itidē ingenitum calidum, atque iccirco mortiferæ sunt, ex quibus non nullæ syncopas euacuationem sequentes, efficiunt, com.1. in 6. de morb, vulg. 29.

Febris lyparia λειπύρια est, in qua intus, & in ipsis visceribus calor sentitur vrens, vt neque valde subtilium uestimentorum, neq; linteolorum velamēta, neque aliud quicquā præter nuditatem ferre possint; in externis autem partibus, frigus aut tepor. lib.de inæquali intemp. cap.8.

Febrem magnā, aut paruam, consueuerunt Medici appellare, non propriè quidem rei quali, nomen quanti accommodantes; hoc tamen facere assueti non in febribus tantum, sed in mille alijs rebus, quae licet in qualitate subsistant, magnæ tamen ac paruæ dicuntur, 1.de differ. feb. cap.1.

Febris

Febris marasmodes est febris marcida, in qua omnes corporis partes, æqualiter marcescunt, lib. de marcor, cap. 5. vide Marasmus.

Febris marcida apud Philippum datur, quæ idem est ac ex morbo senium, sed eam Galenus non vult febrem dici, cum in ea frigidius quã natura postulat Cor sit factum, ostendunt id, pulsus paruus & rarus redditus, respiratio parua tarda ac per longa interualla, quæ & ipsa Cordis & partium ad Cor pertinentium frigiditatem indicat, lib. de marco, cap. 5. Seniũ igitur ex morbo, quoniam frigiditas siccitati adiuncta est, febris non est; sed is tantum febris dici potest, qui & marcor torridus dicitur, & marcor syncoposus; his enim ambobus est pulsus frequens et paruus, ægrique dum oscitant spiritum efflant calidum, vt iure ipsum ardori & æstui assimilare possis, qui marcor torridus, ex caliditate, ardentissimisque febribus præsertim in sicciori corporis habitu fit; frigidus aũt marcor qui senectutis similem affectionem obtinet, fit ex permutatione febrium, quæ tum per aquæ frigidę potionem, tum per ea auxilia, quę refrigerandi gratia hypochondrijs, ac Thoraci imponi solent, fuerint secus, ac oportet refrigeratæ, lib. de marc. cap. 5. vide. Ex ęgritudine senectus.

Febris Mathemerina, vide Febris diurna.

Febris mitis, est quae medici manum non mordicat, neque exurit, sed vaporem minime mordacem exhalat, huiusmodi est Diaria febris, mitis autem dicitur

citur nõ simpliciter quidem sed per comparationem, hoc est minus mordax, si quidem febrilis omnis calor, cum sit igneus, acer & mordax est, sed hic magis, ille minus, uide Febris simplex.

Febris modos non nunquã mores vocant, non nunquam differentias vel essentias, vt quod febris boni vel mali moris sit, benignus, uel malign⁹, 1. de morb. vulg. 10.

Febris Pemphigodes πεμφιγγώδης est, quę per caloris intensionem, pustulas in ore, quae Gręcis Phlyctides dicuntur, generat, lib. finit. nec hoc solum, sed pemphigodes febres, hoc est spiritibus affluentes interpretamur, sentimus enim plerunque per febricitantium cutes, aërium quendam halitum effluentem. Dicitur itaque Pemphigodes, idest flatulenta, vel flatuosa, sed hanc pleriq; vario modo interpretati sunt. Quidam diariam febrem intelligunt, natam spiritibus accensis, Alij febrem madentem & humidam, ab effluuio quodam aëroso, & uaporoso, per cutem sæpius erumpente; alij eam febrem sic vocant, quae veluti exilientium et manui occurrentium scintillarũ opinionem prębet; uel ita appellatur pestilens ἡ μετὰ πεμφιγων, idest, quae cum pustulis efflorescit. Quanquam possit adhuc intelligi synochus nõ putris, quam ob id inflatiuam vulgus medicorũ vocat, quod sanguinis calore febrili feruentis copia, uenę omnes plurimum sint inflatę et sanguine flatuoso & bulliẽte, plenę. Verum Galenus in eam sententiam inclinat, ut

nat, ut diaria intelligatur, quę in ſpiritibus accenſis, & interdum putrentibus, ſubſiſtit, com. 1. in 6. de morb. vulg. 29.

Febris peſtilens eſt, quae à calidioribus ambientis aëris ſtatibus, quales maxime circa Canis ortũ contingunt, uel à putreſcibili vaporatione effecti, per inſpirationem quidem manifeſte cor calefacientis, excitatur; qui corpori extrinſecus circumfuſi, totum ipſum calidius efficiunt, & praeſertim arterias, vt quę ſubſtantię ipſius ambientis aliquid trahant; Cum quibus omnibus ſimul cor affici eſt neceſſarium, et cũ ſupra modum incaluerit, ipſum primum atque potiſſimum, febrilem calorem ſuſcipere, atque ad uniuerſum corpus tranſmittere, 1. de differ. feb. cap. 4. uide Endemus.

Febres putridę ſunt, quae ex humorum putredine accenduntur, cum rigore, frigore, vel horrore incipientes, inęqualitate pulſuum & caloris, ſiue in principio, ſiue augmento, pluribus paroxyſmorum inſultibus, acri, et mordaci calore, ſubmiſſione pulſuum, quam ſyſtolen vocant, uelocitate, urinę cruditate, cuius febris declinationem integra non ſubſequitur quies, 1. de differ. feb. cap. 7. generantur autem à pręcedentibus cauſis, non à pręincipientibus, quaſcũq; enim in ipſo animali vel diſpoſitiones, uel motus pręter naturam, ægritudinum pręcedentes cauſas nominant, quae uerò extrinſecus adueniunt, & alterant corpus atque tranſmutãt naturam vehementes, pręinci-

incipientes appellant, de cauſ.morb.cap.2.

Febris putrida intermittens eſt, quæcunq; ad ſenſibilem infebricitationem peruenit, ortum habens ab humore febrem generante, qui per oẽs corporis partes ſuo motu defertur, 2. de differ.feb. cap. 1. cuius tres ſunt oẽs differentiæ quotidiana, tertiana, quartana, quotidiana quæ ex pituitæ putredine eſt, ex vtriuſque verò bilis, flauæ quidem tertiana, nigræ autem quartana, 2.de differ.feb. cap.2.

Febris quartana, vide Febris putrida.

Febris *quintana, ſextana, ſeptimana, eſt cum egri non prorſus affectione morboſa ſunt liberati, ſed ſemen aliquod retinuerunt; his vſu venit ad victum negligentioribus, ſæpe ſexto die à principio febricitare, ſæpe ſeptimo non raro octauo, uel alio; & cum febris ceſſauerit, putantibus ſe prorſus eſſe liberatos, eodem omnino victu vtentibus, ex ſemine morbi reliquo, totidem diebus in eãdem affectionem deueniẽtibus ſimiliter febricitare, non igitur ex vi morbi hic circuitus datur, ſed ex reſiduo affectionis & inordinato infirmorum victu, com.2. in 1.de morb.vulg.7.*

Febris quotidiana, vide Febris putrida intermittens.

Febris remiſsio, totum illud tempus eſt, quod acceſſionem ſequitur, quod tempus alij interuallum, declinationem, ſubmiſſionem, uel ablationem nominãt, de morb.temp.cap.6.

Febris reuerſiua eſt, non acuta, ſed diuturna, im-

perfectas habēs solutiones, quę postea rursum exoriũtur, & per secundam in abscessu expulsionem integrè soluuntur.

Febris sanguinis est febris simplex, in qua sanguis secundum naturam se habens, accenditur quidem, sed non putrescens generat febrem, similem ephemeris, quæ ex inflammationibus inguinum accidunt, nã & inguinis inflammatio, ex bono sanguine, sed accenso, fit, 2. de cris. 12. putrescit quidem interdum sanguis, sed ex eo simpliciores fiunt febres quàm ex aliis humoribus, similem uerò accessionum proportionem assumunt, qualem tertianæ febres ostendunt; Quod si sanguis supra modum assetur, pars eius subtilior ac pinguior, in flauam omnino conuertitur bilem, quæ autem crassior in atram, ut in carbunculis contingit, in quibus sanguine supra modũ efferuescente, ad melancholicum humorem fit transmutatio, 2. de differ. feb. cap. 9. quam uidetur reponere in ordinem febriũ synocharum non putridarum, in quo genere etiam enumerat febres diarias, 9. meth. 2.

Febris scetica, quæ facile discutitur, opposita febri hecticæ quae difficile, ut enim illa fit, ita hæc facta est 8. meth. 1.

Febris semitertiana, siue Hemitritæus ἡμιτριταῖος *est quę ex quotidiana continua, & tertiana intermittente fit, & confunditur, 2. de diff. feb. cap. 7. in quã cum pituita, et flaua bilis sibi proportione respondẽt, & æquipotentes sunt, dicitur Hemitritæus, ibid. c. 8.*

Febris

Febris significatio, quæ Græce Episemasia dicitur, est primus insultus accessionis tempus indiuisibile, exactè iam primum, lib. de morb. temp. cap. 6. quæ & Annotatio dicitur, 2. aph. 1. vide Insultus.

Febris simplex, clarioris doctrinæ gratia, fugiendo æquiuocationem à me dicitur, quæ à primo statim die, & si acuta est, non tamen supremè, simplicissimaque & cum tutissimis signis, quam Hipp. εὐήθη, idest mitem nominat, seu boni moris, 1. de cris. c. 16.

Febris singultuosa, est in qua ægri singultiendo, rodentem, acerrimumque humorem vomuerunt, à quo symptomate non sunt liberati, donec febris in totum soluta sit, vel propè, 4. acutor. 69.

Febres spirituosas quidam nominant (quas Pemphigodes aliter appellant) non ad tactum notitiam referentes, sed ad difficilis anhelitus speciem, in qua magnus creberque spiritus redditur, com. 1. in 6. de morb. vulg. 29.

Febris syncopalis, συγκοπτικὸς πυρετός, est in qua aliqui febricitare incipiunt, vbi maximam crudorũ succorum copiam, unà cum oris ventriculi offensione, vel ex cruditatibus, uel alia quapiam occasione congesserunt, quibus præcordia inflantur, totum corpus ampliore mole, quàm pro naturae modo cernitur, tum color ad albidius, uel liuidius, vel nigrius, seu plumbei coloris tendit, pulsus minores, obscuri, & inæquales, quos syncope facile solet apprehendere, 12. meth. 3. Est & aliud syncopalis febris genus quod nõ

ex crassorum, & crudorum succorum copia fit, sed ex tenuibus succis, qui ocyssime exhalãt, in qua ęgri syncope similiter opprimuntur, 12. meth. 6. priorem vocat Auic. syncopalem humorosam, posteriorẽ syncopalem minutam.

Febrem Synochon Gręci medici eam appellant, in qua vna accessio ab initio ad finem perpetuo manens in multos dies porrigitur; cum enim accessionis remissio ex feruentium humorum transpiratu contingere soleat, non traspirant autem in uehementi stipatione, qualis est in synocho, neceßse est multorum dierum fieri accessionem, 9. meth. 2. vel ea est, quæ omni magna mutatione usq; ad iudicationem caret; hęc Latinis continens dici potest. Cæterum & si vnà sit idea huiusmodi febrium, à qua synochos eas nominant: natura tamen earũdem minime simplex, vnaq; est; quædam namque earum manifestam habent putredinis notam, quædam uerò prorsus non habent, quæ ex diariarũ febrium genere sunt, illas uocamus synochos putridas, has synochos non putridas, Barbari hanc uocant synocham, illam synochum, Galenus 9. metho. & 2. de differ. feb. indiscriminatim, vtraque uoce utitur, & synochi & synochæ, utrasq; sub synochi nomine comprehendit. Atqui synochus febris, & synoche, Græce σύνοχος & συνεχὴς, hoc est continens & continua differunt, quod in synocho nulla sit feruoris remissio, synochys autẽ singulis accessionibus remissionem sensibilem obtinet. Item synochus

chus plures; neutra tamen ad infebricitationem peruenit, 2.cris.6. vide Synocha.

Febris Tabida, vide Marasmus.

Febris Tertiana exquisita est, ea quæ tertia quoque die accessionem faciens intermittens, cum breui accessionis tempore, cum frigore inuadens, sudore, bilis vomitu, et biliosis excrementis terminatur, à bile putrescente exorsa, cui si aliquid horum deficit, nō exquisitè sed simpliciter tertiana dicitur, quod si intermissio sit minor, & accessio longior, dicitur tertiana extensa, 2. de differ. feb.8. & com.2. in 6.de morb. vulg. 25. uide Febris putrida intermittens.

Febres Tritæophyes, τριταιοφυεῖς, hoc est tertianarū naturā referentes sunt, quae tertio die inualescūt, 2.de diff.feb.cap.2. vide Tritæophies febris.

Febris Typhodes, τυφώδης, vide Febris helodes.

Fellis folliculus, est vesica fellis, 5.loc. aff.7. vide Cystis, & Choledocos.

Femen, vide Interfemineum, & Perinæon.

Femur, quod & Crus, os magnitudine cunctis animantis ossibus præstat, supra coxendici, infra tibiæ alligatur, cuius ceruici duo sunt exigui processus, quos Trochanteres vocant, quorum exteriorem qui longe maior est, Gluton, hoc est Natem appellant, lib.de ossib. cap.21.

Fermentatio, vide Feruor.

Ferina desipientia, vide Desipientia ferina.

Feruor, siue fermentatio, affectus est, ab atra bi-

li proueniens, vbi amplius incaluerit aut propter putredinem, aut febrem phlegmonodem, quam nullum animal, ne ipsi quidem mures gustauerint, terra quoque raditur ab ea, ac partes quę raduntur, omnes in altum attolluntur, 14. meth. cap. 9.

Fibrę, seu uilli sunt tenues quædam & subtiliores neruorũ, & ligamentorum propagines, aponeurosis, & deneruationes, quibus tanquã digitis manus, neruĩ & musculi actiones suas obeunt, 9. de usup. 2. & 1. de placit. cap. 10.

Fibula, vide Cnimi.

Ficationes, vide Sycosis.

Ficatum, idest Iecur, quod quia omnium animalis partium crassi est succi, ac ad coquendum difficile tardeque permeet, propterea mactandi animalis iecur, multarum ficuum siccarum esu preparatur, euaditque illud seipso melius, cum animal ipsum caricas affatim comederit; eaque ratione factum est, ut hanc appellationem sortiretur, 3. de aliment. fac. cap. 12.

Ficosus tumor, est tumor in mento natus ex crassiori humore, & serosiori tenuitate, quàm Varus, 5. de comp. med. loc. cap. 4.

Ficus in oculo, est tuberculum quoddam à crassiori humore oculi partibus affectis adhęrescente, colliũ modo, hoc est ὀχθώδη, com. 3. in 3. de morb. vulg. 48. Græce σῦκα καὶ συκώδεις, eruptiones vlcerosæ sunt, rotundæ subduræ rubicundæ, quæ dolor comitatur, fit hoc malum magna ex parte in capite, sed & reliquo

quo etiam corpore, fit etenim in ano, & Marisca dicitur, in palpebris ad huc fit et dicitur etiam σύκωσις, quod scilicet ficus granorum referat similitudinem, vnde ficosam appellant palpebram.

Fistula Σύριγξ, *est angustus & longus sinus, lib. de tumor. cap. 5. per translationem dictus à musicis instrumentis, quae oblonga obtinent caua, & fistulæ nominantur, 2. progn. 64.*

Fistula Vrinaria, quę vrithra dicitur Græcè, est meatus vrinę reddendæ accommodatus, qui in pene est, 4. aph. 76.

Fistulosus, seu flatuosus neruus, uide cauernosum.

Flatuosus morbus, vide Hypochondriacus.

Flatuosus spiritus, qui, & Flatus dicitur, tumorē excitans flatuosum, crassus ac vaporosus est uapor, non æthereus atque tenuis, ille enim aëri qui austrinis constitutionibus fit, hic uerò qui aquilonaribus regnat, assimilatur; estque hic, is qui in nobis secūdum naturam est, spiritus, hic conseruandus, ille vt qui crassus est, extenuandus, 2. ad Glau. 6.

Flaua bilis, vide Amara.

Flexus variciformis, est plexus ille venarum, & arteriarum in testibus multipliciter flexarū, in cuius primis flexuum partibus, sanguinem syncerum continent, qui certe in ultimis flexibus ad ipsos testiculos non amplius ruber, plane est, sed iam quodam modo albicat succus is, qui in ipsis continetur, exiguum ad huc requirens ad perfectam substantiæ seminis generatio-

rationem, quod ei à testiculis ipsis accedit, 9. de vsup. cap. 4. uide Glandulosi assistentes.

Fluctuatio cum sonitu Grece κλύδων, *symptoma est facultatis concoctricis & retentricis, complecten tis alimentum, sed quę illud sufficienter concoquere non potest; unde eò diutius in eorum uentre, grauitas ex alimento manet, quo tardius concoquitur, prę sertim cum nihil in eo continetur, quod verti in flatum possit, aut cum ventriculus vehementer fuerit perfrigeratus.*

Fluxio quaedam est apparentium inflammationũ causa, quae non admodum occulta est, nisi quandoque illis coniungatur, quę aliqua alia ex causa, euidenter factę uidentur; quandoque enim nulla ex his pręcedente, membrum confestim patitur inflammationem, ea quae hanc passionem generat, Rheuma, idest, fluxio vocatur, ipsa verò passio, dispositio Rheu matica, 2. ad Glauc. 2. Fluxio adhuc simpliciter dicitur, pilorum defluuium, quod tabescentibus magna ex parte, atque ex diuturno morbo conualescentibus, euenit, lib. finit.

Fluxiones ventris, vocat Hippoc. cum & semper & assidue humida deijciuntur excrementa, sine tenesmo, & lienteria, 1. de morb. vulg. 36.

Fluxus est tenuium humorum delatio, quam cohibere nequeas, non ex nostra voluntate proueniens, lib. finit.

Fluxus hepaticus is est, in quo ob imbecillitatem hepa-

hepatis, alui sedimina, aquae in qua nuper mactata caro abluta est, redduntur simillima, 5.loc.aff.7.

Fluxus muliebris, est sanguinis ex vtero profluuiũ 9.simplic.

Focile maius & minus, vide Cubitum

Focus febris, vide Febris focus.

Fœtus ab Hippoc. vocatur, vbi semen in vterum iniectum sanguine repletum fuerit, & Cor, & Cerebrum & Iecur indistinctam quidem adhuc, & in formem quandam coagulationem, & magnitudinem alicuius momenti præse tulerint, carneaque appareat fœtus substantia, & non amplius seminalis, vnde neque genituram amplius talem formã appellat Hipp. sed fœtum 1.de semin.cap.9.

Folliculus fellis, vide Fellis folliculus.

Fomenta, & fotus, sunt qui per spongias calida aqua decoctionis alicuius simplicis imbutas, & expressas, alicui corporis parti fiunt, 2.loc.aff.1.

Foramen cęcum, idest auditorius meatus, vide auditorius meatus, & Cœcum foramen; Cœcum verò dicitur, non quod reuera cęcum sit, sed ob flexuosam meatus obliquitatẽ, quae causa est cur funiculũ, aut setam porcinã in ipsum foramẽ dimissam, trãsmittere non possis, 9.& 11. de vsup.

Foraminulenta ossa, vide Cauernosa.

Foratio est, qua vtimur in fracturis Capitis, cum vsque ad Cerebri membranas, Caluariam diuidimus 6.de comp.med. per gen. cap.2.

For-

Formatrix uirtus est, quæ iacto in uterum semine siue in terram, statis quibusdam temporibus multas conflat partes eius quæ gignitur; quæ est optima & summa ars, quæ omnia alicuius gratia molitur, sic vt nihil otiosum sit, aut superuacaneum, 1.de natur. fac. cap.6.

Formica, quae & Myrmecia, & sessilis verruca dicitur, 2.meth.2. uide Myrmecia.

Formicans pulsus, vide Vermiculans.

Fornices seu testudines, quas Græci Psallidas ψαλλοάλεα, vocant, est forma & figura concaua, figurarum omnium ad patiendum difficillima, qua forma, multa ædificia configurantur, ad cuius similitudinem, pars Cerebri efformatur, 11.de vsup.c.15. vide Camarion.

Foueola est cauum vlcus, ac paruum in nigro oculi, lib. finit.

Fractura, uide Vnionis solutio, & Rhegma.

Fractura Caulatim facta, uide Abductio.

Frictio (quæ τρῖψις) sicca est, cum corpus vniuersum solis manibus vel linteolo, nullo admisto, aut humido, aut pingui corpore, fricatur; cui opponitur frictio humida, quae fit per aquæ & olei admistionem; vbi enim cum oleo aqua confunditur, haud facile solubili mistione coit, vt quibus ita corporibus inungatur oleum, necesse sit & plusculum inhærere aquã; sola enim aqua quae foris circunfunditur, facile defluit, & quæ in poros ingressa corporis, nullam habens

bens ansam, promptè effluit, nisi oleum admisceatur, 3. simplic. cap. 25.

Frigus, χειμὼν, non eodem modo in sanis, & ęgris sumitur; in ægrotantibus, enim aliud est rigere, aliud horrere, aliud algere; sæpe enim accessionis insultus cum rigore, alteri cum horrore, alteri cum sola frigiditate suboritur: Ita vt cum quis cum nulla concussione & agitatione corporis perfrigescit, nec corpus, nec omnino cutis inæqualiter, & præter voluntatem moueatur, perfrictio dicitur, non hic tamen riget nisi motum concussionis inæqualem, & cutis & totius corporis sentiat, isque Rigor ῥῖγος, dicitur; si autem cutem quidem perturbet, & per quosdam insultus quatiat, corpus autem totum non commoueat, Horror & Horripilatio, Græce φρικὴ nominatur, vt hic affectus solius cutis talis existat, qualis totius corporis Rigor, lib. de Trem. palp. cap. 6.

Frons, μέτωπον, est pars faciei supra oculos sita, & ad tempora vsque protensa, substantia musculosa, & osse subiecto (quod Coronale vocant) constans, superposita superciliis, pilis nuda, inter vtramq; aurem sita, Introd. cap. 10.

Fugaces fructus qui et Horarij & Horęi dicuntur sunt qui nascuntur eo tempore quod Horam uocant; Est autem Hora Græcis id anni tempus, in cuius medio Caniculam exoriri contingit, Tempus autem id est dierum quadraginta, quo tempore Horarij fructus constant, non nulli iam declinantes, alij incipientes,

alij

alij in suo uigore, aut ultra uigorem, aut citra consistentes; Vocant autem ipsos horarios non quod id solum temporis sint, sed (ut mea fert opinio) quod ipsos ab is qui ad reponendum sunt idonei, distinguant, quando et triticum & hordeum, semina cerealia, & omnia quæ æstiuam, atque anniuersariam habent generationem, sed non cito corrumpuntur; quo modo, cucurbitae, mora, pepones, melopepones, persica, & alia id genus; quæ si quis in hyemem seruare volens, exiccata reposuerit, eo etiam modo veterem naturam, in contrarium imitabunt, 2. de aliment. fac. cap. 2.

Fuliginosus vapor, qui ex deustione aßatorum eleuatur, lib. de vsupulf. 7.

Fuligo, vide Fumus.

Fumus & fuligo, vapores sunt qui eleuantur, ille quidem ex materiis semiustis, hic vero ex immodice assis, vstisque. Est namque fuligo, vapor terrestris, fumus, mistio quadam ex terrestri, aqueaque substantia, 8. meth. 5. vtrunque enim materiæ adustum excrementum, quod in sublime fertur, significat, non secus in febribus fuliginosum excrementum, expiratione & contractione arteriarum, natura expellit, 3. de præsag. expulf. cap. 7.

Fulua, vide Dichroma.

Funis brachij vena est, pars venæ humeralis, quę protenditur, secundum diuersas adiutorij, idest, ossis, humeri, partes, lib. de anatom. viu. & de ratione cur.

per

per sang. cap. 16.

Fungos vocant crassas palpebrarum eminentias, com. 3. *in* 3. *de morb. vulg.* 49.

Furcula superior, & inferior, vide Claues.

Furfuratio, quæ & furfur, & πιτύα, *est cum quibusdam se scalpentibus, furfuribus similia, ex capitis cute decidunt, à uitiatis saniebus prouenientia,* 1. *de comp. med. loc.* 6. *quae & Pityriasis dicitur.*

Furor, vide Melancholia.

Furor ἐρωτικὸς, *amatorius, qui ex amore fit, perinde atque is qui ex Musis* προφητικὸς, *dicitur.*

Furunculi, Dothienes, Δοθιῆν *Græcis dicti, tumores sunt præter naturā, ex similibus humoribus quibus Vari, geniti, per vniuersum corpus, qui duplices sunt, aliqui vt ita dixerim, varosi, duri, & ægre cōcoctiles; aliqui inflammati in quibus aliquando etiā febres consistunt, & tumor in magnitudinē excrescit, & in pus transmutatur,* 5. *de comp. med. loc. cap.* 7. *Estque furunculus mitis quidem, cum in ipsa sola cute cōstituitur, malignus verò cum alte exoritur, Phymati, idest tuberculo similis, à quo sola duritie differt; lib. de tumor. cap.* 15.

Fusaneus morbus est, qui omni loco & tempore fit, lib. finit.

 G 

GALIANCONAS, *vide Ancos.*

Ganglia γάγγλιον, *quæ Auic. & Paulus vocant*

cant glandulas, apostemata sunt glandulosa, sicut auellana, & nux, & aliquando minus, sæpeq; accidunt super manus & frontem, quae si comprimantur, digitos effugiunt, tum redeunt, & aliquando multiplicantur, sæpeque cum impositione, & forti alligatione laminæ plumbeæ curantur & discutiuntur, quas etiam Contractiones uocat Galenus, 5. de comp. med. per gen. cap. 7. Paul. lib. 4. cap. 16. vocantur etiam & Gangilia quasi concretiones & contortiones quędam, ex lento & mucoso humore concrescente & conglomerato, quod proprium neruorum alimẽtum est, 2. de artic. 56.

Gangręna γαγγϱαίνα, *est alicuius membri mortificatio, ex magnitudine inflammationis, quæ iam fit, non quæ facta est, 2. ad Glauc. 9. nam cum omnino membrum effectum est demortuum, ut punctum, vel sectum, uel ustum non sentiat quæ patitur, statim rescindere oportet, qua sanam partem uicinã attingit, sed quod ita affectum est denigratur, quod uerò in medio est constitutum, ita ut tendat ad mortificationem, Gangręna nominatur. ibidem, vide Syderatio. Adhuc Hippoc. Gangręnas, emortuarum uenarum torporẽ nominat, qui ex nimia inflammatione consequitur, 2. de fract. 24.*

Gargareon siue Gurgulio, Cion, Columna, Curgulio, est ea gutturis pars, quę faucibus adiacet, cum secundum naturam se habet; cum autem morbo afficitur ita vt eius extremitas phlegmone laboret, fit simi-

similis Acino uuę, et dicitur Vua; quando tota Cion, Columna, quando uero fit, dicitur Himàs, γαργαρεὼν, σταφύλη, κιὼν, κιονὶς, & ἱμὰς, *4. loc. aff. cap. 3. quod quia ad uocis modulationem fit, ideo à quibusdā plectrum,* πλῆκτρον, *idest uocis refractorium appellatur, 7. de usup. cap. 5. Hanc eandem partem, Columellā, Staphylen, & carnosam particulam summo ore dependentem vocant, 6. de comp. med. loc. cap. 3 uide Columella, Pharynx, Staphyle, Epiglottis.*

Gastrocnemion est posterior carnosa Tibię pars, seu tibię uēter, (ut anterior tibię pars carnis expers, dicitur Anticnemion, ἀντικνήμιον, *) Grece* γαστροκνήμιον καὶ γαστροκνημία, *Sura appellatur, lib. de musc. dißec. cap. 32. & 2. de anatom. adm. cap. 4. vide Sura.*

Gastroraphia, idest, abdominis sutura, 5. de anat. adm. cap. 6.

Gemelli, vide Nates Cerebri.

Genę γένυς, *faciei pars sunt, quę inter nasum & aures sitæ sunt, quae bene coloratis & ingenuis, pudore suffusis, rubent, quae & Malae dicuntur, Introd. cap. 10.*

Genion, vide Mentum, lib. de musc. dissec. cap. 2. vide Mentum.

Genitalis meatus, quem varicosum assistentem vocant, maxima illa via est, quae genituram à testibus haustam, ad Colis radicē defert, 1. de semin. c. 15.

Genituram appellat Hippoc. illud quod in abortu,

vel

vel dissectione vteri, seminis speciem repraesentat, nō animal constitutum, quod primis duobus mensibus solet accidere, quo tempore neque fœtum, neque embryon uocat, sed genituram, 1. de sem. cap. 9. genituram adhuc aliquando appellat, membra genitalia, in fœminis vterum, in maribus seminaria uasa quae nuncupantur, 3. de artic. 41. vide Cyema, frequentius autē genitura sumitur pro semine recenter emisso, vel in suis vasis contento, Graece γονὴ, *Hippoc. lib. de natura pueri.*

Genu, Graece γόνυ, *est femoris, & Tibiae dearticulatio, in qua sinus est quidam prominens, alterius caput excipiēs, quod anteriori parte quo firmius fieret Rotulâ, seu patellâ muniuit; quam* μύλην, *&* ἐπιγονατίδα *vocant, quae prohibet, ne femur curuatis, aut per decliuia currentibus loco excidat, & dilabatur, lib. de ossib. cap. 21. 22. & lib. Introd. c. 10.*

Gerocomica, γηροκομικὴ, *est ea medicinę pars quę senes regit, de part. art. med. cap. 5. incertum an ad* ὑγιεινὴν, *an ad* θεραπευτικὴν, *pertineat, cum senum corpus, neutrum sit, plures tamen eam salubris medicinae partem esse statuunt.*

Gibba Hepatis, uide Sima.

Gibborositas, quae Graecis κύφωσις *dicitur, est distortio spinae in posteriorem partem, 3. de artic. 2. vide Cyphosis & Incuruatio.*

Gibbus est, vbi inter distractas vertebras, uel una vel plures illęsę permanserint, sic affectis gibbus acci-

cide-

cidere solet; ubi enim vnica duntaxat uertebra, aut etiam duæ aut tres, se se deinceps consequẽtes distrahuntur, ea parte spinam cauari contingit, 4. loc. aff. 5.

Gilua emplastra, vide Dichroma.

Gingiuae οὖλα*, carnes sunt, quae sunt circa dentes, 9. de vsup. cap. 15. vbi primum è locellis emergunt, 5. de comp. med. loc. cap. 8.*

Ginglymos species est Diarthroseos, qua ossa se se inuicem ingredientia, coniunguntur, ut vertebræ inter se, ac cubitus, humerusque alligantur, lib. de ossib. in procemio.

Glabrities, vide Madarosis.

Glacialis humor, vide Crystallinus.

Glandium, vide Thymus.

Glans est finis & extrema totius Colis pars, cuius cutis quæ eam vestit, præputium dicitur, 5. meth. cap. 13. Aristoteles verò 1. de hist. animal. cap. 13. dicit cutem, quæ Glandem integit, carere nomine, & totum quod ex ea cute, glandeque constat, præputiũ appellat. Dicitur etiam in alio significato glans, suppositorium, quod clysteris loco sedi infunditur, 6. de compos. med. loc. cap. 3.

Glandula, corpus quoddam carniforme est, quod vtique velut cunei quidam, uasorum diuisionibus incubantes, fulcimentum ipsis suggerũt, vt à nullo uiolento casu afficiantur, 4. de vsup. cap. 20. glandulam etiam suppositorium vocat, com. 2. in 1. prorrhet. 6. glandulam etiam Thymum dicunt, 3. de aliment. fa-

N cult.

cult. cap.6. sunt autem glandulæ, quas etiam Adenes vocant, imbecilliores corporis partes, ad quas valentiores corporis partes, superuacua sibi tũ quãtitate, tum qualitate & præsertim ad eas quae rariores natura sunt, transmittunt, quippe valentius est arteriarum, uenarum, neruorum, musculorum robur, imbecillius autem aut prorsus nullum corporũ, quæ glandularum sunt naturæ, 13.meth.cap.5.

Glandulæ laryngis sunt corpora laxiora, & fungosiora cæteris glandulis, laryngi vtrinque adiacentes, factæ à natura, ut partes omnes, quae tum ad laryngem, tum ad fauces pertinent, humore perfunderẽt, 7.de vsup. 17.

Glandulosi assistentes, vel astites, vel parastatae, vasa seminaria, uasa spermatica, plexus, seu flexus variciformis (plexus Capreolaris, & Hæderarius, 1.de semin. cap.12.) homonyna sunt, significantia duo vasa, venam scilicet cui subiacet arteria, utraq; flexus multos numero æquales, instar Capreolorum quorundam, variè complexorum efficientia, quo implexu sanguis & spiritus, qui ad testes feruntur, diutissime coquuntur, in quibus semen elaboratur, qui flexus postremi in testes terminantur, qui testes, vt qui laxi & cauernosi sunt, chymũ, qui in uasis cept' erat concoqui, excipientes, rursum concoquunt, donec perfectam seminis formam induxerint; ijdemque per aliud vas, quod ad pudendum porrigitur, semen eiaculantur, (quod varicosum assistentem vocant, 1. de sem.

de sem. 15. vulgus vasa deferentia, vt priora, vasa præparantia appellat) quod vas spermaticum maribus latum & longum, fœminis angustum & breue natura concessit, 14. de vsup. 10. & 11.

Glandulosa corpora, quæ primus Herophilus, ἀδενοειδεῖς προστάτας, quasi glandulosos præsides aut prostates appellauit, vtraque parte colli vesicæ sunt locata, in quibus humor quidam spermati similis, verum longe tenuior continetur, qui in coitu repente ac simul vnà cum semine elabitur, reliquo autem tempore omni paulatim, eoq́ue sensu non deprehenditur; cuius usus est, ut ad venereũ coitum excitet, et in coitu delectet, denique quod crassus is ac viscosus instar olei meatum vrinarium humectet, & inungat aduersus vrinæ rosionem, & ne exiccatus consideat, prohibeatq́ue quo minus per se lotium ac semen facile feratur; in masculis glandes hæ notabilis magnitudinis sunt, 14. de vsup. & 1. de semin.

Glaucosis, γλαύκωσις, glaucedo est oculorum affectus, qui ex immodica siccitate, vel concretione humoris crystallini, uel ex largiori eius euacuatione, quae fit in compunctionibus solet progigni, quiq; cæcitatem præ omnibus maximè qui oculis accidunt morbis, inferre solet, 10. de vsup. cap. 6. Glaucoma vero γλαύκωμα est naturalium humorum, in glaucum colorem mutatio. lib. finit. dicituŕque id oculi vitiũ, quod orta prius suffusione, & humore circa pupillã valde concreto & resiccato contractum est, vnde

Glaucedo à ſiccitate eſt, vt glaucoma ab humiditate; & propterea, Gal. 3. apho. 31. dicit Glaucoma ſpeciem eſſe ὑποχύματος, ideſt, ſuffuſionis, non tamen docet eße eundem morbum; differt enim ſuffuſio, tum à Glaucedine, tum à Glaucomate; eſt enim ſuffuſio extranei humoris, & aliunde influentis concretio; glaucedo verò ipſius humoris cryſtallini, denſatio & reſiccatio; Nec omnes ſuffuſiones tantæ ſunt, vt toti pupillæ prætendantur, & viſum ex toto adimant; Glaucoma verò cryſtallini vniuerſi eſt, atq; ſiccitas per ipſum totum ex æquo diffuſa, & ex ſiccitate concretio. Adhæc pleræque ſuffuſiones curationem recipiunt, cum tamen nullum glaucoma curetur, uti nullus alius morbus ab immodica ſiccitate proueniens.

Glaucedo, uide Glaucoſis,

Glaucoma, vide Glaucoſis.

Glene eſt id quod in ſuperficie extremi oſſis ſitum eſt, ab ocularis ſinus ſimilitudine, ſic dicta, lib. de oſſib. in proœmio, vide Articulus.

Glenoides, ſunt duo ſinus leniter caui, in inferiore ſummæ uertebræ parte, quos ab ocularis ſinus ſimilitudine ſic appellant, ſimiles ſuperioribus; ſed ſinus ſuperiores, cum caput ipſum excipiant, non ab re ſunt maiores, infra verò minores ſunt, qui uertebram ſecundam admittunt, lib. de oſſib. cap. 8.

Gloſſocomion, quod & Glottocomion dicitur, machina quædam eſt, in qua extenduntur & vinciuntur fra-

tur fracta membra laqueis, ad iustam eorundem distentionem, 7. de vsup. cap. 14.

Glutia, Græce γλούτια, *id est paruæ nates, sunt tenues ac prælongæ Cerebri eminentiæ, ex vtraque parte illius meatus, qui spiritum ex medio Cerebri ventriculo, in Parenchephalidis ventriculum transmittit, quarum concursum, hominum coniunctis inter se femoribus, quæ nates uocant, rectissime comparaueris; sunt autem qui Didymis hoc est testiculis ea assimilantes, malunt uocare Didymia, quae verò his proxima glutia, 9. de vsup. cap. 14.*

Glutinatorium medicamentum, quod & sanguinarium, & cruentis opitulans, & enemon dicitur, est quod vulneris oras committere & glutinare molitur, 3. de comp. med. per gen. cap. 2.

Gluton, hoc est Natem appellant, alterum ex duobus processibus ceruicis, ossis femoris, qui maior & exterior, & gibbus est, lib. de ossib. cap. 21. vide Femur.

Glycea medicamenta sunt, quae aliquando purgant, et interdum acres humores, indulcant, lib. de Dynamid. in proœmio.

Gnaton, vide Ethmyodes platysma.

Gomphos, affectus oculi est, qui latine dicitur Clauus, cum pupilla egrediens pelliculas Vueæ, superficie tenus operit, unde eius forma fit quasi Clauus, lib. de ocul. cap. 11. vide Clauus.

Gomphosis, Synarthroseos species est, cum ad in-

ſtar claui os oſſi infigitur, uel cum quippiam penitus eſt infixum, ut ne tantillum quidem (ueluti dentes ſuis alueolis) dimoueatur, lib.de oſſib.in proœmio.

Gonorrhœa eſt ſeminis inuita, & aſſidua excretio cole non extenſo, Gonorrhęę autem nomen plane cõpoſitum eſt, quaſi ſeminis genitalis fluor, ob imbecillitatem continentium ipſum corporum, 6.loc.aff.6.

Gracilis ſiue tenuis pulſus eſt, in quo longitudinis dimenſio, quodammodo duabus reliquis præſtat, in quo autem duæ reliquae hâc, turgidus ſiue craßus ap pellatur, 1.de differ.pulſ.cap.5.

Grando, eſt tumor craſſus, in partibus interioribus palpebrarum coagulatus, ut quaſi grando videa tur, lib.de ocul. cap.9.

Graphioides, aut Belenoides proceßus, ideſt graphio ſeu ſtylo, & acui ſimiles, qui & ſtyloides dicuntur, à Columnæ ſpecie, qui partibus his ſunt, nenues oſſium capitis proceſſus, appellitãt, 10.de uſup. cap. 4. Adhuc graphioides & ſtyloides proceſſus eſt Cubiti proceßus, quę è directo parui digiti porrectũ, à graphij ſeu ſtyli modo, Græci diſſectores, ſic vocant, 1.de anat. adm.cap.10.

Grauatiuus dolor, vide Dolor triſtis.

Grauedo, ſiue Coryza eſt tenuis & incoctus humor qui per nares ſecernitur, 2. progn.49. quę docet non eſſe pituitę ſpeciem, ut quidam falsò aßerunt, ſed excrementum, quod à Cerebro diſtillat, quod & mu cum et Coryzam vocat, qui frigidus et humidus ſuc-

cus

cus eſt, qui tum in ſenibus, tum iis, qui ratione quauis ſunt perfrigerati, plurimus aceruatur, quem quidam phlegma vocant, 2.de natural.fac. cap.9. uide Coryza.

Graueolentia, uide Beneolentia.

Grauis, ſeu grauatiuus dolor, uide Dolor triſtis.

Greſſuram γλιχάλα, uocat Hippoc. totum id, quod inter inguina utriuſque cruris eſt, cuius mediam partem περινάιον, nuncupat, hoc eſt interfemineum, eò quod duobus feminibus interiacet, quæ eſt intercapedo, quæ ab exortu pudendi, uſque ad anum pertinet, ubi etiam ueſicę collū, collocatum eſt, 4.de artic. 45.

Grumus, Graece θρόμβος, eſt concretus ſanguis, lib. de atrabil. cap. 2. eſtque aggregata concretio ſenſibilis ſanguinis, lib.de tumor.cap.2.

Guidez uenę, uide Apopleticę.

Gula, uide Oeſophagus.

Gurgulion, uide Staphyle, & Gargareon.

Guttur, uide Larynx.

Gutturoſos, ideſt ἐξεχεβρόγχους, quaſi guttureminulos uocat Hippoc. eos, qui prominentia in anteriorem partem, guttura habent, Guttur enim, ideſt, βρόγχον, uel totam aſperam arteriam nominat, uel fauces tantum, 3.de artic.8.

Gynęcię, ideſt mulierū paſsiones, lib.de Gynęciis.

Gynęcomaſton, ideſt muliebris mammę, & ſubiectę mammis pinguedinis auctio eſt, pręter naturam, lib.finit., γυναικομαστόν, muliebrium mamma-

rum summum incrementum; unde τὰ γυναικεῖα, idest, muliebria, seu menstruę purgationes.

H

HABITVS *est partium nostri corporis structura & cõpositio, qua ratione dicimus huius corpus esse raræ texturæ, qua propter facile euaporatur, & syncopem incurrit, huius uerò densioris, atq; ob id in morbis cunctari, diutiusque trahere, 2. de ratione uict. 47. habitus nomine in omni re uti solemus, quae constans est, ægreque amouetur, unde et sanitatem bonam habitudinem dicimus, lib. de bona habitudine, & 4. de rat. uict. 25.*

Hæderarius flexus, uide Glandulosi assistentes.

Hæmalopa, est oboriens cruenta suffusio ad plagas oculi illatas, 4. de comp. med. loc. cap. 8. estque sugillatio in oculis, ex plaga aut ictu, effuso, sub contusum locum, sanguine. Vnde Archygenes dicebat idem malum esse cum Hyposphagmate, atque etiam in omni alia corporis parte posse contingere, praeterquam in oculo.

Hæmatosis, idest, sanguificatio, uide Hepar, & Sanguificatio.

Hæmodia est affectus quidam, qui dentes gingiuasque infestare solet, cum quispiam & austeros, & acidos cibos ingeßerit, quo dentes stupet, 2. loc. aff. 6.

Hæmophouns, idest, sanguinis mittendi timidus, 9. meth. 5. uide Psychrophouns.

Hæmoptoicus is est, qui sanguinem sputo eijcit, lib. 7.

lib.7.de comp.med.loc.cap.4.siue uomendo.siue tussiendo,siue screãdo,siue simpliciter expuendo,reijciatur, 4.de loc.aff. 5.

Hæmorrhagia, idest sanguinis eruptio, & abundans effusio, quae si per magnum vulnus fiat,per largum obitur fluxum, sin angustum per iaculationem, vt in uenis secandis. Differt autem Hæmorrhagia, ab hæmorrhoide, quod illa sit abundans effusio sanguinis, hic vero delatio sanguinis per dissultationem ac paulatim facta,ut quae vt plurimum per uasorum erosionem fiat, lib.finit.Vnde Hęmorrhoidas,sanguifluas venas,in ano existẽtes,appellãt,4. de artic.40.

Hæmorrhoides, vide Hæmorrhagia.

Halituosa sunt, quæcunque per cutem foras effluere apta sunt, humida quę per uesicam, sicca quæ per aluum, quippe à uincenti in singulis eorum substantia, nomina ipsis imponuntur; Contraria halituosis et diureticis dicuntur,Emplattomena quę exiguis meatibus cutis, & vesicæ inhærentia, ea detinent, quae per cutim & vrinas expurgantur; quae verò opponuntur solutiuis, dicuntur stryphna, quod valenter adstringant, 8.meth.2.

Halituosus spiritus,est alicuius corporis partis humiditas, quae ad summum concocta,in tenuem halitum, uirtute insiti & validi caloris soluta, insensibili transpiratione in ambientem effluit,qui halituosus spiritus in animalis corpore ex succis, qui lente sensimque excalfiunt, nascitur; vbi uerò calor imbecillior,

cillior est, vel naturalis humor, tum semicoctus, tum crassus, tum glutinosus, atque particula densior, ibi crassior excitatur halitus, quàm vt transpirare possit 14. meth. cap.7.

Harmonia in ossibus, species Diarthroseos est, in qua ossium structura, per simplicem lineam fit, sunt autem non nulla maxillæ superioris, et quaedã etiam Capitis ossa, ad hunc modum inter se iuncta, lib. de ossib. in proœmio.

Hebetudo visus, quæ & offuscatio visus nominatur, est summa offensio uisionis, sine causa manifesta, lib. Introd. c. 15. Græci uocant ἀμαβρώσιν, *Arabes guttam serenã, differtque ab Ambliopia* ἀμβλιώπια, *in eo quod magis, vel minus, in hac enim minus lęditur uisio, quàm in Ambliopia.*

Hectica febris, duplicem habet significationẽ, una quidem dicitur, omnis febris solutu difficilis, siue sit pituitosa, siue melancholica, opposita est τῷ ἐκτικῷ*, hoc est febri solutu facili. Altera verò significatione, speciatim magis dicitur, quae & putridæ & diariæ opposita sit, diciturque Hectica, quod in habitu corporis* ἕξιν *appellant, tãquam in subiecto consistat; est enim hectica febris, calor præter naturam in solidis partibus accensus, vide Febris hectica.*

Hecticus pulsus, ita ut febris uocatur, qui nõ magnopere vllo modo variat, ceterum manet in perpetuum similis, cohæretque, nec soluitur unquam, quod totus habitus morbum induit, in eiuscemodi febribus,

bus, & pulſibus, lib.de pulſib.ad Tyrones cap.8.

Hecticus ſpiritus, qui opponitur naturali, & animali, lapidesque continet, & in uniuerſo corpore uerſatur, quique ſolidis corporis partibus, ex quibus compoſitus eſt, nec diuiſis, nec condenſatis, nec è loco ſuo motis conſeruatur, reſoluitur autem ſpiritibus intenſis, ut in phreniticis, uel diſsolutis, ut in lethargicis, uel ijs qui cardiaco affectu laborant, lib. Introd. cap. 13.

Hedra, ſedes, anus, podex, dicitur & Græcis alio nomine δακτύλιος, & πρωκτὸς; eſt autem meatus uentris inferior, continendis, tranſmittendisque excrementis deſtinatus. Adhuc Hedra apud Hippoc. lib. de vulneribus Capitis, eſt oſſis fracturę ſpecies talis, vt in eo teli veſtigium remaneat, atque appareat, qua telum inſederit, Hippoc. lib. de vulnerib. Capitis.

Hedyſma ideſt vnguentum odoratum, 1. de comp. med. loc. cap. 2.

Hegemonicæ uirtutes, ſunt rectrices, & animales, quae in Capite collocantur, quæque ſunt imaginatrix, rationatrix, & recordatrix, lib. de ſympt. diff. cap. 3.

Helcydria, ideſt puſtulæ vlceroſæ in capite genitę, 1. de comp. med. loc. cap 9.

Helioſis, ἡλιώσις, inſolatio, eſt corporis in ſole apricatio, Remedij genus eſt veteribus medicis vſurpatum varijs modis, quo alij ad ſolem eiusque radios exponebantur, ſiue ſtantes, ſiue ambulantes, ſiue iacen-

iacentes, quo remedio præmiſſa per aluum euacuatione iuuabantur hydropici, Iſchiadici, Nephritici, Paralytici, Elephantici, Cœliaci, Hyſtericę mulieres & alba uteri fluxione laborantes, & Cephalalgici, vbi ex eo auxilio, corporis perſpirationem vberiorem, ſudores, alui adſtrictionē, adipis conſumptionem, tumorum laxorum, tum maximę hydropicorum detumeſcentiam, facilem reſpirationem, omnisque ſuperflui humoris abſumptionem fuiſſent conſequuti.

Helos, ſiue Clauus, eſt calloſum tuberculum, albū, rotundum, capiti clauorum ſimile, toto corpore proueniens, ſed pedum plantis, digitisque potiſſimum, & calcaneis, accidit, & oculis, ſed vide Clauus.

Helodes febris, uide Febris helodes.

Heloſis, eſt curua ac reflexa palpebrę euerſio, utroque oculi muſculorum conuulſo, partemq; Tarſi ſibi continuam, ad ſe ipſum trahente, quod in magnis morbis magnum malum ſignificat, quam palpebrarum contorſionem Hippoc. vocat Campylon, 10. *de vſup. cap.*9.

Helminthes, vide Elminthes.

Hemitriteos febris, ἡμιτριταῖος πυρετὸς, *ſemitertiana febris, vide Febris ſemitertiana.*

Hemicrania affectio eſt doloroſa, circa dimidiam capitis partem, aliquando dexteram, aliquando ſiniſtram, quae iuxta ſuturam ſagittalem terminatur, & ut plurimum per circuitum exacerbatur, plerisq; circa temporum muſculos, dolentibus, quibuſdam in

verti-

vertice capitis, quidam uerò adeo vehementer dolēt, vt ne manuum contactum facile ferant, in quibus pellicula Caluam ambiens, læsa est, diciturque aliquando heterocrania, Græce ἡμικρανία, & ἑτεροκρανία, 2. de comp. med. loc. cap. 3. Estque & aliud Hemicraniæ genus, quod Sphacelodes nominant, estque cõuulsorius, dimidiæ partis capitis dolor, 2. loc. aff. 7.

Hemiplexia, ἡμιπληξία, Paraplegiam significat, vide Paraplegia.

Hepar, quod & Iecur, est membrum princeps in dextro thoracis latere collocatum, venarum omnium principium, & primum sanguificationis, quam hæmatosim vocant, officina, & instrumentum, venarũ omnium & nutrientis virtutis principium, 4. de vsup. cap. 12.

Hepatica uena, uide Axillaris.

Hepaticus affectus, (qui & Hepatitis nominatur, de symp. diff. 5.) est Iecoris imbecillitas citra phlegmonem, cum nutrimentum per uasa quae in mesenterio sunt, ueluti per ora quædam, semicoctum attraxit, rursusque per eadem semicoctum ablegat in intestina; estque hæc excretionis species maxime similis loturę carnium cruentarum, ac recenter enectarum, siue id quod excretum est, aquosum sanguinem dicas, atque hoc quidem symptoma semicoctorum ciborum, uomitioni in ventriculo ad portionem se habet, 3. sympt. caus. c. 2. Eos igitur qui sic affecti sunt, quibus uisceris ipsius uires fuerint imbecillę, hepati-

cos uocat affectumque hunc, hepaticum fluxum, aliū à Dysenteria facit, 5. loc. aff. 7. Affectio igitur Hepatica appellata, ueluti etiam & Cęliaca, & stomachica, citra tumores pręter naturam, circa ipsas partes contingit; inflāmatū enim eße hepar, aut abscessu laborare, aut induratum esse medici dicunt, aut aliud quippiam tale, non tamen Hepaticum uocant hominem ipsum, cui tale quid accidit, 8. dė compos. med. loc. cap. 6.

Hepiala febris, ἠπιάλος πυρετὸς, *vide Febris hepiala.*

Hepsema, idest Sapa, uide Apothermon.

Herculeus morbus, uide Comitialis.

Hermaphroditus, complexus est, masculini sexus & fœminini, simul etiam utroq; genitale proprium, obtinente, lib. finit.

Hernias, uide Ramex & Celas.

Herpes, qui & Serpigo nominatur, idest repens, inflammatio est ex syncera flaua bile, sui seruante naturam; quae si cum sanguine per totum corpus deferatur, morbum facit, qui Icteros idest regius appellatur, sola verò quando secreta est, & in aliquo membro consistit, Herpes uocatur, quae si craßa sit totā exulcerans cutem, usque ad suppositam carnem, Herpes exedens, siue Esthiomenon, siue Phagedęna; si uerò tenuior fuerit, id quod in superficie est tantum ueluti deurens, generis sortitur appellationem, cum simpliciter & sine adiectione Herpes uocetur; Reliqua

qua uerò altera miliaris, quoniam paruę pustulae ac multæ per summam cutem, similes milijs in ea excitantur; (atque hanc postremam Cenchriam Graeci uocant,) quae non protinus ulcus faciunt, quemadmodum alter, sed interposito tempore in ulcus habeunt, 2. Glauc. 1. & 6. aph. 45. Estque eiusdem generis cum Erysipelate, atq; huius quoque magis cum eo quod exulceratum est, differunt autem humoris tenuitate; est enim admodum tenuis qui Herpetem excitat, unde ut non solum interiores partes, quę utiq; carnosae substantia sunt transeat, sed etiam cutem ipsam, ad summam usque cuticulam tum erodit, tum exedit; quando si hanc quoque sudoris uice transiret haud quaquam ulcus excitaret, 14. meth. 17. & 2. metho. 2.

Heterocrania, uide Hemicrania.

Heterogeneum, uide Dissimilare.

Heterorhythmum pulsum uocamus, qui alterius ętatis habet rhythmũ, lib. finit. uide Pararhythmus.

Hexis, uide affectus, qui & schesis.

Hiatuli, qui & Hyatuli dicuntur, & Synodontes Graece uocantur, ij sunt quorum uenter interim in ore inuenitur, quod accidit in uehementiore appetentia, in qua uenter omnibus animalibus sursum procurrit; adeo ut non nulli cum primum incipere eũ affectum sentiunt, foras repere sibi uentrem dicant, alij uerò cibos, quod adhuc mandunt, nec dũ satis eos ore cõfecerũt, eripit plane inuitis, 3. natu. fac. c. 8

Hidroa, pustulę quędam genitalium partium sunt, summā cutem occupantes, & exulcerantes, 3. aph. 21. oriuntur, ut ipsum nomen ostendit, ab earum partium sudore bilioso & mordaci (ex mutuo attritu) qui perfacile ijs in partibus putrescens pruriginē mouet, cutemq; uelut ulceribus exasperat. Dicuntur & Intertrigines, 6. de simpl. cap. de balaustio, Gręci uocant ἱδρῶα, & παρατρίμματα, Plinius uocat Attrita, uide Sudamina.

Hidròs sudor ἱδρὼς, est humidum tertiae concoctionis excrementum, per cutem in aquę speciē erumpens, uide Sudor.

Himàs affectus est Gurgulionis, cum longior, gracilior, sicciorque euaserit: talis enim Loro non inepte comparari potest; differt à Cionide quod in hac Gurgulio non extenuatus est, sed crassitiem ex fluxione maiorem ut plurimum adeptus.

Hippocratica facies, uide facies Hippocratica.

Hippocraticum scamnum est machina quaedam, quam Hippoc. consulit praparandam ijs, qui in aliqua magna urbe curaturi sunt, 1. de artic. 4.

Hippos, uide Equus.

Hirquę, uide Anguli.

Homiomeres & homęomeres ὁμογενεῖς, homogeneę, idest similares, elementares, & primę corporis nostri particulę, 6. de sanit. tue. cap. 2. quas etiam prima corpora uocat, 8. de placit. 8.

Homonyma duplicia sunt, aliqua quidem nullo pa-

cto in-

cto inter se communicantia, vt cum Canem dicimus terrestrem & marinum, atque hæc æquiuoca dicimus; alia verò quae cum synonimis, ideſt vniuocis aliquatenus communia exiſtant, cum ab vno factam appellationem habuerint, lib.4. de vict. rat. 13.

Homoplatæ, quæ et Omoplatæ quas opertas ſcoptulas uocāt, partes ſunt quas ij, qui toto thorace reſpirāt attollentes ſenſibiliter & notabiliter, ex difficultate reſpirationis, præcordia ſurſum trahunt variè & inæqualiter, 10. meth. cap.8. vide Omoplatæ.

Homotena, vide Continua, & Epacmaſtica.

Horam uocat Galenus, id tempus anni, in cuius medio caniculam exoriri contingit, 2. de aliment. facult. cap.2. uide Fugaces.

Horarij fructus, vide Fugaces.

Horectica medicamenta, quæ faſtidium auferunt, de Dynamid. in proœm.

Hordeolus, eſt apoſtema naſcēs in extremitate palpebrarum, lib. de ocul. cap.9. appellanturque Crithe, Hordeum, ſiue oculorum tuberculum, lib. de remed. par. fac. cap.10. uide Crithe.

Horrida febris φρικώδης πυρετὸς, *dicitur apud Hippocratem, 1. de morb. vulg. non ſimpliciter ea febris quae cum horrore inuadit, id enim innumerabilibus accidit febribus, ſed exquiſitus hemitritæus, in quo videlicet magnam acceſſionis partem horrores occupant, eo maxime die in quo tertiana & quotidiana, continua ſimul concurrunt, 2. de differ. feb. vide*

O *Febris*

Febris Horrida.

Horror est inæqualis concussio totius corporis, & punctio, seu vulneratio summe cutis, & aliquando ipsius carnis ab humore tenui et acri, 3. de sanit. tue. cap. 5. & 10. meth. cap. 4. vide Frigus.

Humeraria uena est quae in superficie brachij exteriori collocata iuxta interiorē costam musculi Deltoidis ad extremum ipsius proficiscitur, 3. de anat. adm. cap. 5. quam Omiæam Greci uocant, 1. de anat. adm. cap. 11. dicitur autem humeraria vel humeralis quod obliquior à Clauicula sensim recedens se porrigat ad humerum, lib. de uenar. & arter. dissect. c. 6. eadem uena capitis, Cephalica, & uena cubiti externa dicitur, vide Cephalica.

Humerus totum illud est, quod apparet in ea dearticulatione qua superior humeri pars, quæ Epomis et superhumeralis dicitur ad Collum uergit & à posteriori parte ossi scapulæ, ab inferiori ei quod dum totum Brachium attollitur manifestum fit, & ala nuncupatur, articulatur, 1. de artic. 4. & 62.

Humilis pulsus, uide latus.

Humor & succus non idem est; humor enim est humiditas quaedam, quæ in corpore animantis est, succus humiditas est, quae in ijs fructibus, quibus vescimur, aut quos exprimimus, inuenitur, lib. de humor. com. 1.

Humor urinę, est id quod re ipsa vrina est, sub quo nomine & substantia & color urinæ continetur; præter

ter hæc quod in vrina reliquum est, inhærens dicitur lib. de vrina, cap. 1.

Humorem mucosum, eũ appellare cõsueuit Hipp. qui lentore quodam & albedine præditus est, qui ad exangues partes, idest ossa, & chartilagines cogi consueuit; cum imbecilla ita natura est, ut bene conficere alimentum in ipsis nequeat, sed quasi semicoctum relinquat, 3. de artic. 65.

Hyaloides humor Ὑαλοειδὲς ὑγρὸν, *est humor oculi medius in ordine reliquorum duorum collocatus, qui & vitreus dicitur, & Hyelinos; qui quanto crassior & albior est sanguine, tanto à crystallino humore, humiditate relinquitur atque albedine, 10. de vsup. cap. 1. uide Crystallinus.*

Hyatuli, uide Hiatuli.

Hyboma curuamen, gibbositas, Ὕβωμα, *idem est ac* Κυρτῶμα, *uox generalis est apud Hippoc. significãs omnem vertebrarum euersionem præter naturam, 3. de artic.*

Hydatis, Aquula, substratæ superiori genæ pinguedinis augmentum est, qua fluunt præter naturam oculi, lib. finit. sunt autem Hydatidæ, humiditates illę, quæ circa vnctuosa, & viscosa corpora per medium spatium, inter duas portiones tunicæ Periostij adnascuntur, quæ corpora molliendarum sua pinguedine palpebrarum gratia, à natura fuerunt creata, 10. de vsup. cap. 7.

Hydatodes vinum, Ὑδατῶδες οἶνον, *est quod mul-*

ta aqua dilui potest 5. sanit. tuend. cap. 12. quod vinum etiam Oenodes vocant, quod multam sustineat aquæ mistionem & imbecilles vires feriat, cui opponitur, ὀλιγόφορον, idest aquosum vinum, quod paucā sustineat aquæ mistionem, 7. meth. 6.

Hydatoide, vide Crystallinus.

Hyderici, qui & Hydropici, & Vtricularij dicuntur, lib. de atrabile, cap. 9. estque aqua inter cutem, 5. loc. affect. 7.

Hyderos Phlegmatias, vide Leucophlegmatias.

Hyderos, idest species Hydropis, quæ Anasarca dicitur, 3. de sympt. caus. cap. 2.

Hydragoga medicamenta sunt, quae aquam vtricularijs, Hydropibusque educunt, lib. de atrabil. cap. 6. Inde Hydragogia, idest, aquæ ductus, sanguinis lationem per venas, nomine à similitudine fluminis ad riuos translato, significat; qui fit spiritu, unà cum caliditate per uentrem exeunte, ac deinde secum confractas nutrimenti particulas, deferente, Gal. in Timæum Platonis, fol. 578.

Hydrelæum, est compositio ex aqua & oleo, Ὑδρέλαιον, incerta autem & multiplex misturæ ratio, ad dolores capitis ex febre, & vomitionibus conueniēs, 2. simplic. 25.

Hydrenterocele, Herniæ species est composita, quando videlicet, vnà cum intestino, aquosus humor in Scrotum descenderit, lib. finit.

Hydro-

Hydrocele, vide Enterocele, Celas, & Sarcocele.

Hydrocephalon, est humoris aquosi, vel fæculenti sanguinis collectus tumor, in parte aliqua corporũ eorum, quae caput concinnant, lib. finit. Est autẽ is humor piger & deses tribusque in locis colligitur, aut inter Cutem & Pericranium, aut inter Cranium & Pericranium, aut inter craneum & Cerebri membranas, aliqui addunt ex Aetio, quartum locum, inter Cerebrum & eius membranas, sed tunc nullam recipit curationem, puerulis maxime familiaris morbus est.

Hydromphalon, coitio in vmbilico est, lenti humoris, qui sub tunica quoque interdum continetur, lib. finit., Græce Ὑδρόμφαλον.

Hydrophobus, idest aquæ timidus, Ὑδρόφοβος, *est is qui ex morsu canis rabidi, aquam reformidat, 9. meth. 5. inde Hydrophobia, idest, aquae timor, vide Psycrophobus.*

Hydropici, uide Hyderici.

Hydrops, Ὑδρωψ, *est aqua inter cutem, in quo per cutem extentam, siue aër, siue humor aliquis in profundo locatur; si igitur in membrana abdominis interiore, Peritonęo Græce dicta, aër recludatur, fit Hydropis species quae sicca ab Hippoc. vocatur, si verò humor, fit Ascites, qui & hydrops aquosus ab eodem dicitur, 4. apho. 11. Eius tres sunt species, prima Ascites* ἀσκίτης, *quae fit cum inter membranam Peritonæum, & intestina, plurimus aquosus humor*

coaceruatur, qui locus, aquoso humore, vtri modo impletus uideatur, unde & vtricularem appellant, Barbari corrupta uoce Asclitim. Altera Tympania τυμπάνια καὶ τυμπανίτης, *dicitur, qui fit vbi flatus ac spiritus copiosus, in iisdem ventris locis congregatur; Hoc nomine à Tympano omnibus notissimo instrumento, appellata est, si enim pulsetur venter inferior, instar Tympani sonum edit. Tertia Anasarca,* ἀνασάρκη, ὑποσάρκη, καὶ λευκοφλεγματία, *dicitur, fitq; quoties per totum corpus humor pituitosus dissemina tur, ut instar spongiarum, aut papyri, uniuersa caro permadida appareat, ideoque in ea totum corpus intumescit, ac mortuo simile euadit.*

Hydrops aquosus & siccus, uide Hydrops.

Hydrops matellæ, uide Diabete.

Hydrops, in uas urinale, uide Diabete.

Hyelinos, uide cryſtallinus.

Hygia, idest sanitas, quae est affectio, constitutioque partium, cuius ope, functiones secundum naturam edimus, 1. meth. 9. Inde Hygiine salubris medicinæ pars est, quae sanitatem tuetur, & imminentes morbos præcauet, lib. Introd. cap. 7.

Hygrocyrsocele, idest aquosus simul, & varicosus ramex, est dilatatio vasorum testem nutrientiũ, & lenti humoris in Scroti aliqua parte, collectio, lib. finit.

Hymen, Hymenæon, uide Colliculum.

Hyoides, siue Hypsiloides siue lambdoides à simi

litu-

litudine, quam cum Υ, & Λ, Græcis literis obtinet, dictum, est os capiti gutturris incumbens, rectum secundum colli longitudinem, & leniter cauum, lib. de muscul. diss. cap. 13. quod & Pharyngetron vocant, lib. de vocal. instr. diss. cap. 6.

Hypelata, Catoterica, siue deiectoria medicamenta sunt, quae renes, uesicam & gibbam iocinoris, cum multo uitioso succo sunt referta, expurgant, 7. metho. 13.

Hyperbolica figura corporis est, quoties quatuor membra Græce κῶλα, idest crura ac manus aut summe extenduntur, aut immodice inflectuntur, aut spina, cuius partes vertebræ quoque in ceruice existunt, 1. progn. 13.

Hypercatharsis, Ὑπερκάθαρσις, superpurgatio, immodica est ex medicamento purgatio, in causa est uis nimia medicamenti, quod vasa ad ventrem attinentia mordens, et aperiens, & continenter irritans atq; conuellens corpora, vasorum uires dissoluit. In qua primum flaua bilis, deinde pituita, demum atra bilis, postremo sanguis, quem natura habet familiarissimum, excernitur, initiò tenuissimus, demum crassissimus, vide superpurgatio. Si verò humoris vel sanguinis euacuatio, sponte fiat, quam natura graua ta, uel sanguinis, uel humorum multitudine, ad ipsius & ipsorum euacuationem excitata, modum obtinere non valens, facit, Hypercrisis dicitur, seu superuacuatio, 3. prorrhet. 53.

Hypercrisis, vide Hypercatharsis.

Hyperoa, Ὑπερῶα, est pars oris superior, modice concaua, foraminulis pertusa, quibus à Cerebro pituita ad os descendit Latinè palatum, & Basis Cerebri, oße sphenoide firmata.

Hypersarcon vlcus est, cui caro supercrescit, uelu ti Hypersarcosis, carnis excrescentia, Ὑπερσάρκωσις Græce, 2. meth. 2. & 3. meth. 6.

Hypezochotes membranæ, siue subcingẽtes sunt, quæ telæ araneorum similes, natura simplices, inter nam vtranque thoracis regionem subcingunt, quę uerò rectæ ad iugulum vsque perferuntur, Diaphrattondes, idest intercipientes, siue intersepientes, vbi pulmoni cohærescunt, huius operimentum dicuntur, 5. de anat. adm. cap. 8. quas etiam tunicas omnium spirationis instrumentorum, uocat, 7. de anat. adm. cap. 2. vide Cingentes.

Hypnoticum medicamentum, est, quod somnum conciliat Ὑπνοτικὸν, soporemque siue Cataphorã epotum, molitur, refrigerat enim corpus, & sensum eò vsque stupefacit, ut si paulo liberalius ebibatur, mor tem afferat, 5. simpl. cap. 19. vide Narcoticum.

Hypocaumata, idest fomites, alimenta nominans, iuxta omnium philosophorum dogma, qui eorum quę animalia constituunt elementorum, ignem maximè, vitæ esse causam existimarunt, qui suis pabulis, alimentis alitur, vt lucernę flamma oleo, 1. aph. 14.

Hypocheomenes, idest suffusi, 6. de sanit. tue. c. 9.

Hypo-

Hypochondria, idest subchartilagia, sunt partes illæ, quæ sub ventriculi ore, ad partem exteriorẽ apparent, quoniam secundum rectitudinem sub Chartilagine, idest post chartilaginem habentur, sunt autẽ musculi, qui expansi mẽbranæ prætenui ueluti Araneæ, quam Peritonęon vocant, subiacent, extrinsecus verò cute conteguntur; Aequiuoco autem cũ his vocabulo etiam interiora uiscera vocamus hypochondria, quoniam, & ipsa sub chartilaginibus notharũ costarum ab interiori parte existunt, sed exteriora proprio, lib. Introd. cap. 10. in priori significato dictum, febres ab Hypochondrijs moderatę, idest omnium febrium acutarum, quę ab Hypochondrijs proficiscuntur sunt mitissimæ, in posteriori significato, quando sub hac uoce Hypochondria, complectimur, ventrem iecur, lienem, & septum transuersum, quędam malignę, quaedam mites sunt, com. 2. in 3. de morb. vulg. Atque in hoc secundo significato, hypochõdrion, Ὑποχόνδριον, ab Epigastrio nõ distinguitur.

Hypochondriacus, siue flatuosus affectus, qui & simpliciter Melancholia dicitur; morbus est ex tertio melancholię genere, à uentriculo ortum ducens, prauis symptomatibus infestatus, quem sequuntur metus & mestitia, qui alui deiectione, vomitione, proba concoctione, & ructibus leuatur, 3. loc. aff. c. 7. Græce Ὑποχονδριακὴ μελαγχόλια dicitur.

Hypochyma, (quæ & Hypochisis,) est crassi humoris in cornea membrana, uel inter corneam tunicam,

cam & cryſtallinum humorem, iuxta pupillam concretio; qua in re, Hypochymatos et Glaucomatos differentiam recentiores poſuere, dicentes τὸ ὑπόχυμα, non aliud eſſe, quam humorem illic concretum; γλαύκωμα autem alterationem eßе humoris cryſtallini, in glaucum colorem ab humiditate quadam intra ipſum contenta, aliunde adueniente, cũ tamen ueteribus medicis, idem eſſet vterque affectus, nec tamen hoc ſolo differunt, ſed etiam quod omnes ſuffuſione laborãtes, lucem videant aut multam, aut paucam, qui verò γλαύκωμα, quique ἀμαύρωσιν, patiuntur, lucem omnino nullam cernant. Eſt autem ſuffuſio duplex, vna propriè dicta, quæ eſt oculorum per ſe ſuffuſorũ morbus ab humore craßo pupillam obſcurante; altera verò impropriè, in qua oculi non primò & per ſe patiũtur, ſed uiſa quędam viſis propriè ſuffuſorum ſimilia repreſentant, quæ eſt per conſenſum ſuffuſio, (ut illa per eſſentiã) ſiue à uentriculo ſurſum ad oculos aſcendendo, ſiue à Cerebro deorſum, ſiue à toto corpore vt in febribus, vide Glaucoſis.

Hypogaſtrion, uide Abdomen.

Hypogloſſis, medicamentum eſt, leniens, leuigãs, & remittens aſperitates aſperæ arteriæ, in quibus ſi quid inflãmationis reliquum eſt, id concoquit & perſanat, quod medicamentum, quia linguæ ſubditur, eoque paulatim liqueſcente, aſperæ arteriæ ſummũ madeſcit & irrigatur, ob id ὑπογλώσσις dicitur, de quibus Gal. fusè, 7. de comp. med. loc. vide Arteriacę.

Hy-

ce. Hypoglossis etiam dicitur inferior linguæ pars, quae subiectam attingit maxillam.

Hypophorae sunt fistulæ & vitia profunda, et quę dehiscant, ut sinus, ulcera, aliaque huiusmodi omnia, quę ex defectu repletionem desiderant, atq; indicat, lib. Introd. cap. 3.

Hypophysis, seu Hypochysis, idest suffusio, 3. meth. 2.

Hypopyus vocamus, quibus pus in oculis congregatum est, quod vacuari solet, diuisa ea tunica, quæ cornu est similis paulò supra locum quo committuntur inter se tunicæ vniuersæ, quem Græce alij Irim, alij stephanon, alij Coronam uocant, differtque ab Hypochymate, in qua non pus, sed leuis quędam nebula tunicis oculi interponitur, 14. meth. cap. 19. Quod aũt Hypopyon, sub oculis fiat, nomen ipsum indicat, idem .n. est ueluti si quis Hypophthalmiũ dicat, quod ipsũ sub oculis sonat; Est autem ex genere effusionum, Ecchymomatum appellatarum; Appellant ita Hippoc. & alij multi medici, circa cutem affectionem, cum tenuibus in ipsa uenis contusis, sanguis per fissuras effunditur, non uno loco aceruatim, ac statim ita excretus in grumos coiens; sed postquam per persultationem, hoc est, Diapedesim, effusio ista est facta, tunc enim temporis progressu, contingit liuescere & denigrari, paruis nimirum grumulis, ex disperso in multas cutis partes sanguine coactis, 5. de cõp. med. loc. cap. 1. & lib. de virtute Centaureę cap. 4., Ὑπό-

πυον

πυεν καὶ Υ'ποπύους Græci vocant.

Hypophthalmia, & Hypophthalmium, vide Hypopyus.

Hyposarca, quæ & Hyposarcidium, & Episarcidium dicitur, species hydropis est, in qua habitus totius corporis, pituita plenus redditur, 4. de rat vict. 111. vide Anasarca.

Hyposphagmata, plagas oculi illatas, & orientes ex eis cruentas suffusiones, appellant, 4. de comp. med. loc. cap. 8. species τῆς ἐκχυμώσεως.

Hypospadiæi, Υ'ποσπαδιαῖοι, ij sunt, qui quod ob id vinculum, quod ad finem virgæ habent, eis meatus seminalis est contortus, generare non possunt, non quod semen fœcundum non habeant, sed quod in virgę flexibus hærens ferri prorsum nequeat, quā rem curatio ipsa comprobat, vinculo enim abscißo generant, 15. de vsup. cap. 3.

Hypostasis, siue sedimentum est id, quod in vrina residet, tanquam crassior vrinæ portio, secreta & subsidens, lib. de vrinis c. 16. licet generaliter quicquid subsidet, atque in imo, cuiusque liquidioris excrementi subsistit, hypostasis est; quae crassior vrinę pars, si ad supremam superficiem terminatur, dicitur Nubecula, si ad mediam regionē Suspensum, si profundiore parte inferiorem locum occupet, dicitur Hypostasis, ibidem cap. 21. Quae si diuulsa non sit, sed continua, apud Hippo. dicitur plana, quod si per omne tempus sui similis est, ita vt si vno die sit cocta, sit

etiam postero die, & quæ sedimentum & humorem vrinarium habet non distantem à se, sed totum sibi æqualem; quæque continuo sibi similis perseuerat, æqualis apud Hippoc. dicitur, ibidem cap. 38.

Hypsiloides, uide Hyoides os.

Hypothenar, idest subuola, pars ea manus est, quæ opponitur volæ manus, quæ Thenar dicitur, lib. Introd. cap. 10.

Hystera, idest vterus, vulua, Matrix, vas fœtus gestandi; foris neruosum, intus carnosius, diciturque à Grecis ὑστέρα, quod postrema sit partium omnium; lib. finit. Vnde Hysterica mulier, idest ab utero suffocata, siue hunc affectum vteri suffocationem, siue spirationis ob vterum ablationem vocites, quo interdum mulieres, sine sensu immobiles iacent, cum nullo aut paruo, aut obscurissimo pulsu, interdum sentientes & moueri potentes, atque integra ratione; tamen animi defectione, & difficili spiratione laborantes, alias etiam crura & brachia contrahunt, 5. de loc aff. 5. quas etiam vterarias vocãt, idest vtero laborantes com. 1. in 6. de morb. vulg. 2. vnde Hysteralgia, vteri dolor: Hystericus Typus, & morbus, accessionis est retardatio cum posterior accessio serius inuadat quàm præcedens.

 I 

IANITOR, *vide Pyloros.*

Ianitrix vena, idest vena Porta, 6. de placit. c. 5.

Ichor

Ichor est tenue excrementum vlceris, vt sordes craßum, 3. metho. 3. vocat etiam Ichores Hippoc. tenues acres, & mordaces sanguinis humiditates, 4. de rat. vict. 2. Appellat adhuc Ichores, superfluas sanies, quas corpus aceruat, ex quarum vapore non solum capitis dolores nō nullis oboriuntur, sed etiam suffusorum, quos Hypocheomenos vocant symptoma ta, aliquibus verò & Comitialis conuulsio, 6. de sanit. tuen. cap. 9. Dicuntur adhuc Ichores fluentes humiditates ex Coryza & Catarrho, 2. de rat. vict. 44. Grecè igitur ἰχὼρ dicitur, ex Latinis quidam uertūt, serosum humorem, quidam aquosum, quidam tenuē, alij uerò saniem interpretantur. Ichoroïdes autem sanguis non simpliciter tenuis & aquosus ab Hippo. vocatur, sed qui uenenosa aliqua & maligna facultate preditus sit, unde Galenus ex Platone, Ichor autē sanguinis quidem serum, mitis: nigræ uerò bilis, acris & ferus. Ichoroïdes itaque sanguis uocatur, in seipso prauā ac tenuem humiditatem continens, mordacem & erodentem, non aqueam & morsu carentem. com. 2. in 6. de morb. vulg. 38. uide Sordes.

Icteros est inflammatio ex flaua bile, sui seruante naturam, unà cum sanguine per totum corpus delata, 2. Glauc. 1. sic dictum hoc malum, uel ab aue quae Grecis Icteros, Latinis uerò Galbula dicitur; hec. n. si spectetur, sanari malum dicunt, & auem mori, uel ab aue, quae Ictinos ἴκτινος Grecis, Miluus Latinis appellatur, oculi siquidem hoc uitio laborantium, milui-

miluinis oculis similes, hoc est auri colores uidentur; vel à mustella syluestri, quae auricolores oculos habet, & Grecis ἴκτις, Latinis Viuerra nominatur, qui & Regius morbus dicitur, quoniam mulso, quod genus potionis in Regum delitijs erat, curabatur, rebusque omnibus hominis mentem exhilarantibus. Aurigo quoque nominatur à Celso, ab auri colore, quem bilis per uniuersum diffusa corpus, refert. Arquatus denique nuncupatur, quod cœlestis arcus similitudinem, colore, agat.

Ictus, est arterię motus tactui occurrens, interuallum autem est tempus interpositū inter duos ict², quo distenditur, contrahiturq; arteria, de Pulsib. ad Tyrones cap. 4.

Idea morbi, idest morbi essentia, 3. de cris. 4.

Idiopathia ἰδιοπάθεια, proprius affectus est, qui & πρωτοπαθεία, idest primarius affectus dicitur, ex aduerso diuisus ab affectu per consensum, seu per uiciniam, & secundarium, seu posteriorem; Ei uerò qui per consensum infestat, qui συμπάθεια, δευτεροπάθεια dicitur proprium opponimus, 1. loc. aff. 3. Per consensum autem affici tribus modis membrum aliquod dicitur, uel propter uiciniā, uel propter familiaritatem generis uel operis, generis ubi neruosum neruoso, uenosum uenoso consentiat; operis cum mammae & thorax, partibus genitalibus, co. 3. in 3. de morb. vulg. 4. uide Sympathia.

Idiosyncrasia, idest corporum proprietas & conuenien-

uenientia, 3. metho. 2. & 7.

Iecur, vide Hepar.

Iecoraria vena, vide Caua vena.

Iecoris vena, vide Choledochos.

Ieiunum, secundum est intestinum in ordine, quod à Duodeno intestino quod vocant, multifariam in orbes conuoluitur, uasorum complurium serie contextos, dicitur autem Ieiunum, quod semper cibo vacuũ reperiatur, 6. de anat. adm. cap. 9. qua propter νῆστις hoc est ieiunum appellatur, quod semper inane permaneat, nec tantillum quidem, in se ipso alimenti cõtineat, 5. de vsup. cap. 3.

Ignem suo more Hippoc. febrem vehementissimã appellat, com. 3. in 1. de morb. vulg. 19.

Ignis sacer, idest Erysipelas 8. de placit. 4. & lib. de purg. med. fac. cap. 5. uide Sacer ignis.

Ile, idest, κενεὸν, locus appellatur, qui est inter thoracem, & os coxæ, propterea quod κενεὸν, idest, cassum & uacuum, idest depressum est, 2. de his quę in medic. 16. quem locum etiam Grȩci λαπάρην, appellant, qui inter thoracis, & iliorum ossa subsidet, propterea quod eo loco cingulum circundatur, vnde & λαγόνας ἰξύων etiam nominant, 2. de fract. 70.

Ileon εἰλεὸν, intestinum est ordine à uentriculo tertium, quod incipit vbi ieiunum desinit, diciturque εἰλεὸν, à multis anfractibus & circumuolutionibus, idem uerò & λεπτὸν, hoc est tenue, simpliciter dicitur, nomine duobus etiam superioribus communi.

A qua

A qua parte affecta obstructa & inflammata, nomē desumpsit is morbus peracutus, qui Ileos, Graecè εἰλεὸς appellatur, sed nihil vetat in crassiori subsequēte intestino, eundem affectum, progigni, sed mitiorē & minus mortiferum, com. 2. in 3. de morb. vulg. licet aliqui eundem in pleniore intestino factum vocent εἰλεόν, in tenuiori εἰλεός, (cum prius χορδαψὸς diceretur) quod per eum intestina conuolui videantur vnde quidam Latine Voluulum dixere, Chordapsum autem; quod qui manum loco dolenti admouerit ex tensione, chordam attingere uideatur, 3. aph. 22. & 6. aph. 44.

Ilingus, est tenebricosa vertigo, quæ fit cum humor, cum craßo spiritu, in capite mouetur, & iccirco præcedit Epilepsiam & Apoplexiam, 3. aph. 17.

Illegitimæ costę, quae Nothę, spurię, & mendosae dicuntur, 5. de anatom. adm. c. 1. chartilagineę admodum existentes, sunt quatuor vltimę costæ, quæ ad pectoris os non pertingunt 8. de anat. adm. cap. 1.

Illisio, vide Collisio.

Illosis & Strabismus seu Strabilismus, sunt inuitę musculorum palpebras mouentium, concussiones, 2. de sympt. caus. cap. 2.

Iliū, λαγόνων ὀστοῦν, est apophysis ossis sacri superna, & ampla continens intus ventris imi partem plurimam, tangensque ilia. Os enim sacrum tres habet apophyses rectas, nec deorsum, nec sursum repentes, ilium, coxæ & pubis, tamen os totum, sæpe os

Ilium vocamus, quod id inter cętera magnitudine et crassitie præpolleat.

Imàs, vide Gargareon.

Imbecilla corporis pars est, vel quae natura est intemperantior, vel quae ex pręcedente aliquo morbo, intemperiem contraxit, vel quæ in præsenti tempore, in hanc sit perducta, promptius vero in ijs superuacaneum, qualecumque id sit, in ægram partem fertur, 11. meth. 20.

Immutatus morbus est, cuius longior est accessio, & minor satis remissio, quo genere antiqui Typum quotidianarum, & semitertianarum reponebant, lib. de Typis, cap. 3.

Impetigo λειχὴν, *est summę cutis asperitas cum multa prurigine, lib. finit. Agrestes verò impetigines nominant, cum à medicamentis imbecilliter siccantibus, nihil iuuantur, à validis irritantur, 6. de comp. med. per gen. cap. 2. Ea autem impetigo, quę cũ pruritu fit, & si non aspera, lenior quam vel Psora, uel lepra est, adeò vt si sola saliua quotidie defricetur, sanescat; sed vbi increuerit, extremam cutem in furfures resoluens, in psoram transit, atque deinde in lepram, vbi pro furfuribus, piscium quasi squamulæ concrescunt, 5. de comp. med. loc. cap. 5. & cap. 7. (Nec est is morbus, quem Gallicum, seu Neapolitanum, seu Hispanam scabiem vocant, ut alibi mihi forte ostendendũ erit.) Cęterum* λειχῆνος, *Lichenis nomine, illum etiam Impetiginosum morbum, Mentagram*

tagram Romanis appellatum, multo magis ferum & agrestem, Plinius comprehendit, non squamis ut lepra, sed fœdo cutis furfure, totos primum vultus, deinde verò & Collum pectusq; & manus occupante, oculis tantum immunibus. Celsus lichenem, non impetiginem interpretatur, sed Papulam, cuius duas, quas habet & Lichen, differentias statuit, feram et mitiorem, Nam quę ab eo describitur Impetigo, Lepra est.

Impetum facientia, uide Continentia.

Implicatus affectus est, in quo multę sunt affectæ partes, nam potest idem homo, non solum laborare ex Thorace, sed etiam ex pulmone, Capite, uentre Iocinore, com.2. in 3. de morb. vulg.

Imum uentrem vocat Hippoc. regionem ventris imam, quae vmbilicum ac Pudenda interiacet, ita vt in hæc tria totū abdomen diuidatur, in Hypochondrium, & loca ad vmbilicum attinentia, & Imum ventrem, 2. aph. 35.

Inęqualis & Inordinatus pulsus est, cuius circuitus nullus prorsus seruatur; Est uerò inæqualis & ordinatus, quando ictus pari semper numero, paribus pulsibus procedentes, intercurrit vnus impar, qui ęqualitatem corrumpit, proportione circuituū, quemdam ordinem seruante, de puls. ad Tyron. cap. 6. Inęqualis autem deficiens pulsus est, in quo nulla seruatur æqualitas, motuq; ipso semper deficitur, 1. de differ. puls. cap. 12.

Inanes illas corporis partes vocari in more est, quæcunque inter extremam Thoracis costam, & femoris λαγόνος ossa habentur; atqui inanis uidetur omnis talis sedes, si eam cum supernis, infernisque partibus, utrisque osseis conferas, 2.progn.1.

Incensiones, Hippocrates uocat, Inflammationes, vnde etiam nomen calidis tumoribus impositum est, 3.de his quae in medic. 30.

Incidentes dies, uide Decretorius.

Incisio, vide Vnionis solutio.

Incisorij dentes, uide Dentes, & Tomi dentes.

Incoctionem vocat Galenus, non coctionis tantum in ventriculo frustrationem, sed in uasis quoque & Iecore, & mole vniuersa, lib. de med. art. const. cap. 15.

Incrementum morbi, uide Ascensus morbi.

Increscens, uide Continua.

Incubus, uide Ephialtes.

Incuruatio, quae & Gibborositas dicitur, est distortio spinæ in posteriorem partem, ex Panis & Tuberculis immaturis in spina exortis magnis & duris, & diuturnis existens, vt non nulli arbitrantur, 3.de artic. 2.

Index digitus est, qui prior à Pollice est, qui nomen ab usu sortitus est, lib. Introd. cap. 10. Dicitur et Index is dies, qui eam habet naturam, vt qualis nã dies, cuius est index sit futurus, indicat, 1.prorrhet.1. & 2.aphor. 24.

Indi-

Indicatio, est iuuantis comprehensio, simul cum comprehensione nocentis adueniens, sine obseruatione & ratiocinio; ad Thrasib. cap. 11. Quippe ipsam sequentis, siue agendi insinuationem, indicationem dicimus. Ergo ex ipsa rei natura exordiri, atque ipsa quod sequens sit, citra experientiam inuenire, idest indicatione inuenire; Vt si quæratur de sanitate, quid sentiendum sit, primum perpendere oportet, sanitatis naturam, quæ quia bona omnibus mortalibus videtur, facit ut iudicemus eam, à nobis seruandam esse, quamobrem sui custodia, sanitatis indicatio est. Idem uero et in morbo agendum, qui quoniam totus præter naturam est, & toto genere malus, indicat et ostendit, se tollendum esse.

Indicatoria, uide Prognostica.

Indices, & spectabiles dies consueto more appellat Hippoc. *in quibus signum aliquod iudicationis apparet, alio quopiam ex diebus decretorijs futuræ, quos ipse, 3. progn. 4. per quaterniones digessit, singulis septimanis bipartito sectis, 2. aph. 24. qui* Graece *ἐπιδηλοι, & θεωρητικοὶ, hoc est indices & contemplabiles nuncupantur; quod maiorem uim & potestatem habeant, ad præsagiendam, contemplandamq; futuram crisim, quàm ad iudicandam, licet in eis aliquando perfecta crisis possit accidere, ut dies quarta, undecima, decimaseptima.*

Indicia, & signa certa illa sola nominantur, ex quibus licet certo colligere aliquid de salute & inter-

necione infirmi, quae comprehendens uno capite dicet aliquis esse significationes uirium gubernantium corpus, quo pacto robore ualeant, aut deficiant, in quibus scilicet cruditatis etiam, aut coctionis signa continentur, 3. progn. 39.

Inflammationis nomine solent Græci, uti ad partes quae in maiori tumore sunt, carnosas, intentas, renitentes, pulsanti & calido dolore dolentes, & rubentes, lib. de tumor. cap. 2. quae fit uel propter coincidentiam, uel propter impactionem, obstructionemq́; omnium uasorum, siue ob circunstantiam quandam molium, quae meatus occupant, siue abundãtia quędam sanguinis oborta inflammatione, in particula cõstituatur, lib. de totius morbi tẽp. cap. 3. Dicitur adhuc Inflammatio Phlegmone, & Phlogosis, idest inflammen. Est igitur inflammatio nomine generis, immoderata caliditas; nomine autem speciei, idem nomen cum genere obtinentis, est cum sanguine optimo, ac mediocrem crassitudinem obtinẽte ad particulam aliquã uniuersim fluente, atq; ob multitudinem conculcato, uehemens dolor arripit hominem, nisi membrum sensum omnino hebetem habuerit, pulsusq́ue in profundo molestus accidit, tendiq́ue omnino ac cõtundi membrum apparet, & uehementem calorem persentit, adeò ut comburi uideatur, & refrigerari desideret; talisq́ue rubor per summa uiget, qualis ex balneis accidit, aut ex igne, aut quouis alio modo ca lefactis. Multæq́ue sunt huius species, nam fluente

sangui-

ſanguine altera, flaua bile altera, ambobusque ſimul humoribus alia tertia, 2. Glauc. 1.

Inflammen, uide Inflammatio.

Inflammata laſſitudo muſculorum eſt affectio, quę manibus, cruribus, lumbis, ſpinę & muſculis ubi plurimum laborem pertulerint, accidit, ijsque qui ex uehementi clamore, organa uocis, ideſt arteriam, eius ſummum & fauces oblęſas habent, uocemque raucã effecerunt, 7. de comp. med. loc. cap. 1.

Inflatio, uide Phyſis, 14. meth. 7.

Infundibulum, uide Choana.

Infractiones oculorum, ideſt cum palpebræ inuertuntur, com. 5. in 6. de morb. vulg. 2.

Inion, eſt ea capitis pars quae occiput dicitur, principium medullæ ſpinalis, ad ſtipitis modum in multos ramos diuiſæ, in ſexaginta ferè, iuxta numerum, neruos, 2. de comp. med. loc. cap. 1. Τὸ ἰνίον terminatur ſutura λαμβδοειδεῖ.

Initiatrix, uide Antegreſſa.

Innominatus morbus eſt, qui medio loco, inter Lethargum & Phrenitim collocatur, in quo ægri conniuent oculis, ſomnolenti ſtertunt, oculis fixis intuentur, difficiles & tardi ad reſpondendum, ſtulte loquuntur, & temere nugantur; lib. de Pulſ. ad Tyron. cap. 11. quem affectum cum longo tempore perdurauerit, Typhomaniam uocant, 1. prorrhet. 1.

Innominata Chartilago, uide Cricoides.

Innuens, circumnuens pulſus eſt, qui inæqualis

est in una distentione, 1. de differ. puls. cap. 20. & 4. de caus. puls. cap. 10.

Inordinata febris est, quae non certo quodam circuitu redit, 5. de placit, cap. 2. quae & Erratica dicitur, 8. de placit. cap. 6. uide Erraticæ.

Insanire, est desipere citra febrem.

Inspiratio est externi aëris intus attractio, 4. loc. aff. 7. ad natiui caloris conseruationem, & spiritus animalis nutritionem, 7. de usup. cap. 9. quae duplex est, lenis, & coacta, lenem & non coactam appellant, quæ in bene ualentibus, nullaque uehementi agitatione motis cernitur; Coactam uero quae tum in morbis non nullis, tum in exercitationibus paulo uehementioribus accidit, in qua protinus omnes etiam scapularum partes simul attolli conspiciuntur, 2. de placit, c. 4. Inspiratio et expiratio, ἀὀπνοὴ καὶ εὐπνοὴ, oppositi motus sunt; ille est, quo distentus Thorax per asperam arteriam, necessario in os aërem exteriorem attrahit, tribus de causis, ut refrigeret, ut uentilet calorem natiuum, & ut spiritum animalem gignat; Hic quo thorax contractus eundem aërem exprimit, ut quicquid in ipso fuliginosum, fumosumque ex humoribus creatum fuerit, id exprimendo elidat: Vtriq; nomen Respiratio & Respiratus ἀνάπνοὴ, 4. de loc. aff. 7. Per inspirationem autem, attrahit in se homo exteriorem aërem, per os in pulmonem, per raritatẽ autem cutis & carnis in arterias. Horum motuum uterque, tam quo per os, quàm quo per cutim fit aëris

attra-

attractio, uno nomine Inspiratio appellatur, Per expirationem vero per eosdem meatus, per quos aerem recipit, adhuc remittit; qui cum per os remittitur expiratio, cum per cutis meatus transpiratio, Perspiratio, difflatio, Transpiratus, Perspiratus, difflatus, διαπνοὴ dicitur, 8. de placit. cap. 8.

Instrumenta prima censentur, quæcunque ex similaribus partibus coalescentibus, vnius operationis gratia sunt constituta, quæcunque uero rursus ex his componuntur, etsi uni totius instrumenti actui quàm maxime obseruiant, inter secunda connumerantur; musculus enim et uena et arteria, inter prima instrumenta numerantur, digitus uero inter secunda, atq; hoc magis pes, & pede magis crus. lib. de morb. tēp. cap. 4. Vnde Instrumentales corporis partes sunt, Cerebrum, Cor, Pulmo, Hepar, venter, Splen, Oculi, Renes, ibid. cap. 3. Instrumentales autem morbi fiunt, uel naturali harum partium formatione permutata, uel non seruato numero partium opportuno, aut vnicuique parti conuenienti magnitudine, vel quod non ut naturalis positus expetebat, ipsæ cohęreant, ibidem cap. 6. vide Similare.

Insultus accessionis, est indiuisibile illud tempus, quo accessio primum inuadit, quod alij febris significationem, annotationem, & Episemasiam vocant, lib. de morb. temp. 6.

Intemperies morbosa, Græcis νοσώδης δυσκρασία, partium similarium morbus est, fitque vbi qualita-

tes

tes primæ, seu elementa ipsa, à naturali symmetria, & commoderatione deflectunt. Non autem citra rationem, adiectum est morbosa; duplex enim existit intemperies ex Gal.2.de temperam. alia enim est naturalis seu sanitatis, & alia morbi (ut nos tetigimus in nostra Synopsi medicinæ quā anno superiori typis dedimus, tabul.5.) Sanitatis siue naturalis est, quæ à media tēperie paululum abest, vel in qua nulla functio animalis adhuc manifestę læditur, licet imbecillior reddatur, intemperatior sane erit, sed non ęgrotabit homo. Quod si quis hoc denegauerit, horum alterum fateatur necesse est, uel omnes homines ęgrotare semper, uel unam esse omnium intemperiem, vtrunque vero absurdum est. Morbosa verò Intemperies est, cum animal intemperamēti vitio ægrotat, quæ si omnibus corporis partibus æqualiter insit, vt in Hethica febre, ęqualis intemperies appellatur, & dolorem non efficit, secus doloris sensum efficit, & inæqualis dicetur, ut docet Gal. de inęquali intemp. 1.de sanit.tu.lib.de constit.art.et cap.8.artis paruę.

Interceptiones venarum, quae Apolepsis Gręce dicuntur, sunt oppletiones quae à copia exoriuntur, quae cum supra modum oppletæ fuerint, premi virtutem, grauarique est necesse, atq; in extinctionis agi periculum natiuam caliditatem, quæ ob multitudinē, copiamque suffocationi quippiam simile patitur, 4. apho. 23. Vbi verò intercipiuntur quae sunt in animali arteriæ hoc est, ita oppletæ sanguine fuerint, vt nul-

nullus in ipsis vacuus relinquatur locus, in quem dũ attolluntur, aërem externum attrahere poßent, tunc strangulatur atque extinguitur calor innatus: at qui ita affecti sunt, subito sensum & motum totius corporis amittunt, lib. de caus. morb. cap. 3. nequeuntibus spiritibus naturales pertransire meatus, atque ob id ab Hippoc. interceptiones spirituum nuncupantur, 4. rat. uict. 27.

Intercidentia, uide Coincidentia, & Pareptosis.

Intercidentes, uide Decretorius. Intercidens aũt pulsus est, cum inter duos ictus, qui ordine proprio inferuntur, ictus medius intercurrit, lib. finit.

Intercipientes membranæ, vide Cingentes, et Hypezochotæ.

Intercostales musculi, μεσοπλεύριοι μύες, *sunt musculi inter medias costas siti, quorum bini sunt in singulis costarum interuallis, alter externam partẽ spectans, alter interiorem; externi thoracem dilatant, ad inspirationem, interni contrahunt ad expirationẽ, 5. de caus. respir. 8. de anatom. adm. & 7. de vsup.*

Intercurrens pulsus est, qui inæqualis est, inæqualitate crebritatis, 1. de diff. puls. cap. 12.

Interfemineum, quod Perinæon Græci uocant, est media illa pars corporis, quæ inter totum id, quod inter inguina vtriusque cruris est, (quod gressuram solet Hippoc. appellare) interiacet, quod duobus feminibus sit interpositum, quae est intercapedo, quæ ab exortu pudendi vsq; ad anum pertinet, ubi etiam vesi-

vesicae collum collocatum est, 4. de artic. 45. 2. de fract. 43.

Intermissionem febris, uocat Gal. cum febris in quietem desierit, 1. de cris. cap. 3. & ad infebricitationem deuenerit, 3. de cris. cap. 4.

Intermittens pulsus est, qui inęqualitate constat, raritatis & paruitatis, alio atque alio vtrobique modo, in raritatis inæqualitate, quod quies sit longissime producta, in paruitatis, quod distentio minimum dilatata, 1. de differ. puls. 12.

Internodia, uide Phalanx, & Digiti.

Intersepientes, uide Hypezochotes.

Interseptum, ea est pars narium, quae alas, seu pinnulas narium nominatas, discriminat, lib. Introd. cap. 10.

Interstitium est duodecim horarum spatiũ, in quo febris terminatur, 2. cris. 9.

Intertrigines, vide Hidroa.

Interuallum, uide Ictus, Ablatio.

Intestinum, uide Entera.

Intestinum cecum τυφλὸν, est intestinum à Ventriculo, ordine quartum, quod quidem uelut uenter est. vnde figurâ à reliquis differt, nec enim vt reliqua ob longum est, sed in modũ ventriculi rotundius, ex qua figura efficitur, vt una tantum parte pertusum videatur, & uno foramine tanquam oculo prȩditum esse; peruium tamen est, quodque ad ipsum ex tenui intestino descendit facile in Colon delabitur.

Intestinorum difficultas, est velox exitus eorum, quae comeduntur & bibuntur, quae talia deijciuntur, qualia fuerunt deuorata, 4 aph. 12. quae & lietheria dicitur, 6. loc. aff. 2. quae duabus potissimum notis à Cœliaca dispositione discernitur, si quidē lientericis alimenta prorsus cruda, protinus ut sumpta sunt infernè prodeunt, tanta, tam, sue manifesta cruditate, ut alimenti assumpti genus aperte dignoscatur uerum in Celiacis iam adepta sunt aliquam coctionē, & diutius in uentriculo morantur, neque tam cito per aluum descendunt. Cruda tamen sunt & aliquando fetida, non mordacia, sed sæpe animi deliquium inducunt.

Intumescentias, quas οἰδήματα Græci uocant, Hippoc. omnes tumores preter naturam hoc nomine vocare consueuit; cum ceteri posteriores, in inflāmationes & durities, & intumescentias, eos distinguūt, 3. de his quæ in med. 30.

Inuiolata membrana, uide Membrana dura.

Inuiscatio oculi, est quaedam uiscositas, palpebrā cū pupilla iungens; siue in eius albedine, siue in eius nigredine, uel utrasque palpebras simul iungens, qualis fit propter vulnera in oculis, lib. de ocul. cap. 9.

Inuolucrum Cordis, uide Membrana Pericardios, lib. de ven. & art. diss. cap. 2.

Inuolutum intestinum, quod & Ileon & tenue dicitur, uide Ilion, & Tenue.

Inustio in uentre oritur, propter acrem eorum, quę inge-

ingesta sunt caliditatem, ob quam & febrire contingit, colliquatio uerò fit, absumpta, contabefactaq; propter febrem morosam, uel pinguedine, uel molli carne, 4. *acut*. 112.

Ionthos Græce, Latine Varus, tumor paruus & durus, in faciei cute ortus, à crasso uidelicet succo congregatus, 5. *de comp. med. loc. cap*. 3.

Iris oculi, quem alij stephanon, alij Coronam uocant, est medius ille oculi locus, quo committuntur inter se tunicæ uniuersæ, 14. *meth*. 19. *siue Iris est oculi tunica mollissima, alba, desinens in circulo, ubi & aliæ omnes subiectę sunt, ubi album nigro coniungitur*, 10. *de vsup. cap*. 2. *inditum nomen, ab arcus cælestis similitudine.*

Isatodes bilis, vide Bilis pallida.

Ischias & Ischion, vide Coxa, & Arthritis, 2. *meth*. 2. & 15. *de vsup*. 8.

Ischiadica uena est, quae superne descendens, ad partem cruris sylnestrem tendit, quae occultatur, quousq; ad malleolum ueniat exteriorē, lib. de anat. viu. quae uena, externa malleoli dicitur, & Ischiadica, quod secta Ischiadicis conferat.

Ischęma medicamentum est ad sanguinem continendum, 5. *de comp. med. loc. c*. 14. *Grece ἰσχαίμων, paulò diuersum ἀπὸ τοῦ ἰσχαίμου, hoc enim non sanguinem modo supprimit, sed & inflammationem arcet, illud uerò rationem habet tantum sistēdi sanguinem.*

Ischuria ἰσχουρία, est vrinę suppressio & retentio,

Dysu-

Dysuria, in qua urina fertur cum difficultate, Stranguria cum guttatim distillat, quam & urinę stillicidium appellant, de const. art. 6. & 8. de placit. 6. Fit autem vrinę suppressio, uesica vel excernere non valente, vel ęius collo occluso; vocat autem vulgus medicorum, non secus Ischuriam, quanquam Ischuria non sit, illud quoque symptoma, cum urina in vesicam omnino non uenit, perdita scilicet renũ actione, & permittendi profecto sunt ita nominare, cum propriam appellationem non habeant; Collum si quidem vesicę clauditur, uel propter obstructionem à sanguine concreto, tum crasso pure, tum calculo, tũ topho, tum aliquo germine, ibidem enato, uel propter conniuentiam, ab aliquo tumore pręter naturam, aut cum immodice est repleta, 3. de sympt. caus. cap. 2.

Isis emplastrum, est Cephalicum emplastrum, 2. de comp. med. per gen. cap. 18.

Isthmus est regio cõmunis gulę & gutturi, in qua vtriusque osculum ascendit, angusta & longa, corpus verò hunc locum ambiens, Pharyngã, idest fauces uocant, lib. de musc. diss. cap. 15. Isthmus ea pars corporis est, quae os & gulam interiacet, quae per metaphoram quandam ita nominatur ab ijs, qui propriè dicuntur Isthmi; sunt autem angusti quidam terrę processus, inter duo maria siti, Vnde Paristhmia, idest Tonsillę sunt inflammationes locorum, ad hunc Isthmum pertinentiũ, 2. apho. 26. qua ratione ἰσθμὸς καὶ φάρυγξ, idem erunt, hoc est quae inter stomachũ

& la-

& laryngem, idest guttur, interiacet latitudo.

Ithmoidea ossa, uide Cauernosa.

Iudicium, siue Iudicatio, uide Crisis.

Iudicatoria signa ab Hippo. vocata sunt, sudores, rigores, sanguinis fluxus, multum alui profluuium, similis uomitus, dolor capitis repente inuadens, uehemens spirandi difficultas præter rationem, Cordis morsus, quaedam in Hypochondrijs citra dolorem tensio, uigilię vehementes, delirium, nox absq; ratione molesta, accessio anticipans, lacrymæ inuoluntariæ nihil patientibus oculis, neque ex tristitia prouenientes, rubor faciei, labrum inferius agitatum, liuida, uel obscura & tenebrosa, quaedam ante oculos obuersantia, hallucinationes quaedam, malę uel nasus repente rubescentes, parotides aut omnino, alicuius in articulum decubitus generatio, & similia, quae secundum eorum substantiam Casus nominata, quatenus subitam mutationem ostendunt, Iudicatoria signa appellantur; ita enim morbum iudicant, vt cocto morbo futuram sanitatem; crudo autem vel perniciem, uel morbi longitudinem decernant, 1. aph. 12. vide Decretorius.

Iugale os, vide Zygoma.

Iugulares venę, σφάγιτις φλέψ, sunt duo rami magnæ uenę cauę à gibbis Hepatis exortę postquam ad dextram Cordis aurem sanguinem tulerint, ab eo tãquam ab initio progreßæ, ad collum recto tramite festinantes; In quo fiunt duæ magnæ & insignes venæ, quæ

quæ ob id Iugulares uocantur, 2. acut. 10. & lib. de ven. & art. diss cap. 7. quæ dicuntur, externę, superficiariæ Apopleticæ, Guidez, manifestæ, à quibus superficiariæ ferè omnes colli, & capitis partes nutriuntur, 2. acut. 10.

Iugulum, uide Claues.

Iuleb, uide Zulapium,

Iuxtangina, idest Cynanche, 1. aph. 12.

Ixiæ, Varices, sic dicuntur ab Aristotele, οἱ κιρσοὶ; sunt tamen qui differre putent, uocantes κιρσοὺς, venas omnes dilatatas, in quacunque corporis parte, ἰξιὰς verò, eas modo quę cruribus habentur, sed discrimen nullum censendum est.

 L 

LABOR ab Hipp. sæpius cōsueuit sumi pro exercitatione, interdum pro dolore, aut absolute pro qualibet noxa, com. 5. in 6. de morb. vulg. 10.

Labrum, siue labium χεῖλος, est oris extremitas musculosa, ipsum uicissim claudēs, & aperiens, quod in labijs prominet πρόχειλον dicitur, 11. de usup.

Labyrinthus, vide Cæcum foramen.

Lactes, apud Hermolaum barbarum, & Plinium significant molliora intestina, quae primum in homine & oue occurrunt, per quae cibus labitur; sed apud Aristotelem, Gazam, Budeum, & Galenū, 5. de loc. aff. cap. 7. significat Mesenterium, idest pingue illud quod intestina superiora ambit; quod nostrates in pi-

ſcibus lactantias, & lactumas vocant.

Lacuna, uide Choana.

Laues arteriæ ſunt, quas omnes natura per anoſtomoſin, ad unum principiũ applicuit, ſiniſtrum Cordis ventriculum, in quo natiui caloris eſt principium vt per eas refrigeratio continua Cordi comparetur, 7. de vſup. cap. 9. vide Arteria.

Leuitas inteſtinorum, quae Λειεντερία dicitur, eſt velox, & ſine ulla omnino tranſmutatione, ciborum deiectio, aut propter exulcerationem, in ſuperficie ventriculi, aut inteſtinorum, aut propter potentiæ retentricis imbecillitatem; quorum primum ex mordacibus ſubſtantiam tenuem habentibus humoribus fit, quae in pueris, Græco uocabulo Aphthæ, ideſt, oris ulcera nominantur; alterum uerò ex magna ventriculi, atque inteſtinorum prouenit intemperie, 3. aph, 22. vide Inteſtinorum difficultas.

Lagochilos, vide Lagophthalmos.

Lagonas, vide Ile.

Lagophthalmos, ideſt Leporinus oculus, eſtq; cũ ſuperior gena adeò retrahitur, vt oculum, dum clauditur, totum non contegat, eſtque affectus in partibus inſtrumentalibus, non magnitudine, ſed defectu alienus, non ut ſuperuacaneum, ſed ueluti deficiens, cuiuſmodi mutila, & curta omnia, ſicut in labris et oculis cernitur; ſic etiam lagochilos dicitur, qui leporina habet labia, lib. Introd. cap. 3. & lib. finit.

Lambdoides ſutura capitis poſterior eſt, et trãſuer-

sa, qua occiput incipit quae à lambdæ literæ Græcæ similitudine nominatur, lib.de ossib.cap.1.

Lambdoides os, uide Hyoides.

Laminas communi vocabulo Anatomici appellare consueuerunt, instrumenta secandi corpora, scalpella, spathomelas, amphismelas, specilla, oricularia, melotidas, quae, & ex ligno densiori, & aliquando ex buxo, confici solent, 6.de anat. adm.c.10.

Lana succida, idest non lota, quae & æsyperon dicitur, 14. meth.cap.7.

Laparon, Grecis molle & Vacuum, Hypolaparon autem subuacuum & submolle significat, 3. de diffic. respir. cap.12. aliquando verò laparæ uentris dolorē significant, com.3.in 6. de morb.vulg. 32. vide Ile.

Lapideum os, uide Lithoides.

Lapis specularis, uide Diaphanes.

Lapis in uesica propria passio eorum est, qui ob edacitatem non paucos crudos humores coaceruant; ex quibus pars crassior unà cum urinis ad uesicā perueniens, fit lapidum generationis materia; aceruatur verò hic crudus humor, sæpe ob edacitatem & ingluuiem, ut in pueris, sæpe ob potentiæ concoquētis imbecillitatem, ut in senibus, 3. apho. 26.

Larynx siue guttur est superior brōchij terminus, seu bronchij caput, prima asperæ arteriae pars, primum vocis instrumentum, summo ori continua, lib. de vocal. instr.diss.cap.2.ex chartilaginibus, musculis, neruis, & substrata membrana constans, cap.4.

quae collo extare apparet, tangentibusque dura sentitur, sursumque nobis transglutientibus fertur, 7. de vsup. cap. 5. Λάρυγξ *Græcè.*

Lassitudines Κόπους, *Græci homines vocant affectus, ex multo, uehementiuè motu corporibus vel totis, uel particulis quae amplius laborarunt, orientes, vnde Acopa medicamenta, quae talem lassitudinem tollunt, appellantur, 7. de comp. med. per gen. cap. 11. Cuius lassitudinis species tres sunt,* ἑλκώδης, τονώδης, φλεγμονώδης, *vlcerosa, tensiua, inflammatoria; quae notis distinguuntur; in vlcerosa lassitudine, vlceris sensus cum mouentur, se exhibet, in tensiua, incendi, tendique sibi videntur qui laborant, in inflammatoria, accendi, & inflammari.*

Lateralis morbus, vide Pleuritis.

Latum os, vide Dorsum.

Latus musculus, siue musculosa natura, uel substātia, vel μυώδης πλάτυσμα, *apud Gal. lib. de muscul. diss. cap. 1. est latus ille musculus, qui sub cute in collo habetur, qui incipit in priori quidem parte ex labrorum ac buccarum, in posteriori veró ex spinæ regionibus toti cuti, quae circa collum est, in orbem subtensus, membranosusque existens, ut interdum membrana potius, quàm musculus videatur. Sed apud eundem, 5. de anat. adm. cap. 6. latus musculus est, qui totius frontis cuti, connatus subijcitur.*

Latus pulsus est, qui pulsu naturali, in latitudine maior est, longus qui in longitudine, altus qui in profundi-

funditate; è contra, angustus, breuis, humilis, de pulſ. ad Tyron. cap. 2.

Laxius intestinum, ideſt Colon, 2. aph. 40.

Lea, ſeu lenia medicamẽta ſunt quæ partes aſperas leniunt, de Dynam. in proœmio.

Lemmata, ſunt propoſitiones per ſe credibiles, quas uocare conſueuit Ariſtoteles, dignitates, uel proloquia, vel poſtulata, 2. acut. 20.

Leno, ſiue Linon, Græce Λινὸς *eſt regio quædam in ſummo vertice Cerebri, vbi duæ venæ inuicẽ congrediuntur, à torcularis ſimilitudine propter tenuem membranam. Eſt & alius leno, ideſt exilium in ſuperficie venarum ſibi incumbẽtium congreſſus, propter craſſam membranã, ſimiliter factus, 9. de anat. adm. cap. 1. vide Torcular.*

Leporinus, vide Lagophthalmos.

Lepidoides ſuturę λεπιδοειδεῖς, *vel conglutinationes (quas Galenus ſuturas iuxta aures vocat) ſunt duę lineę à media ſagittali, quae recta in longitudinem fertur, ęqui diſtantes, per capitis longitudinem à poſteriore in priorem partem ſuper aures feruntur, quae in oſſibus ad ſquamæ ſimilitudinem ſtructis, habentur, quae fiunt duobus inter ſe oſſibus cohærentibus, non per ſuturam quidem, ſicuti Coronalis & lambdoides, ſed paulatim ſyncipitis os, inſtar ſquamæ attenuatum deſcendit, atque in id os, quod infra ab auribus aſcendit, ſubintrat. lib. de oſſib. cap. 1. quæ & Squamoſæ agglutinationes nuncupantur, 9.*

de vsup. cap. 18. mendosæ adhuc & temporales dicuntur.

Lepra Λέπρα, *est cutis mutatio, in habitum qui praeter naturam sit, cum asperitate & pruritibus, et doloribus, non nunquam & squamis decidentibus, interim secus, pluresque corporis partes depascitur, lib. finit. lepra & Psora, seu scabies, affectus sunt valde affines & congeneres, ut non aliud psora sit, quam mitior lepra, est enim psora ad lepram præuia, vt lepra ad Elephantiasim, si magis humor vratur, malignior euadat, & morbus diutius protrahatur. Vterque affectus pruritum habet inseparabilem, sed in lepra tantus est, ut æger etiam vehemētissime scalpendo, nullo modo iuuetur, sed omnis potius generis vlcera & phlegmonas accersat, quod cutem exasperet, & subiectam illi carnem, multo quàm in psora profundius, Vnde & squamulas procreat, quales in psora non generantur, quae furfuracea tantum corpora ex se remittit, vt quae à minori gignatur intemperie, & humore minus crasso, terrestri & maligno. Dicitur* λέπρα, *ab his squamulis, quasi* λεπιδὰ, *idest squamosa; Ab Auicenna dicitur Albaras nigra, & Impetigo excorticatiua, quod cutis per cortices squamasque resoluatur. Lepram hanc Celsus uocat Impetiginem, non eam quidē quam superius nos* λέιχην *appellauimus, sed quam ipse declarat, lib. 5. quam in quatuor species distinguit, quę à superiori Impetigine plurimum distat.*

Lethar-

Lethargus Græce Λήθαργος καὶ ληθαργία passio est Phrenitidi contraria, si quidem in ea marcor, & inexpugnabilis dormiendi necessitas adest, sic dicta, quod ea correptis omnium rerum obliuio accidat. Somnus, si quidem, si longius producatur, difficilē q; habuerit expergefactionem Coma dicetur; si uerò solo tempore naturæ modum conuenientem excesserit, et nō habuerit difficilē expergefactionē, somn⁹ longus rectè nominatur, qui fit refrigerata prima parte sensitiua, hoc est Cerebro ipso; quæ refrigeratio cū fortis fuerit, mista quidem humiditati facit lethargicas passiones, cum siccitate verò eas quae Græco vocabulo Catalepsis, idest Deprehensiones vocantur, 2. aphor. 3.

Leuce Λεύκη, idest alba Vitiligo, 2.meth.2. seu corporis & pilorum in album colorem mutatio, præter naturam, lib.finit. & 1.de comp. loc.cap.1.neq; verò ad solam cutem, sed ad subditam eius carnē vitium hoc pertinet, fitq; cutis & caro alba & pituitosa, qualem Polypodes & locustæ, ceteraque crustacea, exangui, & alba carne prædita obtinent. Id malum videtur esse, quod nostrates lepram albā, Auicenna, albaras album nuncupauit; Differt à lepra, & Elephantiasi, quod hæc sint cum asperitate cutis, rosione, pruritu, & squamulis, leuce verò cutē habeat lenem sine ulla aspredine & rosione.

Leucoma Λεύκωμα, idest oculorum albugo, de remed. par. fac. Estque cicatrix oculorum altior, magisq;

gisque profunda; nam quæ ſuperficiaria eſt νεφέλιον dicitur.

Leucophlegmatia, ideſt alba pituita, quędã aquę inter cutem, ſpecies eſt, vel quod ſit etiam aliqua pituita liuida, vel quod ſui quidem ratione ſemper ſit alba, ſed propter miſtionem quorundam aliorum humorum, uerum mutet colorem, 7. aph. 29. quã eandem dicit eſſe cum ea Hydropis ſpecie, quę Hypoſarcidium, ſiue Anaſarca dicitur, Ὕλεϱος φλεγμάτιας, lib. Introd. cap. 13.

Lichene affectio, uide Impetigo.

Lien, vide Splen.

Lienteria, uide Inteſtinorum difficultas.

Ligamentum, quod Gręci Σύνδεσμον vocant, eſt corpus neruoſum, ex oſſe quidem omnino ortum habens, inſertum in os, aut in muſculum, cui nomen ab vſu eſt inditum, 1. de motu muſc. cap. 1. quod et Copula dicitur, lib. Tegni, cap. 9.

Ligatio, ideſt obſtricti articuli, & difficiles artuũ motus, quos Gręci Ancylas uocant, 7. de comp. med. per gen. cap. 6. Eſt & affectus qui interdum naturaliter accidit, membranis linguam continentibus durioribus & breuioribus ſtatim à primo ortu factis; Interdum ex acquiſititio, ob cicatricem quãpiam duriorem, ſub ipſa ex ulcere contractam; Quam Græci ἀγκυλόγλωσσον, vocant, qui hoc malo laborant, tarde ſermonem explicare incipiunt, Atque ob id hoc vitij genus, Latinis ligatio linguæ dici poteſt.

Lin-

Lingula, vide Epiglottis.

Linon, uide Leno, & Torcular.

Linospermon, idest semen lini, 1.*aliment.fac.*32.

Lipodermus, idest, (translato ad morbum nomine,) appella, defectus est pelliculae tegentis glandem Colis, adeò, vt distrahi amplius non possit, lib.finit.

Lipopsychia, idest animi deliquium, idem quod Lipothymia, Λειποψύχια καὶ Λειποθύμια, *solo differunt, quod & si ex ipso nominis Etymo Lipothymia, vitalis facultatis defectum, Lipopsychia animalis facultatis exolutionem significet, attamen vtriusq; facultatis defectu; omnium virtutum exolutio contingit, ut sensu motuque destituantur ægri, non minus quàm animo, quale aduenit ijs, qui nisi frequentius nutriantur, resoluuntur; vnde aliud est à syncope,* 12. *meth.cap.*5.

Lipothymia, uide Lipopsychia.

*Lippitudo oculi est, cum album rubescit, & palpebræ attolluntur cum dolore conniuent, & ægrè manus admotas ferunt, lib. Introd. cap.*15. *uide Ophthalmia.*

Lippitudo dura, uide Sclerophthalmia.

Liquabilia medicamenta vocantur, tum quę ignis commercio colliquantur, tum quę ex humidis quibusdam, uelut aqua, aceto, uino; Igne liquescit propolis, cera, resina, ladanum, seuum, chalbanũ; Aceto citra ignem, ammoniacum, sagapenum, oppoponacum, 3. *de comp.med.per gen.cap.*5.

Liqui-

Liquida aluus, in qua liquida deijciuntur, com. 2. in 2. prorrhet. 3.

Lithiasis, idest calculi morbus, renibus aduenies, in quibus generatur; lib. de renum aff. dignot. cap. 2. Et si quidam λιθιάσιν dicant esse calculi generationẽ in vesica, quamuis ille etiam in renibus generari possit; Dicitur & λιθιάσις, oculi morbus, in exteriori parte palpebrarum, in qua alba quaedam & crassa callis aut lapillis similia apparẽt, oculum pungentia.

Lithoides os, λιθοειδὲς, idest lapideum, 9. de vsup. cap. 10. est quod vtrinque ad aures positum, petrę speciem referens, lambdoides suturæ finibus terminatur, in quo inest processus columnæ similis, ad acus, styliue similitudinem, vnde Styloides, Belenoides, et Graphioides στιλοειδὲς, βελονοειδὲς & γραφοειδὲς appellatur, sub quo auditorius meatus continetur, lib. de ossib. cap. 1.

Lobi, idest fibræ, quibus tanquam digitis Hepar ventriculum, & Pulmo Cor ad vnguem complectitur, 4. de vsup. cap. 8. & lib. 7. cap. 10. & 7. de anat. adm. cap. 11. Dicitur & lobos, ima & carnosa aurium pars.

Localia medicamenta, quae Topica dicuntur, medicamenta sunt quae extrinsecus applicantur corporis particulis, quibus non prius vtendum, quàm totum corpus purgaueris, si redundantia in toto corpore subest, alioquin, implebis potius corpus quam vacuabis, 13. meth. 22.

Lochia,

Lochia, λοχεῖα, *dicuntur omnia quæ à puerpera post fœtum & secundas exeunt, quæ Aristoteles vocat purgamenta, sunt autem reuera τὰ καταμήνια, à quibus tamen sola ratione differunt, quod hæc ante partum, illa post partum, sic appellentur, lib. de atra bile, cap.8.*

Locus à recentioribus medicis, corporis particula quaelibet appellatur, 1.loc.aff.1.

Longaon, siue longanon intestinum, uide Rectum.

Longitudinalis sutura est quę à medio posterioris Caluariæ per capitis longitudinem ad mediam vsque anteriorem, extenditur, vnde Gręcis ὀβελαῖα, idest recta, vulgo sagittalis, & longitudinalis appellatur à lambdoide ad Coronalem finiens, lib. de ossib. c.1.

Longus pulsus, vide Latus.

Lopidoides suturę, quae & lepidoides, vide Lepidoides.

Lordosis, idest excauatio facta per vertebrarum luxationem, ad internas corporis partes, 4.loc.aff.3. vide Cyphosis.

Lotium est, cum renes serosum sanguinis excrementum attraxerint, utilem qui in eo est sanguinem retinent, & ex eo nutriuntur, excrementum verò ipsum serosum à facultate segregatrice, ceu inutile expellitur, sed quandiu in uenis atque arterijs hoc cũ sanguine currit, excrementum serosum, cum segregatum est lotium & vrina dicitur, lib. de ren. aff. dign. cap. 1.

Luctus

Luctuosa respiratio est, interrupta inspiratio, stante interim thorace, deinde rursus id quod deest adijciente. qualis infantibus accidit, quo tempore plorat, quæ est duplex intus aëris reuocatio, ueluti super inspirantibus, 6.aph. 54.

Lumbrici, vide Elminthes.

Lumbi, ὀσφὺς, propriè pars est totius spinę, quinque vertebris omnium crassissimis, maximisque cōpacta, inter dorsum, & os sacrum medijs, estq́; dorsi ea pars qua cingimur, uide Dorsum.

Lupus, Gręce Λυκοειδὴς, seu strangulator dicitur, affectus ijs eueniens, qui sperma diu præter naturam retinuerint, quod veneni naturam sapiens, crescēsq́; in venis & arterijs, dum nequit descendere in sanguinis maßam, nimiam generat paßionem in faucibus, quasi suffocando, lib.de spermat.fol.36.

Lusciosus dicitur, qui eo affectu qui Nyctalops dicitur, uexatur, 10.de simplic. Μύωψ is dicitur, qui à primo ortu, oculis propius admota videt, eaque propè oculis contingit, et limis semiclusisque oculis aspicit, etiam si parua sint; remota verò quāuis magna, videre non potest. Vitium oculorum est congenitum ab imbecillitate spiritus visiui, eamq́; ob causam incurabile, eo differt à Nyctalope, qui non natura, sed ex morbo talis euasit. Μύωπας Græci uocant, quos minus videntes, Latini Lusciosos, & Nuscitiosos, appellant, ipsa verò affectio μυώπια, & μυωπιάσις appellatur.

Lutea

Lutea bilis, ideſt Vitellina, 8. de placit. 4. vide Bilis pallida.

Luxationes, quas excidentias, exarticulationes, & exarticulata interdum uocat Hippoc. ſunt oſſium à propria ſede exceſſus, qui ſine fractione fiunt, 1. de fract. 1.

Lycanthropia, Grece Λυκανθρώπια, Λυκανθρωπος, Κυνανθρώπια, Κυνάνθρωπος, Λυκάων; *Arabice Catrab, Cutubut; Latine Lupina, uel Canina inſania ſpecies eſt melancholiæ vt teſtantur Aëtius & Paulus, qua ægri menſe Februarij, quo preſertim humor melancholicus redundat, noctu domo egreſſi, vrbem circumeunt, quadrupedum more incedentes, lupos imitantur vlulantes, donec dies illuceſcat, defunctorum monimenta quæritant, adaperiuntq́;, cadauerum fruſta arripientes, ſecumq́ue collo geſtantes, fugiuntq́; die viuos homines, nocte inſequentes mortuos.*

Lycoides, vide Lupus.

Lyparia febris, uide Febris lyparia.

Lytheria, ideſt ſolutoria ſigna, quæ magni & vehementis morbi ſolutionem firmam ſolent pręcedere. 1. de diebus decret, cap. 1.

 M 

M*ADAROSIS*, Μαδαρώτις ἢ Μαδάρωσις, *ideſt, Glabrities, Caluitium, capillorum defluuium eſt, à vitioſis humoribus proueniens, ſicut quae Ophiaſin & Alopeciam nominant; quæ omnes paſſio-*

passiones sanabiles sunt, uitiosis humoribus qui ad radices capillorum hęrebant, uel resolutis, vel alio translatis; Vnde aliud sunt à Caluitie, 6. aph.34.

Madorē & Pladorem, idest superfluentes humiditates, appellare consueuit Hippoc. siue ex tenuibus, siue ex crassioribus humoribus constent, cuiusmodi et pus est, 3. fract. 19.

Magma, mirobolanorum fæcem vocant, 7. de cōp. med. per gen. cap. 7. aliqui uerò omnem unguenti fæcem, quæ expressa reliqua liquidiori materia relinquitur μάγμα vocant; extenditur significatum, ad omne vnguentum spissum, pauco liquore subactum.

Magna arteria, uide Arteria aorta.

Magna febris, vide Febris magna.

Magnus morbus, uide Affectus grauis.

Magnus pulsus est, qui naturalem omnibus tribus dimensionibus superat, qui verò iisdem dimensionibus à naturali superatur, paruus dicitur, de puls. ad Tyron cap. 2.

Malę, carneę partes sunt, quę inter nasū, & aures iacent, quae priscis Genę dicuntur, lib. Introd. c. 10. quae ad mali similitudinem sub oculis leniter rotundæ prominent, 1. de artic. 3.

Malactiea medicamenta, induratorum corporum sunt, ea nimirum, quę ipsorum soluunt duritiē, quē ad modum & relaxantia quę tensioni medentur, 7. de comp. med per gen. cap. 9. malacticum autem emolliens dicitur, non omni indurato corpore, sed de eo

tan-

tantum quod congelatione induruit, magisque etiam si in eo contentus sit humor præter naturam, uelut in Scirrhosis, quod verò à siccitate induratum est, humectari postulat, quod à Congelatione calefieri, Græce μαλακτικὰ φάρμακα, 5. simpl. 5.

Malagmata vocant quam plurimi medici omnia pharmaca, quę forinsecus imponuntur, siue adstringendo condensent, siue indurent, quæ uox emollitionis significationem habet, verum nos permittemus ipsis etiam si non propriè appellent; 8. de comp. med. loc. 5. Propriè autem malagmata vocantur, quae partes pręter naturam induratas emolliunt, calido omnia temperamento mediocri prędita, non tamen exiccantia aut humectantia manifestò. Nam, cum exactè mollientia, medium quodammodo ordinem, inter humectantia, siccantiaque sortiantur, indurescentiū substantiæ ueluti fusionem quandam moliuntur, quod nimirum propter moderatum in eis calorem accidit; vbi uerò diutius diffusa fuerit, digerentium medicamentorum vsus veniat, 7. de comp. med. loc. cap. 1. Vnde quidam nullum discrimen constituunt inter μαλάγματα, ἐμπλάστρα, Τροχίσκους. Verum, & malagmatum in ijs admouendis differētia est, aut enim medijs corporis regionibus (quae proprie ἐπιθέματα, Paulus appellat) vt Ventriculo, iecinori, lieni, Cordi imponuntur, aut extremis partibus, vt Capiti, et articulis.

Maligna, vide Cacoethe.

Malleoli, sunt imæ ab utroque latere tibiæ, surę q; par-

partes gibbę ex parte exteriore, intrinsecus cauę, carne carentes, extra aliu prominentes, sub quibus utrinque talus continetur, lib. de ossib. cap. 22.

Malleoli uena duplex est, altera interna ad interiorem tibiæ partem (cream Latini uocant) procedēs, ac inde ad malleolum, ad ipsum tibiæ extremū peruenit, quae & Saphena corrupto uocabulo, pro Saphea, idest manifesta, dicitur; altera externa, & superficiaria per exteriorem alterius ossis tibię, quod περόνην vocant Gręci, producitur, ad pedis pertingens articulum, vnde externa malleoli, & Ischiadica aliquibus dicitur.

Malthacode emplastrum, idest, mollicinum, quo genere Hippoc. omne medicamen uocat, quod connatam humiditatem habet, qualis in pingui est, singulisq; oleosis medicamentis, & quidem in ipso oleo, aqua, resina, & cera, 4. de comp. med. per gen. c. 9.

Malum granatum, et malum punicum, uide Chartilago ensiformis.

Mammæ, (Μαστὸς καὶ τιτθὸς Gręce) est carnosa in pectore eminentia, ad utrunque latus pectoris glandulosa, semicircularis sita, in cuius medio papilla Græce θηλὴ, extuberat, quam ambit circulus quidā subniger qui φῶς dicitur, gignendi lactis vim à natura habens, 1. de sanit. tuen.

Mammillaris, Μαστοειδὴς, est apophysis ossis temporalis, papillis mammarum, præsertim vaccinarū, similis; Extuberat, & cauus est, quo aër ampla, & anfra-

anfractuosa eius cauitate conclusus, magis resonet auribus. Dicuntur, & à quibusdam vteri Cornua κεραίας vocant μαστοειδεῖς ἀπόφυσεις, propter similitudinem, quam habent cum mammis.

Mancum & Mancinitatem hoc est Cyllon, & Cyllosin non nulli, de omni longorum membrorum distortione intelligendum censent, generaleque ei attribuũt significatum, alij eam tantummodo distortionem significare asserunt, in qua in interiorem partem membrum inclinatur, quod cum accidit, necesse est, ut summum eius, idest, pes intro contortus, quasi mancus & mutilus appareat, 3. de artic. 87. uide Cyllum.

Mandibularij, Manducatorij, Mansorij, masseteres musculi, Græce μασσητῆρες μῦς, alij sunt à temporalibus, quos Crotaphitas vocant; nam posteriores dissectores, eos temporales, seu temporinos nominãt, qui ex ossibus temporum capitis exoriuntur, quos cũ intenduntur, cõmittere ac claudere os manifeste conspicimus; alios uerò qui latis inferioris maxillæ partibus superiecti sunt, vtrinque alter, propterea quod in manducando, maxillam circumagunt, manducatorios uocant, cum illi qui è superiori parte deferuntur, efficere id minime valeant; attrahunt enim sursum eam tantummodo, non traducere etiam hàc illàc queunt; Vnde in committendo quoque ore, ipsorum auxilio indigemus, 2. de artic. 5. à mandendo sic dicti, quos etiam mandibularios masticatorios & mansorios vocant, 4. de anat. adm. cap. 2. & cap. 4.

Mania, furor, Insania, Μάνια, *species Paraphrosines, 2. de caus. sympt. vt enim τῆς παραφροσύνης, seu delirij est citra febrem insanire, & mente alienari, ita si huic insaniæ adiūgatur magnitudo & vehemētia symptomatum ut quod calcitrent, mordicus impetant vel ingredientes, uel quoscunque obuios, ferarū more, mania dicetur ex assata, uel atra, vel flaua bile procedens 3. loc. aff. cap. 7. quod si à sanguinis copia non putrente originem ducat, erit quidem mania, sed cum risu, hilari vultu, & perpetuo cantu Aliquando Hippoc. manię nomine pro melancholia morbo propriè dicto vsurpauit, ut testatur Galenus, 6. aphor. 21.*

Manifesta uena, ramus est venæ à Corde ad furculas ascendentis, quae per faciem oculos, caput, & nares diuiditur, ut omnia membra nutriat, quæ inde manifesta vocatur, lib. de anat. viu.

Maniode sunt vehementes insaniæ, propter atrae bilis malignitatem, cum flaua bilis Cerebrum apprehenderit, febrisque vehementia aßatum hunc succum melancholicum reddiderit, com. 1. in 1. prorrhet. 10.

Manna, mel roridum, uel aërium dici potest; Mellis species est non ignota veteribus Galeno, Plinio, Dioscoridi, sed mellis nomine, & titulo comprehensa, ne quis eam ab Arabibus primum cognitam, pro ditamque putet, sic enim de ea scriptum reliquit Galenus, In folijs inquit stirpium adnascitur quippiam,

piam, quod nec eorum ſuccus, nec fructus, nec pars exiſtimari poſsit, ſed roridum quiddam, nec tamen continenter, neque copioſe prognaſci ſoleat. Nec me præterit, per æſtatem, in arborum, fruticum, herbarumque folijs plurimū fuiſſe inuentum, ſic ut à ludentibus ruſticis Iuppiter diceretur melle pluiſſe; Præceſſerat tum nox frigidior pridie calida, ſiccaque cœli conſtitutio diluxerat; qua propter inter rerum naturæ peritos conueniebat, halitus quos terra uel aqua proſpiraſſet extenuatos & excoctos, nocturni frigoris beneficio coaluiſſe. Id in regione noſtra rarius euenit, in Libano monte quotannis, adeo ut extenſis pellibus arbores ſuccutiāt, receptoque quod profluit, ollas, & fictilia compleant, priuatoq; nomine vocant Δροσόμελι, id eſt roſcidū mel, & ēt ἀερόμελι. i. mel aeriū. *Hæc Galenus, 3. alimēt. facul. c. 39. de melle. Cuiq; igit patere debet, notā Galeno mannā, quę guſtu prorſus mellea ſentit, Dicitur itē et māna thuris (quæ et ſuccuſſio, et Pollen nuncupatur, 2. de artic. 44.) ideſt thuris micę concuſſu eliſæ, item corticis parum participes, adſtringendi uim totam & qualitatē poſſidētes, 5. de comp. med. per gen. cap. 2. Videturq; aliquibus mannam thuris nihil à thure trito ac leuigato differre; mannam enim proprie appellant, id quod excuſſum eſt à thure circa magna onera confracto; auferuntur enim ab ipſo fragmenta quędam parua, corticis thuris,*

4. de comp.med.loc. 4.& 13.meth. cap.5.

Manus (quas homo pro corporis nuditate, quod armis nudum sortitus est, armorum loco obtinuit,) sunt iuxta Aristotelem organum ante omnia organa, cum nullum sint eorũ quæ particularia organa sunt; sed quodlibet eorum possint recipere, 1. de usup. c.4. Manus autem nunc totũ crus, brachium, scilicet, cubitum & manum significat, nunc extremam manum tantum, 2. de vsup. cap.2.

Manus dolor, Græce χειράγρα, arthritis species est, quæ manuum articulos occupauit, vt Genagra, quae genu, & Podagra quæ pedes.

Mansorij musculi, vide Mandibularij.

Marasmus, siue ex morbo senium, est frigidum, & siccum corporis temperamentum, non natura, vel annorum multitudinis ratione comparatum, sed febrili morbo, quod non in animalibus modo, verum et in stirpibus supra modum arefactis, uisitur, 5. de sanit.tuen. cap.9. Marasmus autem idest Tabes, quae non idem morbus est ac febris marasmodes, idest tabida; marasmus enim absque febre in decrepita ętate solet accidere, extincto natiuo calore, quod nihil aliud est, quàm mors, quae sine sensu doloris ac secũdum naturam ex siccitate contingit; sicuti his qui præter naturam tabescunt altera aduenit species, quę ex ęgritudine senectus uocatur, in quam non solum senes, sed etiam pueros vidimus incidisse quãplurimos. Tabida verò febris, non tantum sicca, sed calida

lidą eſt, 1. de differ. feb. cap. 8.

Marcor, Marcor frigidus, torridus, ſyncopoſus, vide Febris marcida, & ex ęgritudine ſenectus.

Mariſcę venulę ſedis ſunt, quę aliquādo foris extuberant ore hiantes, & ſtato tempore ſanguinē melancholicum excernentes, unde hæmorrhoides dicūtur, quibus plus iuſto fluentibus, aqua inter cutem ſubſequitur; interdum ſuperius deliteſcunt, & cęcę αἱμοῤῥοΐδες appellantur, uide Sycoſis.

Marmarygas, ideſt oculorum hallucinationes, 3. criſi. 11. & cap. 7.

Maſſeteres, vide Mandibularij.

Mater dura & pia, uide Membrana dura.

Matrix, ideſt vulua, foris neruoſa, intus carnoſior, uas fœtus geſtandi, quae à Gręcis Hyſtera quoque appellatur, quod omnium partium ſit poſtrema, lib. finit.

Maxillares dentes, uide Dentes, Tomì, Inciſorij.

Maxillæ ſunt illę faciei partes, quę genis ſubijciuntur, quae ad mentum vſque deſcendunt, & hàc in mucronem deſinunt, lib. Introd.

Meatum ſiue Porum ſimpliciter Herophilus appellat, neruum illum, qui à Cerebro ad oculum pertinet, ſenſibilis ſpiritus uia, quod eius ſolius foramen clare cernitur, 1. de ſympt. cauſ. cap. 2.

Meatus auditorius, auditus inſtrumentum eſt, qui in oſſe lapidoſo eſt, ſatis inuolutum, ne quid eorum quae extrinſecus incidunt, ipſi noceret, in medium

ſitus, extrinſecus quidem conuexarum, intrinſecus autem cauarum, ne quid meatui incideret, uel aures facile afficerentur, 11.de uſup. cap.12. Conſtituitur autem in medio nerui quintæ coniugationis, qui unà cum dura Cerebri membrana, inde exoriente, in auditus foramen incidit; dicitur autem & hic meatus cæcum foramen, propterea quod anfractũ illum, per quem neruus foras poſt aures excidit, haud poſſunt diſſectores perfectè perforare, lib.de ner.diſſ. cap.6. Vide Cœcum foramen.

Meatus genitalis eſt, qui geniturã à teſtibus hauſtam, ad Colis radicem defert, qui meatus iuxta radicem veſicę varicoſior conſpicitur, Vnde ei nomen inditum eſt, Varicoſus aſſiſtens, 1.de ſem.cap.15.

Meatus Varicoſus, uide Meatus genitalis.

Meconium, excrementum eſt, ex toto fœtus nutrimento in utero, eſtque humor is qui in Vrinaculo eſt; lib.quod animal ſit id cap.5. Eſt quoq; μηκώνιον, papaueris ſuccus concretus, qui & ὄπιον appellatur, 3.ſimpl. 20.

Media, ſeu Mediana cubiti uena eſt, quę communis eſt ei, quę humeralis nominatur, & ei quę per axillam fertur, 3.loc. aff. cap.7. quę & purpurea, et nigra uocatur lib.de anat.uiu.vide Cõmunis uena.

Medianum, ſeu mediaſtinum, ſunt duę membranę utraq; parte ſingulę totum thoracem διαφράττοντες, ideſt interſepientes, quae poſteriore parte ſpinæ uertebris, anteriore verò oſſi medio pectoris inſiguntur.

tur; ſurſumque ad Claues, & deorſum ad enſiformẽ chartilaginem porriguntur, in duas partes totum thoracem diuidentes; unde vulgo mediaſtinum, ſiue medianum uocant; his enim medius thorax dirimitur. 6.de vſup. & 5.de anat. adm. quę membranę nõ aliter differunt, niſi quod in coſtis ὑπεζωκότες, ideſt ſuccingentes appellantur; vbi uerò rectæ ad Claues feruntur, διαφράττοντες, ideſt interſepientes, 5.de anat. adm. vide Diaphrattontes.

Medicari, non de omnis medicamenti exhibitione intelligit Hippoc. ſed de eorum tantum quae purgãt. 2. de fract. 29.

Medicamentum omne id dicimus, quod noſtram naturam alterare poteſt, 1. ſimplic. cap. 1.

Medulla ſpinalis, (quae & Dorſi medulla, & Rhachitis, Græce μύελος, & vulgo Nucha nominatur) eſt quæ omnibus, & ſingulis vertebris ineſt, 8. de vſup. cap. 4. eſtque Cerebro continua, eiuſdem cũ eo generis & naturæ, niſi quod ipſo multo eſt durior, potiſſimum in infernis ſpinæ finibus; eam tamen perperam medullam appellarunt, cum medulla ipſa non modo ſpinali hac, verum etiam Cerebro ipſo ſit humidior mollior, & pinguior; quod uerò in ſpinę oſſibus contineatur, coloremque habeat medullæ aſſimilem, ob id ipſam medullã nominant, quo modo quidam ipſum Cerebrum vocitarunt, 3. de aliment. fac. cap. 10. Atqui ſæpe eam ſpinalem vocant medullam, addita ſcilicet medullæ appellatione, interdum vero ſine ad-

ditione simpliciter, spinam nuncupant, 3. loc. aff. 10. vide Myelon.

Megalosphachnos vocat Hipp. non eos, quibus magna ex natura ipsa sunt uiscera, sed quibus ea ex affectu aliquo intumuerunt, siue scirrhum, siue phlegmonem, siue œdema, nacta sunt, 3. acut. 9.

Melancholia morbus, est insaniæ species ab humore melancholico, (à quo nomen sortitus est) in ipso Cerebri corpore contento proueniens, qui si assetur Maniam facit, & furorem, 3. loc. aff. 7.

Melancholica & flatuosa hypochondriaca affectio, morbus est ex tertia melancholiæ specie, indicante nomine humorem, qui ipsius causa est; Cumq; circa uentriculũ prima inceperint accidentia, ipsisq; auctis melancholica sequatur affectio, deinde alui deiectione, uomitu, proba coctione, ructibusque leuetur is qui laborat, Hypochondriacum, flatuosumq; morbum ipsum nominabimus, 3. loc. aff. 7.

Melancholicam ecstasim vocat Hipp. motionem mentis, aberrationemque intelligit uehementem & ferinam, quæ irrigante Cerebrum aßata flaua bile oritur, quae in nigram permutari solet, 1. prorrh. 14.

Melancholicus humor, alter est qui propriè melãcholicus succus, siue melancholicus sanguis à Galeno dicitur, estque veluti fæx sanguinis, satis crassus fæcibus vini non absimilis, qui in terram affusus nõ inducit fermentationem nisi forte in ardenti febre assetur, neq; ullius acidæ qualitatis est particeps; qui in mea-

in meatibus Cerebri contentus, Comitialem morbum in Corpore Cerebri melancholiam morbum generat, vide Nigra bilis. Alter eſt tenuior, guſtu acidus, qui terram radit, attollit, fermentat, ampullasque excitat, qui atra bilis appellari poteſt, quique præſſata atra bile naſcitur, ferinaque deliramenta, modo cum febre, modo ſine febre inducit, 3. loc. aff. cap. 7. & 2. de diff. feb. 9.

Meliceris, Μελικηρὶς, *eſt apoſtema, humorem melli ſimilem, membrana concluſum habens; ſpecies eſt apoſtematis, ut &* ἀθέρωμα, *&* στεάτωμα, *quorum hoc adipe, illud à pulticula intra membranam concluſa, nomen habet. Sic Meliceris humorem continet, melli ſimilem, eumque membrana comprehendit, qui ea ſecta non aliter, quam mel è fauis diffluit, vide Atheromata.*

Melicratum, ſiue aqua Mulſa, ſiue Hydromel eſt mellis & aquae compoſitio, vel æqua vtriuſque portione, ut viam aquæ paret, & ad diſtributionē agat, vel altera alteram ſuperante, 3. acut. 13. licet quidā uelint μελικράτον ἀπὸ τοῦ ὑδρομέλιτος, *vetuſtate differre, quod melicratum ſit aqua mulſa ſubita et recens, hoc eſt ex tempore parata, hydromel autem inueterata, & recondita.*

Melon, eſt tertius modus egreſſionis vueæ oculi, cū tantum egreditur, ut palpebræ minus præualeant, & pili palpebrarum pungentes, iungendo dolorem inferant, lib. de ocul. part. 4. cap. 11.

Mem-

Membrana, quam Greci nunc ὑμένα, nunc χιτῶνα, nunc μήνιγγα uocant, vide Tunicarum.

Mēbrana Adelon, quasi minus apparens, est quarta oculi tunica, à nonnullis inuecta, quam Amphiblestroide tunica, quasi in summo excipit, membrana minima simul & tenuissima, quam Hippoc. non cognouit. lib. Introd. cap. 11.

Membrana dura inuiolata. crassa, cuticularis (idē enim significant) est quæ primum caluariæ ossibus exemptis, Cerebrum in orbem contegens apparet, (quae vulgo dura mater appellatur,) Cui altera tenuis, mollisque subnectitur, (quae pia mater nominatur) 9. de anat. adm. cap. 1. Vtranque meningem vocant, solis Cerebri membranis nuncupatione hac reseruata; cum ueteres non has solum membranas, sed omnes etiā, Meningas uocarent, ibid. cap. 2. quas etiam Vaginas uocant, 3. de artic. 33.

Membrana Pericardios, quae & Tunica, & Domicilium, & securum vallum Cordi circumiectum dicitur, est membrana in cuius medio Cor est suspensum, quæ ex capite ipsius ampla valde exoriens, post autem paulatim coarctans sese modo quo Cor ipsum, in quandam Coni acutiem, & ipsa desinit, ossi pectoris annexa, 16. de usup. cap. 16. quæ Capsula Cordis, & Cordis inuolucrum vulgo appellatur.

Membrana Periostios, est inuolucrum tenue, fibrosum, uelut in lumentum ossium, à natura condita, lib. finit. per quam ossa sentiunt, (si modo quid

quid sentiunt) generaleque quidem nomen est, habetque pro varietate partium, specialia quædam nomina, in Cranio enim περικράνιος, in costis, ὑπεζωκὼς dicitur, vide Periostios.

Membrana pinguis, idest Mesaræon, & Mesenterium, 10. meth. 8.

Membrana secundiformis, uide Choroides.

Membranæ Sigmoides sunt tres illæ mēbranæ in vena arteriosa, à qua Pulmo alitur, intus foras spectantes, quas à figura literæ Sigma, Sigmoides appellarunt, 6. de vsup. cap. 14.

Membranæ subcingentes, vide Hypezochotes, Cingentes, Diaphrattondes, & Medianum.

Membranæ Triglochinæ, sunt membranæ arteriæ venosæ, quæ in pulmonem distribuitur foris intro pertinentes, quas Triglochinas appellarunt, non à figura aliqua, sed à mutua inter se ipsarum compositione, quæ Cuspidum, telorum eminentijs, atque angulis quos glochinas vocant, penitus est similis, 6. de vsup. cap. 14.

Membra spiritualia sunt, Pulmo, Cor, Thorax, & duplex arteriarum genus, læue, & asperum, 7. de anat. adm. cap. 1.

Membrum simplex est, cuius quamcunque partē sensibilem assumpseris, erit illi toti communicans in nomine & definitione, ut caro, & os, opposite verò membrum compositum, lib. de anat. viu.

Mendosę costæ, vide Illegitimæ.

Mendosę suturæ, uide Lepidoides.

Meninx Grecę μῆνιγξ, vide Membrana dura.

Meningophylax, ideſt membranæ custos; Lamina ęnea eſt, firma, paulum reſima, ab exteriori parte lęuis, qua chirurgi in Vulneribus Capitis utũtur, quo ties excidendum & attollendum eſt os, metusq; imminet, ne in ipſo opere Cerebri membrana, negligẽtius et ultra quam res expoſtulat, premendo, lędatur, ex quo ſopores & graues inflammationes cum mortis periculo oriuntur, propterea quod membranam à curationis iniurijs tueatur, μηνιγγόφυλαξ appellata eſt 4. loc. aff. 2.

Menſes, ideſt mẽſtruę mulierum purgationes, quę per uterum ſingulis menſibus fiunt, lib. de atrabile, cap. 8. quę & muliebris fluxus, & uteri Rheuma appellatur, 3. de cauſ. ſympt. cap. 4. Vnde menſes mouentia medicamenta ſunt, quę in peſſis, aut fomentis aut quouis alio modo vuluę admota, non habent uim familiarium ſuccorum attractricem, ſed hoc ſolo nomine bibuntur, ut ſanguinem extenuent, & meatus vteri obſtructione liberent, 5. ſimpl. 20.

Mentagra, uide Impetigo.

Mẽti eruptiones ſunt affectiones vlceroſę & aſperæ, in mento ſua ſponte naſcentes, quæ & menti papulæ & mentagrę appellantur, 5. de comp. med. loc. cap. 6. & cap. 7.

Mentum, quod Græci γένυον dicunt, id omne eſt, quod labro inferiori, lõga orbiculari figura ſubiacet, lib. Introd. c. 10.

Meri

Meri Arabibus, Gula Latinis, Grecis propriè οἰσοφάγος dicitur, & communiter Στόμαχος, omni .n. ventri, collum præpositum, instar Isthmi cuiusdam angustum, nominatur stomachus. Meri autem communis quædã uia est, quæ ab ore fert ad Ventriculũ, inter hũc, et fauces media, 4. de usup. et 13. meth. c. 4

Mesenteriũ (quod et Mesaræon, dicitur) utroq; nomine ab accidentibus ipsi indito; Mesenterio quidẽ à situ, Mesarço autẽ à peculiari substantia, nã & medium inter intestina situ est, et oẽs uenas ex iecore in ipsum descendentes (quç ob id Meseraicç dicuntur) vicinis arterijs, & neruis, in orbem complectitur, quemadmodũ intestina singula, 6. de anat. adm. c. 6.

Mesenterij appendiculum nominant, illud vnum principium in quo mesenterij venæ ac arteriæ, quç ueluti radices in arboribus ad concauam anfractuũ partem, inseruntur, inuicem coëunt, (in quo totum mesenteriũ cũ intestinis continetur) ligamenti natura præditum, sursum tendens, adiacentes sibi habẽs venas ad Iecoris portas; arterias aũt ad eã spinç partẽ, q̃ in septũ trãsuersum & renes habetur, 6. de anat. adm. c. 6.

Meseraicæ uenæ, uide Mesenterium.

Mesopleuria, idest, Intercostalia loca, lib. de musc. diss. cap. 23. vide Intercostales musculi.

Metacarpium, vide Brachiale.

Metalepticus, idest, trãsumptiuus, uel trãslatiuus motus, quẽ natura musculis quibusdã cõciliauit, 7. de vsup. cap. 14. vide Transumptiuus, & Euthyporos.

Meta-

Metaptosis, transitus est, siue transmutatio, alicuius morbi, vel febris in aliam speciem, ut si ex acuto fiat non acutus, ἐκ τῆς μεταπτώσεως fieri dicitur.

Metaphrenum, idest, Dorsum, media est scapularum pars, cui stomachus intus subiacet, lib. Introd. cap. 10. cui Thorax configitur tanquam ad carinam nauis, lib. tegni, cap. 29. vide Spina, Dorsum.

Metaporopœesis est exiguorum meatuũ status mutatio, ad naturalem statum, nomen est, idem plane potestate significans, quod μετασύγκρισις, à quo μεταποροποίησις, nihil differt, 14. meth. cap. 4. Vnde Metasyncriticum medicamentum, quod à dolore tollendo, etiam anodynon nominatur, confirmatorium est, & persanat, lib. de dynamid. in proœmio, et 7. de cõp. med. per. gen. cap. 11. ex alto adhuc humores euocat ac transfert, 1. de comp. loc. cap. 8.

Metasyncrisis, vide Metaporopœesis.

Metastasis morbi, propriè appellatur, cum ex parte vnã in alteram malum migrat, per abusionem aũt ipsius etiam solutio, ita nominatur, 5. aph. 7.

Metopon, μέτωπον, pars faciei supra oculos sita, & ad tempora usque protensa, substantia musculosa, & osse subiecto constans; Alijs frons tantum dicitur quantum inter supercilia & capillos patet, pilis nudum. Alij totum id spatium quod ab oculis, ad coronalem vsque suturam interiacet, frontem appellant, quod totum illud frontis os nuncupetur.

Metrenchytæ, idest uteri clysteres instrumentum

est, per

est, per quod in vterum medicamentorum idoneorum aliquod immittimus, quemadmodum & Otenchytæ, idest auricularij clysteres, per quos in aures & Recti Syphones, quos Catheteras uocant, instrumenta quibus in vesicam aliquid infunditur, 5. meth. 11.

Methodica medicina est, quæ communitatibus, et similium speculationi adhæret, omnes enim particulares affectus, ad generales duos reducunt, adstrictum & fluentem, quas communitates vocant, lib. Introd. cap. 3.

Milphosis, μίλφαι ἢ μίλφωσις, idem est, ac Madarosis, pilorū defluuium est è palpebris, ab acri fluxione, uide μαδάρωσις.

Mina Attica & Aegyptia, habet vncias sexdecim, Romana vncias viginti, lib. de pond. & mens. cap. 3. dicitur etiam Mina, Cordis capsula, & glandula, lib. de anat. viu.

Mochlia, traductio est ossis, aut ossium ad naturalem locum, ab eo qui preter naturam sit, lib. finit.

Modus morbi, vide Morbi mos.

Mola, μύλη, est os latum & rotundum, toti genu suprapositum, ob figuræ similitudinem sic dictum, à quibusdam patella, rotula, ἐπιγονατὶς dicitur; Est adhuc mola, caro informis & inutilis, in muliebri utero concepta; quem conceptū inutilē in utero concretum, si subdurus sit, μύλον, siue μύλην Greci appellitant, idest scirrhum.

Molares dentes, vide Dentes, & Toni.

Molli-

Mollicinum emplastrum, uide Malthacode.

Mollientia medicamenta, vide Malagmata.

Mollis pulsus est, in quo arteria quasi carnosior in occursu apparet, durus vbi siccior, rigidiorque in modum Corij, de puls. ad Tyron. cap.3. mollitudo autem & durities sunt tunicæ arteriæ qualitates, ibid.

Mollities oculorum (quæ & paralysis oculorum dicitur) morbus est, cum illorum voluntarius motus, omnino aufertur, quemadmodum cum minuitur, tremor et titillatio dicitur; Cũ verò deprauatur, ipsiusq; lacerti, non ut decet, mouentur, Spasmus nuncupatur, lib. de ocul. par.4. cap.7. vide Paralysis.

Monoculum, uide Cæcum intestinum.

Monohemera collyria sunt, quæ unius diei opera, lippitudines apta sunt curare, 4. de cõp. med. loc. c.2.

Moram, idest Triuon, siue attritionem dixeris, Hippoc. appellat, callo obduratam sedem, quæ ex diuturna capitis brachij immoratione efficitur, in ea carnis circũiectæ parte, in quam id prima prolapsione incubuerat, 1. de artic. 21.

Morbidus rigor, perfrictio est sanis eueniens, cum à nulla exteriori causa violenta corpus, sed ex se talem obtinet dispositionem, at cum aqua frigida corpori supra infusa rigor excitatur, non est morbidus rigor, sed cum ex ipsa corporis dispositione suscitatur, lib. de trem. conu. cap.6.

Morbosum (νοσῶδες) dicitur, ut corpus, ut causa, vt signum; nam corpora quæ morbos continent, cau-

sæ quæ

sæ quæ hos efficiunt, & signa quae ipsos indicant, νοσώδη Graecis, nobis morbosa dicuntur, Gal. initio artis paruæ.

Morbus, νόσος, est dispositio praeter naturam lædens operationes, 2.crif. cap.2. primò & secundum ipsius substãtiae rationem, lib.de Sympt. differ. c.1. praeter naturam dicere, siue contra naturam, nihil prorsus refert, utrunque enim vno uerbo παρὰ φύσιν, Graeci dicunt, nam & fœdus Ictericorum color, & lentigo, et alius quiuis etiam leuissimus affectus, contra naturam est, nec tamen morbus dicitur si propter sui exiguitatem, actionem non laedat.

Morbus Herculeus, vide Comitialis.

Morbus magnus, vide Comitialis.

Morbus puerilis est Comitialis affectus, cum à naturali intemperie prouenit, quibus humidum natura est Cerebrum, teste Hippoc. lib.de aëre, aqua & locis, ita scribente, pueris accidere conuulsiones & suspiria, quae putant puerulum efficere & sacrum morbum eße, ubi per puerulum, intelligit affectum, com. 1. in 6.de morb. vulg. 5. vide Comitialis.

Morbus regius, qui Arquatus, Aurigo, & Icteros dicitur, est bilis refusio in cutem, quo fit ut superficies tingatur, luteaque fiat, & vitietur cutis, albe quoque in ventre deiectiones fiant eo morbo affectis, lib.finit. vide Icteros.

Morbus sacer, vide Comitialis.

Moria & Morosis, est deficiens functio, ratioci-

natricis facultatis, quae etiam fatuitas dicitur, Graece μώρια, μώρωσις, de sympt. diff. c. 3. vide Fatuitas.

Mortifera facies est, de qua in Prognostico dixit, Naris acuta, oculi cōcaui, collapsa tempora, 3. acut. 54. vide Facies Hippocratica.

Morbi mos, siue paroxysmi, quem etiam modum uocant, ut si benignus, uel malignus sit, tum ex propria morbi specie, tum ex superuenientibus ei symptomatibus, spectatur, 1. de crisi, cap. 3.

Motòs, μοτὸς, linamentum, seu linteum carptum quod vulneribus, ulceribus, apertionibus corporis, seu siccum, seu medicamentis quae ob id ἐμμοτα, vocantur oblitum, inditur; vel ad sistēdum sanguinem, vel ad detergendum, siccandum, exedendum; Adhuc Motus linamenta vocant, & medicamenta sunt, quibus foris impositis, vel eschara vlceribus inducitur, vel meatus obstruuntur, uel cum carnosae partes quae circa vlcus sunt, vlceribus superimponuntur, aut ipsa cutis, aut quaecunque ipsi comminiscimur, 5. meth. 3. vide Emmota.

Motus naturalis, uel secundum naturam ac eius carentia est, quādo uoluntatis imperium sequuntur, si inuoluntariè in corpore fiant, praeter naturā sunt. Ad Thrasib. cap. 26. Motus enim sensibiles in animantium corporibus, cum sana sunt, duplices genere apparent, ex arbitrio sane, ac uoluntate, ac impetu, aut quomodocunque nominare uelint, nominum quidem periti, rerum autem scientiam negligentes, qui

neruorum, musculorumq; ministerio fiunt; atque has medici voluntarias actiones appellare solent; Alij verò motus in animantium corporibus existunt, qui arteriarum, & Cordis officio obeuntur, quos uitales nuncupant. Ac aliud quoddam tertium motuum genus in uenis habetur, quod et naturale dicitur, & sensibus non percipitur, lib. de trem. palp. cap. 2. Vnde motus naturalis & genus & species motus est.

Mox apparentia symptomata, vide Assidentia.

Mucor, uide Coxendix.

Mucosum humorē, eū consueuit appellare Hippo. qui lentore quodam, & albedine preditus est, qui ad exangues partes, hoc est ossa, & chartilagines cogi consueuit, cum imbecilla ita natura est, ut bene conficere alimentum in ipsis nequeat, sed quasi semicoctū quid relinquat; Non secus atque in oculis membranæ relinquunt, cum lippitudine laborant; Euadit autem natura imbecillior, aut ex propria intemperatura, aut ex multitudine humoris, quì illuc confluxit, vt in preter naturalibus tumoribus, 3. de artic. 65.

Mucro est inferna corporis Cordis pars, quæ tantum protenditur, quantum Cordis magnitudo occupat spatij, 2. de placit. 4. vide Basis Cordis.

Mucronata chartilago, uide Chartilago ensiformis.

Mucus, siue Grauedo, siue Coryza, non est pituitæ species, ut quidam falsò asserunt, sed excrementum est quod à Capite distillat, 2. natur. fac. 9. Mucus

siue Blena est crassior pituita, 2. de sem. cap. 6. Prodigus, mucum vocat phlegma frigidum & humidum albi coloris, 2. de natur. fac. 9. Mucum adhuc vocat Hippoc. 4. de artic. 42. quem alibi vocauerat mucorem, vide Coxendix, Blena, Phlegma.

Muliebris fluxus est humorum delatio, per uterũ, ad multum tempus perdurans, quam eius facit excretio, lib. finit. Vnde muliebria, idest menstruarũ purgationum uacuatio, quæ per circuitũ repetit, 3. prorrhet. 50. 5. aphor. 28. uide Menses.

Mulsa, vide Melicratum.

Multitudinis (quae & Plenitudo dicitur) notae sunt, vasorum distentio, rubor, grauitas vniuersi corporis, pigritia ad motiones, & tentiones membrorum, vlcerosa, & lassitudinaria sensio, traducta in otio prior uita, non sine ciborum ac potuũ largiore ingestione, & solitarum excretionum suppressione, lib. de multitud. cap. 1. & lib. de cur. rat. per san. cap. 4. Est autem multitudo, omnium humorum æquabilis redundantia, uel ut alij, solius sanguinis, nõ qui syncerus sit, et alijs humoribus impermixtus, sed cum ijs naturæ modo confusus, qui cum in hominum corporibus exuperat eius excessus πληθώρα vocatur; Ea autem duplex est, una πρὸς ἀγγεῖα, vel vt alij vocant κατὰ τὸ ἔγχυμα, hoc est quo ad uasa, quoniam humoribus per uasa infusis, consistit; quae & vasorum plenitudo dicitur, cum uenæ tunicę in tumorem impletę supra naturalem cuiq; modum se attollunt,

sunt, praeterque id tensio accidit, lib. de multit. cap. 10. Altera πρὸς τὴν δύναμιν, idest quoad uires, cũ nonnulli qui consueta etiam num munia obeunt, sentire sese graues, pigros, segnes, atque ægre mobiles referunt, lib. de cur. rat. per san. cap. 4. illa propriè Plethora dicitur, qualis athletarum est.

Musculus, lacertus, Μῦς, neruosum corpus est, permista huic carne, ad partium corporis motum procreatus, lib. finit. Estque proprium instrumentum, motus uoluntarij in animalibus, 16. de usup. cap. 2. cuius substantia duobus constat, carne & fibris positu simplicibus, & secundum longitudinem vt plurimum exporrectis. Cuius tres sunt partes, caput quod & principium appellant, in quod neruus & ligamentum inseri solent, venter carnosus magis, & musculum præcipue circumscribens, & finis ex quo tendo & Aponeurosis oritur, atque in partes mouendas inseritur; 1. de motu musc. & 12. de vsupar.

Musculi carnosi, sunt musculi recti, quibus nulla caro subest, vnde ambientibus musculis candidiores sunt. 5. de anat. adm. cap. 7.

Musculi cremasteres, idest suspensores, sunt duo graciles musculi, in utrumque testem peruenientes, quorum alter à pubis, alter ab ilium osse, per membranosum ligamentum tenue exoritur, illic per meatum qui ad testem deuenit, perferuntur, qui testem sursum attollunt, lib. de musc. diss. cap 27.

Musculi masticatorij, vide Mandibularij.

Musculi Rhachytæ, idest spinales, lib. de musc. diss. cap.24.

Musculi temporales, uide Crotaphitæ & Mandibularij.

Musculus cuticulosus, vel carnosa cutis, qui extremis cutis sedis partibus; admiscetur, lib. de musc. dissec. cap.30.

Musculus latus, μυῶδες πλάτυσμα, *vide latus musculus.*

Musculus maximus qui Psoa dicitur, est qui ab imis regionibus exortum habens, ad humeri de articulationem ascendit, lib. de musc. diss. cap.31. vide Psoa.

Mydesis commune nomen est, partium quæ ex putrefactione corrumpuntur, lib. Introd. cap.15.

Mydriasis dicitur, cum pupilla quidem, nihil colore variat, dilatatur autem magis quam natura poscat, ut Iridis circulo fiat proxima, & visioni noceat, est enim pupillæ nimia dilatatio, 3. meth. 2. & lib. Introd. cap. 15.

Myelos, quasi medulla μύελος, *familiare ossis nutrimētum est, 2. de usup. 16. substantia simplex est humida, pinguis, alba, sensus expers in cauis ossium contenta, exanguis quidem, sed ex sanguine in ipsas cauitates per uenas illabente ortum habens, quę si in Cerebro spectetur, dicitur* μύελος ἐγκεφάλιτης, *idest medulla spinalis, vel* νωτιαῖος, *uel* διαυχένιος, *uel* ψοΐτης, *ad alterius differentiam.*

Myla

Myla, vide Patella.

Mylphæ appellantur, defluuia palpebrarum, 4. de comp. med. loc. 5. Adhuc sunt pharmaca arida, quæ scabris palpebris conueniunt, & ad palpebrarum defluuia conducunt, & obtusè cernentibus, siue per ætatem, siue crassitudinem, aut frigiditatem humorum in oculis, aut flatus caliginosi redundantiam, id accidat, ibidem.

Myocephalon, idest, muscæ caput, est exigua vueæ tunicæ porrectio in nigro oculi, muscę capiti similis, per vlcerationem facta, lib finit. species est τῆς προπτώσεως, *idest procidentiæ oculi.*

Myodes platysma, vide Latus musculus.

Myopiasis, est dispositio ab ortu contracta, qua propinqua cernimus, remota vel parum, uel omnino nihil, lib. finit. μυώπια *affectio,* μύωψ, *qui afficitur; differt à Nyctalope, qui non natura, sed morbo talis euasit; uide Lusciosus.*

Myracopa, medicamenta sunt, quae lassitudines tollunt, cum quadam odoris suauitate, 6. de comp. med. per gen. cap. 11. μυράκοπον *Græce.*

Myrmecia Μυρμηκιὰ καὶ ἀκροχορδὼν, *vtrunq; malum, cutis exigua est excrescentia callosa, & magna ex parte rotunda. Sed Myrmecia latiore basi & sessilis est, ac in scalpendo & attritu mordentis formicę sensum efficit, ideoque Latinis formica appellatur. Acrochordon autem basim angustiorem obtinet, vt chordæ nexu suspensa eße uideatur, Latini verrucā*

vocant simpliciter, aut cum adiectione pensilem. 2. meth. 2. quas Clauos, Callos, & Pylus uocant, quas aceto acri macerantes corticem arboris Itææ combustum, tollunt, 6. simplic. vide Formica.

Mysis, idest meatuũ conniuentia, vide Stegnosis.

Myurus pulsus, siue Sorici cauda, est qui Soricis, murisuè caudam imitatur, quae in acutum terminatur, ut cum secundus ictus primo est paulo minor, tertius secundo, quartus tertio, 1. de differ. puls. cap. 11. à figuris nomen, quę in acutum terminant, mutuantes, ibid. Adhuc myuri pulsus dicũtur, qui ex maiori adaucto fiunt minores, ex frequenti rariores, ex celeri tardiores, lib. finit. μυουρίζων σφυγμὸς Gręce.

Myxa, Græce μύξα, est humor ex naribus fluens; Latinis mucus, & pituita narium dicitur.

 N 

NARCOTICA, *quæ & hypnotica, stupefacientia, somnifera, Gręce* ναρκωτικὰ φάρμακα *(Colica etiam appellantur, 5. de comp. med. loc. cap. 9. & lib. 7. cap. 5.) nuncupantur, hoc est somnũ conciliantia medicamenta, quæ temperiem sortiuntur, uel summe aduersam ijs quae reuera sunt anodyna; refrigerant siquidem omnia corpus, & sensum eo vsque obstupefaciunt, ut si paulò liberalius ebibantur mortem afferant, 5. simplic. 19. vide Anodyna, Colica, Hypnotica.*

Nares, μυκτῆρες *propriè dicuntur, concauæ nasi par-*

partes vtrinque positę, quæ meatum præbent spiritui & odoribus, veruntamen quandoque totum etiam id membrum μυκτὴρ à medicis appellatur, qui Latine Nasus dicitur, odoratus instrumentum, quippe si occlusis naribus spiritum ore adducimus, odorem nullum sentimus, sin autem spiritum apertis naribus attrahimus; odor sensum protinus mouet, in medio oculorum prominens, lib. de instr. odor. cap. 1. Nasus uerò in se septum quoddam per media loca diductũ habet, duoq; foramina satis conspicua, hæc inquam, quae cernuntur, & in singulis naribus singula sunt, nares dicuntur, ibid cap. 2.

Narium alę, vide Alæ narium.

Nasus, uide Nares.

Nates, quas πυγὰς, & γλουτοὺς Græci uocant, sunt inferiores corporis partes, quibus natibus carnosa corpora substrata sunt, quarũ gibbæ partes, quod orbiculares sunt, sphæromata, ceu modo orbium factę Græcis appellantur, lib. Introd. cap. 10.

Nates Cerebri, vide Glutia.

Natiuus calor, (quem & calidum innatum uocãt, cuius ui omnium animantium vitam natura moderatur) apud Galenum est aut anima, aut primum & præcipuum animæ instrumentum, quo omnia, quę sunt ad vitam necessaria, administrat; cuius caloris præsentia, uita est, vt absentia mors; inæqualiter in singulis corporis partibus dispersus; In Corde flagrantissimus, in uentriculo & præcordijs moderatior

ratior, in capite & Cerebro adhuc minor, in ossibus perexiguus, pro ut natura vnicuique particulæ expedire adiudicauit. Hic fixus insitusq; dicitur, hoc est à natura, in prima conformatione singulis partibus certa mensura inditus; Cui calor fluens aduentitius opponitur, quem natura in Corde tanquam in quodā penu collocauit qui ab eo per arterias cum spiritu & sanguine suis vehiculis & pabulis continenter depromitur,ferturque in singulas partes, ut earum calorem natiuum, fixum, insitumq; foueat, atq; instauret; qui calor fluens, in mœrore, metu, uerecundiæ initio, frigore, accessionum principijs & somno, intrò cum sanguine & spiritu ad Cor recurrit, ob idq; per eos affectus, & cutis & subditę illi partes frigent et pallent, contra in gaudio, uerecundia iam uigente, statu accessionum, vigilia, ad cutim copiosior effunditur, cum spiritu, & sanguine, à quibus, calor, rubor, tumor & nitor inducitur.

Naturæ nomine, temperamentū intellexisse Hippocratem, atque id esse pręcipuum, & maxime proprium Naturæ significatum, ab ipsa naturæ substantia desumptum, cum sępissime, tum libro toto de natura humana, Galenus testatur, 3. aphor. 2. vbi naturarum has dicit æstate, has hyeme, male beneuè se habere.

Naturalis motus, uide motus naturalis.

Naturalis uirtus, φυσικὴ δύναμις, *à Galeno in arte parua, distinguitur, in primas, seu principes, & in se-*

in secundarias, siue ministras; primae statuuntur tres generatrix, auctrix, nutrix. His omnibus singulis, aliæ quatuor inseruiunt, attractrix, retentrix, concoctrix, expultrix, quæ non in iecinore modo, sed in omnibus vel minimis corporis partibus, insunt.

Nauiforme os, uide Scafoides.

Nausea, uide vomitus.

Nauseationes in uenis, idest, ναυσιώσιας appellat Hippocrates quas prius vocauerat exuccationes hoc est sugillationes, cum venæ (more eorum qui nauseã patiuntur, & euomunt,) sanguinem expuunt ac quasi euomunt, tum ex propria imbecillitate quam ex inflammatione contraxerunt, tum ex ipsius sanguinis copia, & prauitate, 2. de fract. 24.

Nebulæ, Grece νεφέλια, sunt utriusque oculi mẽbranæ ex aliquo vlcere tenues & superficiarię albedines & caligines, nam si crassiores sint & profundũ petant λευκώματα, & albugines dicuntur, lib. de remed. par. fac. cap. 12.

Nephritis dicitur omnis affectus, quo ren laborat, siue is similaris sit ut intemperies, siue instrumentalis, ut Calculus, siue communis, ut ulcus inflammatũ; propriè tamen Lithiasis, idest calculi morbus, nephritis appellatur, lib. de ren. aff. dign. cap. 2. Omnes verò homines qui subinde difficulter meiunt, aut etiam suppressam vrinã omnino habent, ubi circa lumbos dolent, ac arenosa meiunt, nephriticos dicunt, quo calculo emisso, eorum protinus dolor, &

vrinæ

vrinæ ſuppreſſio deſinit, 1. de placit. cap. 13. Vnde nephriticas antidotos, & compoſitiones appellant, quas renibus affectis accommodant, ut ex ipſa appellatione manifeſtum eſt; nephriticę enim nihil aliud, quàm renales ſonant, 10. de comp. med. loc. cap. 1.

Neruum quidam appellant, omnia ſimilarium corporum genera, in animalibus quę & exanguia, & ſinu carentia videntur, ut quę ex oſſibus ab Hipp. Copula vocata, quę ex Cerebro & dorſali medulla ab eodem propriè Neruus & Tomus, dicta, quæque ex muſculis Tendo, dicti, prodeunt, quidam igitur omnia hæc neruos appellantes, primum ipſorum genus colligatorium eſſe aiunt, ſecundum autem ſenſibile, atque electorium, tertium aponeuroſim, hoc eſt neruorum propaginem, cognominant, cō. 1. in 6. de morb. vulg. νεῦρον igitur, ἀπὸ τοῦ νεύειν, Gręcis dictum eſt, quod nutare & flectere ſignificat, vt docet Gal. initio libri de motu muſcul. vide Tonos.

Neruum colligantem medici uocant, νεῦρον συνδετικὸν, quem Hippoc. vocat ligamentum ſeu σύνδεσμον, Copulam, ex oſſibus ortum ducit, uide Neruū.

Nerui duri & molles non eadem ſubſtantia ſunt, molles enim ad ſenſum, duri ad motum ſunt deſtinati; non quidem quod duri non ſentiant, ſed à duris hebetior & obtuſior fit ſenſus, quàm à mollibus, mollium principium eſt Cerebrum, durorum ſpinalis medulla; ab hoc principio ſinguli in ſuas ſedes à natura mittuntur, molles quidem in organa ſenſuum, duri in muſcu-

musculos; dicuntur autem molles, uel duri, sibi & ad Cerebrum, collati.

Neruos opticos, seu visiuos, vide neruos sensificos

Neruos sensificos in genere uocant, qui ad sensuũ instrumenta mittuntur, aliis quidem qui mouent mẽbrum molliores, 7. de plac. 5. proprie autem sensificos vocant neruos siue Poros, neruos à Cerebro ad oculos descendentes, qui soli sunt conspicuæ & sensibiles viæ spiritus, 10. de vsup. 12. eosdem Opticos vocãt, 16. vsup. 3. eosdem & uisiuos ab actione nomen imponentes, lib. de neruor. diff. cap. 2.

Nerui uocales sunt nerui gutturis, qui ad instrumenta vocem concinnantia propriè pertinent, quos Galenus, & inuenit, & eo nomine donauit, quibus vel incisis, vel laqueo interceptis, uox perit; qui alij sunt à neruis apud arterias existentibus, quos recurrentes nominant, ipsorum enim essentiæ pars sunt, vtrique enim vocem efformant, 1. loc. aff. 6.

Neruus cauernosus, vide Neruosum.

Nerui uoluntarij (ne æquiuoca nomina obscuritatis aliquid afferant) qui ex Cerebro, dorsiq́ue medulla ortum ducunt, qui ex musculis tendones, qui ex ossibus ligamenta à nobis appellentur, lib. de ossib. in procemio.

Neruorum coniugatio dicitur, quoniam neruus non unus aut simplex aut ἄζυγὴς, à suo principio proficiscitur, sed omnes coniugati feruntur, ideoq; ab anatomicis neruorum paria appellantur, ac septem

qui-

quidem paria à Cerebro, triginta verò à spinali medulla proficiscuntur.

Nerui recurrentes, νεῦρα παλινδρομοῦντα, sunt rami duo neruorum sextæ coniugationis à Cerebro prodeuntium, quorum dexter circum arteriam quę axillam adit, sinister verò circum magnum arterię descendentis truncum obuolutus, sursum reuertitur in laryngem, ad uocem efformandam, quare Galenus 4.loc.aff. φωνητικοὺς, maluit appellare, idest vocales, ita enim sunt neceßarij ad vocem, ut secti vel intersepti vocem prorsus aboleant; refrigerati verò tãtisper vocem impediant, donec calefacti, naturalem temperiem recuperauerint, 1.loc.aff.6.

Neruosum, νευρῶδες, corpus est spermaticum, & exangue, ad nerui naturam & similitudinem accedens; licet enim Galenus tria neruorum genera dicat initio, lib.15.de vsu part. & com.1.in 6. τῶν ἐπιδημιῶν, ut verbo Neruum docui; prętcr illa tamen tria genera, sedes, vterus, vesica, & pudendum neruosa dicuntur, cum tamen nullo prædictorum generũ contineantur, aut cõponantur; sed quod neruosorum corporum similitudinem gerãt, contrahi enim in angustum, & extendi in latum possunt, quae corpori carnoso & pingui non conueniunt. Vnde quidam Penis colem, neruum cauernosum appellant, ab eoque penem & ipsum totum cauernosum uocant, quod contrahi, extendique possit, com.1.in 6.de morb.vulg.2.

Neruosę discriminationes sunt fines membranarum,

rum, quę orificijs cordis adiacent, 1. de placit. 10.

Nestes intestinum, vide Entera, & Ieiunum.

Neurotonus est is, qui in neruis uel tendonibus, sine discrimine, vulneratus est, 3. de comp. med. per gen. cap. 2.

Neutrum corpus est, vel quod neutrius extremae dispositionis est particeps, uel quod utriusque, uel quod nunc huius, nunc illius, ut salubre nunc, nunc insalubre, lib. tegn. cap. 6.

Nigra bilis est humor melancholicus, qui dū animal naturaliter se habet, quotidie gignitur, quæ alia est ab ea quæ ex vstione ac uelut aßatione conflatur, 14. meth. cap. 9.

Nigra uena, uide Media, Communis.

Nigritia, & Nigror, uide Contusio, & Effusa.

Nodi sunt extrema pars postbrachialis, à quibus digiti incipiunt, quos Condylus Græci uocant, lib. Introd. cap. 10.

Nomas appellare medicis mos est, putrescentia ulcera, ab eo quod putredo depascat, & ad vicinas parter serpat, (ἀπὸ τοῦ νέμεσθαι, quod pascere significat) vna cum primum uitiata, & ipsas corrumpens, 9. simplic. vide Phagedenas.

Nothę costę, uide Illegitimæ.

Noton, vide Tergum.

Notyęos myelos, uide Myelos.

Nubis nomen, solent medici ab aëre ad vrinas transferre, siue Hippocrates, hoc nomen primus pro

aliqua

aliqua eorum quæ pendent in urina, specie, vel Vrinarum, siue is alius attribuerit; Vt ergo in aëre interim tempestas fit, ubi nubibus condensatus sit atris, caliginosa; interim purus apparet & serenus, uidenturque nubes quedam per eum disiectæ, ac tum aër nubilosus dicitur; quo quidem tempore nubium cernimus colorem, non exquisite atrum, nec lucidum, sed inter hos medium; haud aliter nubes in urina, quam vocat etiam Hippocrates nebulosam suspẽsionem, alia alba, alia nigra, alia media est, com. 1. *in* 3. *de morb. vulg.* 4. *quę dicitur Nubes, Nubecula sublimamentum*, ἐναιώρημα ἐπινέφελον, *Ceterum id omne crudum esse, & à flatuoso spiritu, in altum efferri Galenus docuit, quod uerò perfecte concoctũ, secretum, æquale similareque est, id certe quoniam nihil flatus habet, in fundum uasis urinarij descendit.*

Nucha, vulgo appellatur, quae Latine spinalis medulla, Graece νωτιαῖον μυελὸν, *vide Medulla spinalis.*

Nutrimentum est, quicquid substantiam nostri corporis conseruare, & augere aptum est, 1 *simplic. c.* 1.

Nutritio est continuo effluentis substantiæ reintegratio, vnumquodque verò, eâ substantia, quâ primum genitum est, ali etiam perpetuò consueuit, 1. *de semin. cap.* 16. *vide Prothesis. Vocatur autem alteratio ipsa, usque quo alimentum in similitudinem partis, quę nutritur, transmutatur, concoctio, vbi verò iã parti apponit, nutritio,* 8. *de cõp. med. loc. c.* 6.

Nycta-

Nyctalops νυκτάλωψ, *lusciosus, is est qui die videt obtusius, sole occiduo acrius, nocte magis adhuc, vel contra, die parum, uesperi aut nocte prorsus nihil, vnde nocturna oculorum cæcitas appellatur, 2. meth. 2. 4. de cōp. med. loc. 8. & lib. Introd. vide Lusciosus.*

Nympha, vide Colliculum.

O

OBAVDITVS, siue Obauditio, est vitiata actio auditricis facultatis, pro portione respondens vitioso visui, veluti cum oculis, colore, figura, magnitudine, vel situ mutata videntur, differens à Barycoia quæ est audiēdi difficultas, grauis auditus, seu diminuta audiendi actio, vt surditas est ablata audiendi actio; Aufertur autem, minuitur, vel deprauatur auditus, aut læsa aliqua aurium particula, aut neruo qui in has à Cerebro, pertinet, aut Cerebro ea parte, qua is neruus exoritur, 1. de Sympt. caus. cap. 3. 4. 5. vide Barycoia.

Obliquatus pulsus est, qui non constituta in rectum arteria præter situm editur, lib. finit.

Oblongum & depressum dicitur ossis caput, ad ceruicem id ipsum cui adnascitur, referentes, lib. de ossib. in proœmio.

Obelæa sutura, est cranij cōmißura recta, quæ à media syncipitis sutura ad mediā suturā occipitis secūdū lōgitudinem extenditur, Græce dicitur, ὀβελαία, καὶ

ῥαβδοειδὴς ῥαφὴ, vtrunque nomen inditum est, quod veru aut sagittę, aut uirgæ instar recta incedit, Latini rectam & sagittalem vocant, 9. de vsup. 17. et lib. de ossib. in proœmio.

Obseruatio, τήρησις, Empiricorũ uox est, qui quicquid obseruassent fieri in morbis, id ἄθροισμα, & quasi axioma nuncupabant; à qua proxime artem constituebant.

Obstipitas est distortio spinæ ad lateralem corporis partẽ, 3. de artic. 2. quam Scoliosin Græci uocant, vide Cyphosis.

Obstructio, vide Compressio.

Obstruentia corpora, quae Gręce Stegnotica, quęque generaliori nomine contrahentia, occludentia, et constringentia dicuntur, sunt quae ora uasorum occludunt, & quae sensibiles excretiones cohibent. Corpus enim stegnoticum, quod claudit, et continet in se, nec quicquã quod sensu queat percipi, ex se se emittit, Graece στέγνον nuncupatur; Differunt à condensantibus, quod haec poros & meatus corporis cõtrahãt, obstruentia autem & oppilantia, vasorum corpora. 5. simplic. 14. illa στεγνωτικὰ, haec πυκνωτικὰ Gręci vocant.

Obstupescentia est, cum æger iacens, neq; aliquid dicit, neque agit, sed apertis oculis quietus manet, similis ijs, qui ex timore sunt attoniti, 7. aph. 14.

Occiput, ἰνίον, ea est capitis pars, quae à uertice tanquam à centro circuli, vnde capillorum prouentus

tus incipit, ad posteriorem Capitis partem, usque ad Tendones, descendit, lib. Introd. cap. 10.

Ochima trofis, idest, uehiculum nutrimenti, simul cum appellatione, usum ostendens, quod Hippoc. uocat serosum recrementum, est aquosa & tenuis sanguinis humiditas, ad crassam substantiam Chymi, per arctas uenas, in totum corpus ferendam, 4. de vsup. cap. 5.

Ochthode ulcera, idest, uerrucosa, quae non maligna & contumacia sunt, sed solum labra callosa & dura habent, 4. de comp. per gen. cap. 5. vide Dulcia ulcera.

Ocrea, uide Tibia.

Odaxismus, ὀδαξισμὸς, est pruritus is, qui conceptis iam intra gingiuas dentibus, & erumpere festinantibus, sentitur; quo solent infantes relatis ad os digitis, identidem eos mordere, & ipsi gingiuas suas confricare.

Odontalgia, idest dentium dolor, 2. meth. 2.

Odontoides, uide Dentem.

Odontophyia, puerorum est dentitio, ubi scilicet è gingiuis prorumpunt dentes.

Odoratum, nominant, non solum odoris sensum, sed etiam vim ipsam, cuius odorandi officium est, lib. de Instrum. odor. cap. 1. ὀσφρήσεις Graecè.

Oedema, οἴδημα, uidetur Hippoc. omnes praeter naturam tumores, hoc uocabulo nominare, siue dolore careant, durique sint, quos scirrhos Graeci ap-

pellant, siue dolorem inferant, quos phlegmonas, idest inflammationes propriè uocant, siue absque dolore laxi, atque molles sint, hos uerò solos οἰδήματα, Græci nominant, com. 1. in 6. de morb. vulg. 2. Atqui oedema est tumor praeter naturam, qui dolore vacat, & digitis cedit, & si aliquando apud Hippoc, significet durum, & dolentem tumorem, 1. progn. 29.

Oenodes uinum, idest, uinosum, quod multam sustinet aquæ mistionem, & imbecilles uires ferit, quod & Polyphorum, & multiferum appellatur, quod ut bene temperetur, multam exigit aquam, Contrario autem modo, Oligophoron, siue pauciferum, quod ut bibatur minima eget aquae mistione, 3. acut. 20. & 7. meth. 6. uide Hydatodes.

Oesophagum ueteres nominabant, eam partẽ, quæ inter fauces, & os uentriculi media est; Aristoteles & qui post eius seculum scripserunt, stomachum, nos gulam appellamus, quae uia est eorum quae tum deuorantur, tum uomitione deijciuntur; 5. loc. aff. 5. gula, Arabibus Meri dicitur.

Oesyperus, idest, lana succida, siue non lota, 14. meth. 7. uide Lana succida.

Olecranos, quartus est musculus, qui per profunda adit cubitum, in medio gibberi, interioris, inferiorisque brachij capitis interuallo constitutus, 3. de anat. adm. cap. 4. à quo, & Cubitus, & Cubiti os, Olecranos appellantur, uide Ancon.

Oligophoron, uide Oenodes.

Oligotrophia, idest, parcior nutritio, 3. sanit. tuen. cap. 8.

Omentum, ἐπίπλοον ἢ ἐπίπλουν, est corpus membranosum ex duplici peritonæi, ceu plexu compositũ, procedensque medium inter uasa, quae in ipso continentur, quibusdam aut multo infra quàm umbilicus consistens, quibusdam ad pubis ossa descendens, cum in pronum, ceu ad Vmbilicum, paruae magnorum uasorum soboles, ex alto deferuntur, 6. de anat. adm. 5. ex duabus tunicis densis, & subtilibus sibi incumbẽtibus, quam plurimis arterijs & uenis, & pinguedine non pauca conflatum, gratia calefaciendi, 4. de usup. 9. quod Epiploon, siue Epiplun, Arabibus zirbus, Antiquis Rete, quod ita instructum Omentum reti non sit absimile, indeque & γαγγαμὼν, & σάγηνη à plerisque dictum fuit, lib. de neru. & art. diß. c. 1.

Omiaea uena, idest humeralis, ramus est uenae cauae clauiculas supergressae per omoplatã in brachiũ descendens, quã Galenus interdum externam uocat, ad differentiam axillaris, quam internam nominat, uide Humeraria.

Omotribes, siue Omphacinum oleum, idest crudũ oleum, ex oliuis immaturis expressum, 8. meth, 3.

Omoplatae (quae & homoplatae dicuntur, & Scoptulae, 8. meth. 8.) idest scapulae quae humeri articulum constituunt; est enim in extremo scapularum insculpta capacitas tanta magnitudine, quanta Capiti brachij dearticulando, cui inseritur, esset aptissi-

ma, 13. de vsup. cap. 10.

Omos, humerus. Propriè dicitur id totum, quod in articulatione brachij cum Omoplata apparet sensibus, est enim reuera ipse articulus brachij cum Omoplata.

Oncos, apud Hippoc. idem est ac tumor, significatque id, quod est supra id quod est secundum naturam incrementum, lib. de tumor. cap. 1. Onchos uerò & Poros quidam nostri corporis meatus uocant, 1. simplic. cap. 1.

Onix, idem quod πύωσις, lib. finit. est autem puris collectio in nigro oculi, cum phlegmone, iuxta Iridē, Graece ὄνυξ.

Ophiasis, est affectus capitis, quo capilli primum extenuantur, deinde decidunt, certis spatijs in Serpentis similitudinem; Idem reuera cum Alopecia malū est, solaque figura ab eo differt, uide Caluities & Madarosis.

Ophthalmia hoc est lippitudo, frequentissima oculorum affectio, estque inflammatio tunicæ, seu pelliculae os capitis, & Caluariam ambientis, quam et membranā agnatam uocant, propterea quod alijs quae oculum ipsum constituunt, tunicis, forinsecus adnata sit, ligamentum existens toti oculo, ad circumsita ossa, & ob id omnia quae circum circa oculos sita sunt, usque ad malas, quandoque in uehementi lippitudine attolluntur, 4. de cōp. med. loc. c. 2.

Opium, est papaueris lacrima & succus, 2. de antid. 7.

tid. 7. Vnde opiata medicamenta sunt, quibus opium admiscetur, quae Arabes vocant Alsabiar, idest Somnifera.

Opistotonos, uide Distentio.

Opopanacem vocant Panacis guttam & liquorē, 3. de comp. med. per gen. cap. 5.

Oppilatio, uide Compressio, & Obstruentia.

Optici nerui, sunt primum neruorum par, quod cū vtroque Cerebri panniculo, ad oculos descendit, secū uisibilem spiritum ducens, lib. de ocul. par. 2. cap. 3. uide Neruos sensificos.

Ordinatus pulsus est, quando ictus pari semper numero, paribusque pulsibus procedunt, quique per circuitum par est, de Puls. ad Tyron. cap. 6.

Orexis, ὄρεξις, appetitus, siue appetentia; est cōcupiscentia cibi & potus, quam Hippoc. λιμὸν, hoc est famem appellauit, eo aphorismo, quo scripsit, famem meri potione solui, ut in commento Galenus annotauit.

Oricularia, vide Laminas.

Oroboides Vrina, quæ habet hypostasim similem orobis, eaq; fit à Colliquatione, & dissolutione Carnis, lib. de vrinis, cap. 26.

Oros dicitur à quibusdam τόπεδιον, hoc est pars tota pedis superior, quam alij πολυόστεον appellant, idest multorum ossium, Orros verò tum serum lactis significat, tum Perinæon, tum etiam sacri ossis extremum, ad Caudam usque protensum.

Orthocolon, ὀρθόκωλον, *quasi rectus articulus est articuli uitium, quando ob durum aliquem tumorem chorda musculos partem aliquam inflectentes, non sequitur, sed perpetuo articulus tenditur, nec inflecti potest, 3. de artic.*

Orthopnœa, quasi rectam spirationem dixeris, est magna spirandi difficultas, ut non aliter ea fieri possit quam recta ceruice & thorace, qualis iis accidit, qui velociter cucurrerunt, unde affectio ὀρθόπνοια, *qui sic affecti dicuntur* ὀρθοπνοικοί. *Idem malum ab alio symptomate Asthma nuncupatur; uiscosis, & crassis humoribus, circa asperas in pulmone arterias sine febre cõgregatis, 1. de difficult. respir. cap. 11. & cõ. 4. in 6. de morb. vulg. 4. vide Anhelosi.*

Os Στόμα, *duobus modis dicitur, primum quantum diducta labra patent; secundo & propriè totum id spacium, quod diductis labris ad imas vsque fauces interiacet, in quo dentes, palatum, lingua, gurgulio, & tonsillæ duę continentur, quarum omnium partium vna tunica est, etiam naribus communis.*

Ossa, ὀστᾶ, *partes humani corporis durissimę siccissimæ, maximeque terrestres & frigidæ sunt, quæ se mutuò, & alias partes omnes, tanquàm fundamenta sustinent, & firmant, atque ad vniuersam corporis substantiam substentandam subijciũtur, quibusq; omnia adnascuntur, & stabiliuntur, lib. de ossib. in procemio.*

Ossa alata, vide Pterigodes.

Os Balliſtæ, uide Aſtragalus.

Oſſa cauernoſa, vide oſſa Ithmoidea.

Os chartilagineum, eſt quod ad caput Cordis inuenitur, ad quod omnium ipſius ligamentorum principia adaptantur, quod aliqui os chartilagineum, alij chartilaginem oßeam nominant, 7. de anat. adm.

Oßa colatoria, ſiue Colo ſimilia, vide Oſſa Ithmoidea.

Os cubiforme, vide Os Cyboides.

Os Cyboides, ideſt, cubiforme, eſt quod ab externis Tarſi partibus, eſt locatum; firmumque in terra ſtatuitur, 3. de vſup. cap. 7. & dearticulatur cauitati calcanei, ad finem adiacenti, ibid. cap. 8.

Oſſa foraminulenta, vide oſſa Ithmoidea.

Os frontis, quod vulgus Coronale vocant, vide Coronale os.

Os humeri, quod Arabes, os adiutorij vocant, vide Adiutorij os.

Oſſa Ithmoidea, ſunt oßa quædam foraminulenta, & cauernoſa in meatu olfactorio poſita, quæ natura variè pertuſa velut ſpongiam & cribrum appoſuit; ſimul ne aliud corpus durum extrinſecus incidat, ſimul ne uiribus integris aër frigidus inſpirantibus nobis, recta in Cerebri ventriculos ſe ſe inſinuet, ſimul vt uapor odorem ſecum ferens per ea foramina à Cerebro recipiatur, ſimul vt Cerebrum vacuaret repẽte ac ſemel ſi quando vſus inciderit, excrementorum copiam; quæ quoniam ad Cribri & ſpongiæ ſimilitu-

dinem

Orthocolon, ὀρθόκωλον, *quasi rectus articulus est articuli uitium, quando ob durum aliquem tumorem chorda musculos partem aliquam inflectentes, non se quitur, sed perpetuo articulus tenditur, nec inflecti potest, 3. de artic.*

Orthopnœa, quasi rectam spirationem dixeris, est magna spirandi difficultas, ut non aliter ea fieri possit quam recta ceruice & thorace, qualis ijs accidit, qui velociter cucurrerunt, unde affectio ὀρθόπνοια, *qui sic affecti dicuntur* ὀρθοπνοικοί. *Idem malum ab alio sym ptomate Asthma nuncupatur; uiscosis, & crassis hu moribus, circa asperas in pulmone arterias sine febre cōgregatis, 1. de difficult. respir. cap. 11. & cō. 4. in 6. de morb. vulg. 4. vide Anhelosi.*

Os Στόμα, *duobus modis dicitur, primum quantum diducta labra patent; secundo & propriè totum id spacium, quod diductis labris ad imas vsque fauces interiacet, in quo dentes, palatum, lingua, gurgulio, & tonsillæ duę continentur, quarum omnium partium vna tunica est, etiam naribus communis.*

Ossa, ὀστᾶ, *partes humani corporis durissimę siccissimæ, maximeque terrestres & frigidæ sunt, quæ se mutuò, & alias partes omnes, tanquàm fundamenta sustinent, & firmant, atque ad vniuersam corporis substantiam substentandam subijciūtur, quibusq; omnia adnascuntur, & stabiliuntur, lib. de ossib. in procemio.*

Ossa alata, vide Pterigodes.

Os Balliſtæ, uide Aſtragalus.

Oſſa cauernoſa, vide oſſa Ithmoidea.

Os chartilagineum, eſt quod ad caput Cordis inuenitur, ad quod omnium ipſius ligamentorum principia adaptantur, quod aliqui os chartilagineum, alij chartilaginem oßeam nominant, 7. de anat. adm.

Oßa colatoria, ſiue Colo ſimilia, vide Oſſa Ithmoidea.

Os cubiforme, vide Os Cyboides.

Os Cyboides, ideſt, cubiforme, eſt quod ab externis Tarſi partibus, eſt locatum; firmumque in terra ſtatuitur, 3. de vſup. cap. 7. & dearticulatur cauitati calcanei, ad finem adiacenti, ibid. cap. 8.

Oſſa foraminulenta, vide oſſa Ithmoidea.

Os frontis, quod vulgus Coronale vocant, vide Coronale os.

Os humeri, quod Arabes, os adiutorij vocant, vide Adiutorij os.

Oſſa Ithmoidea, ſunt oßa quædam foraminulenta, & cauernoſa in meatu olfactorio poſita, quæ natura variè pertuſa velut ſpongiam & cribrum appoſuit; ſimul ne aliud corpus durum extrinſecus incidat, ſimul ne uiribus integris aër frigidus inſpirantibus nobis, recta in Cerebri ventriculos ſe ſe inſinuet, ſimul vt uapor odorem ſecum ferens per ea foramina à Cerebro recipiatur, ſimul vt Cerebrum vacuaret repẽte ac ſemel ſi quando vſus inciderit, excrementorum copiam; quæ quoniam ad Cribri & ſpongiæ ſimilitu

dinem

dinem perforata sunt, ideo ithmoidea, & spongoidea dicuntur, 8. de vsup. cap. 6. & 7. quae ossa Galenus 3. loc. aff. 10. colatoria, uel colo similia uocat, quod per illa crassum Cerebri excrementum purgetur & percoletur; quod Arist. vocat Perittoma; tenuiora autem excrementa, & quæ uapori similia sunt, in sublime lata per caluariæ suturas excernuntur; crassiora autem prona feruntur, quorum altera pars in eas vias, quæ ad os pertinent, influit, & per screatum eijcitur, altera quæ mucus dicitur in nares, & per efflatum vehementem, excernitur, lib. de instr. odor. cap. 2.

Os Iugale, vide Zygoma.

Os latum, uide Spina.

Os magnum, vide Spina.

Os nauiforme, uide Os scaphoides.

Os palati, uide Sphenois os.

Os petrosum λιθοειδὲς, *ossis nomen, sic dicitur pars ossis temporalis, protensis suturę lambdoidis finibus terminata, sic dicta, quod petræ vel rupi videatur similis, non duritie modo, sed etiam specie.*

Os sacrum, ὀστοῦν ἱερὸν, *duobus modis à Galeno sumitur, vno latius vt Coccygem etiam apprehendat vt 12. de vsup. scribens os sacrum cõstare ossibus quatuor, tribus scilicet proprijs & Coccyge; hæc enim ossa sibi vnita per symphysim, efficiunt vnũ os, quod parte superna vocatur sacrum, inferna Coccyx. Altero, sumitur pro ea tantum parte quæ re uera sacra*

est,

est, ideſt magna & lata, qua parte hoc os, cum oſſe Ilio per ſynarthroſim iungitur, ideſt magnum & latũ, tuncq; eius reliquũ gracileſcens ſemper ac tenuatum, in tres chartilagines acutiſſimas deſinit, & Coccygem vocãt, lib. de oſſib. cap. 12. et 3. de artic. 104.

Os ſcaphoides, vide Scaphoides os.

Oſſa ſpongoidea, uide Oßa Ithmoidea.

Oſcitatio & Pandiculatio, ſunt mediocres motus uirtutis expultricis Cerebri, 2. de ſympt. cauſ. cap. 6. per quæ contenta aliqua in muſculis (per quos quoq; voluntarij fiunt motus) uel humiditate flatuoſa, uel ſpiritu flatuoſo expurgantur, 7. aph. 56. Oſcitatio tale quidem in ſolis maxillæ inferioris muſculis accidit, quale in Pãdiculatione in omnibus muſculis ſymptoma eſt; utraque. n. euacuandorũ in muſculis halituoſorum excrementorũ cauſa fit, com. 1. in 6. de morb. vulg. 4. & 7. aph. 56. χάσμη illa, hęc σκορδινημὰ, Graecè.

Oſculorum apertio, quę tum in arterijs & uenis fit per reſudantiam, & dicitur Anaſtomoſis, ſiue Exanoſtomoſis, tũ in ulceribus & uulneribus, quę ſinuoſa ſunt, fiſtuloſa, & anguſti orificij, quęq; dehiſcũt, 6. de comp. med. loc. cap. 2.

Oſtocopi, ideſt, oſſium dolores nominantur, cum membranarum quę oſſibus adiacent dolores & profundi ſunt (ideſt in intimo corpore ſenſum excitãtes) & oſſium ipſorum ueluti dolentium inducunt imaginem, qui magna ex parte ab exercitationibus eueni-

re ſo-

re solent, interdum à frigore & plenitudine, 2. loc. affect. 8.

Ostracoderma, animal omne est, cui pro cute, testa est, lib. 1. de aliment. fac. cap. 1.

Ostraga, instrumenti genus est, quo in ossium fracturis, collisionibus & comminutionibus utimur, 6. metho. 6.

Otalgia, aurium dolor est, non omnis quidem, sed qui ad profundũ auditorij meat⁹ pertinet, 2. meth. 2.

Otenchytę instrumẽta sunt chirurgica, quibus aliquid in aures infunditur, Aurifusoria spicilla ab aliquibus, à Celso strigiles, aliàs auriculares clysteres appellantur.

Oxelæum, idest compositio ex aceto & oleo, 1. de comp. med per gen. cap. 7.

Oxycratum, idest compositio ex aqua & aceto, 1. simplic. 29.

Oxydercica facultas, est quæ oculis, ubi nullum insit illis sensibile pathema, male tamen munere suo fungentes, corrigit & in integrum restituit, ac nimirum & in auribus & naribus, & per quemque aliorum sensuum singulatim pro portione talis quędã sit facultas, est neceße, quae in auribus oxycoos dicitur, 5. simplic. 23.

Oxygalax, idest acidum lac. 3. aliment. 16.

Oxymel, non ex aceti, mellisque mistione tantũ, compositio est, uerum ex mulsa paulũ aceti accipiẽte, 3. acut. 24. & 4. sanit. tue. cap. 6.

Oxy-

Oxyregmia, idest acidus ructus, qui sine aliqua pituita, quandoque in uentriculo frigidiore, et in quibusdam leuitatibus intestinorum, quae ex frigiditate ortum habent, unà fiunt, 6. aphor. 1.

Oxyrhodinum, quod & Rhodinum dicunt, est frõtis linimentum, ex aceto, oleo, et rosacea capiti phreniticorum, perfusum, 13. meth. 21.

Oxys, idest acutus, à quo ὀξὺς πυρετὸς, acutas febres, ὀξέαν νόσον, & ὀξὺ νόσημα dictum est; Consistit autem acuti morbi essentia, non in celeri tantum motu, sed in magnitudine & periculo, 2. aph. 23.

Ozena, est ulceratio in naribus profunda, tetri odoris, atque halitum emittens, lib. finit. & 3. de comp. med. loc. cap. 3. vnde ex ulcerum genere est, eoq; à polypo differt, qui in tumorum tantum genere est, nõ ulcerum; nascitur influxu humorum acrium & putrescibilium à Cerebro in nares facto, unde uel earum alæ uel interstitium, uel aliæ partes exulcerantur.

 P 

PAEDOTROPICA, *est medicinę pars, quę de puerorum sanitate, doctrinam instituit, lib. de part. art. med. cap. 5.*

Palatum, partem illam in ore altioris sedis cauã uocant, quae super foramina è naribus in ipsum pertinentia, sublimis est, com. 1. in 6. de morb. vulg. 3.

Palati os, uide Basim Cerebri.

Palimuolus homo dolosus est, qui aliud loquitur, aliud

aliud ſentit, & qui facile ſententiam mutat, eiuſmodi quoque morbus appellatur, qui ſpeciem quidē illi facit leuationis, ſed tamen intus malignus eſt, com. 1. in 6. de morb. vulg. 6.

Pallida bilis, vide Bilis pallida, & Amara.

Palma eſt ea pars manus, quę Metacarpium, & poſtbrachiale dicitur, 1. de muſc. diſſ. cap. 21.

Palmòs, vide Palpitatio.

Palpitatio, quæ & Subſultio, & Palmòs παλμὸς Græce dicitur, ſimiliter atque tremor, motus eſt, quo partes palpitantes, citra voluntatem noſtram, nobiſque inuitis attolluntur, & deorſum aguntur, à craſſo & uaporoſo ſpiritu, cui non adſit exitus; differūt verò palpitatio à tremore, quod nemo qui artus mouere non inſtituerit, tremet; palpitantes autem particulæ etiam ſi in quiete fuerint, ſiq; nullum illis motum induxeris, palpitant; Etenim ſupercilium palpebræ & oculus ſub inde citra omnem voluntatem attolluntur; tremor autem totius & integri membri motus eſt, ut totius manus, brachij, capitis; palpitat verò pars membri, vt uel ſola cutis, vel ſola arteria, vt cenſebat Praxagoras, uel ſolus muſculus vt Herophilus. Tum & quę tremunt totum mutant locum, quæ autem palpitant partes, eundē obtinent, ſed modo ampliorem, modo minorem; in ſeipſas enim concidunt partes palpitantes, dum contrahuntur, aliò autem mouentur, quæ tremunt. lib. de trem. palp. cap. 4. & 5. Adhæc Palpitatio eſt contractio quædam

dam præter naturam, in illis corporis partibus, in quibus distentio, dilatatio, & contractio accidere possunt, 2. de sympt. caus. cap. 2. non enim os, vel chartilago palpitant, quod dilatari non possint. Adhæc palpitatio motus est à toto genere preter naturam, tremor autem mistus ex motu secundum naturam, membrum mouente, & motu preter naturam, uirtutẽ ad violenter mouendum proritante & cogente, 2. de sympt. caus. cap. 2.

Palpebrę sunt externæ oculi partes, supercilijs subiacentes, superius, inferiusq́; interiores tunicas cõtegentes, hęc inferior, illa superior, lib. Introd. c. 10.

Pancœnus, vide Endemus.

Pancratium, vide Pancreas.

Pancreas, corpus glandulosum, uel caro glandulosa est in medio mesenterio sita, quam natura quatuor vasis, venæ, arteriæ, neruo, & vesicæ bilis in orbem substrauit; diuisionesq́; inter se mutuas repleuit, ne ullum ipsorum facile scindatur, propter vehementem motum, sed molli cedente corpore, cõquiescat, 5. de vsup. cap. 2. quod corpus, vocat etiam Pancratiũ, 1. de motu musc. 6. Idemque & Pancreon, & Calicreon, dicitur, lib. de ven. & art. diss. cap. 1.

Pancreon, vide Pancreas.

Pandemus, uide Endemus.

Pandiculatio, vide Oscitatio.

Panus, idest tuberculum immaturum, quod aliquando & magnum, & durum, & diuturnum exoritur.

ritur, 3.de artic. 2. est enim tumor, non altus, sed latus, in quo quoddam pustulæ simile est, panis similitudinem habens, hinc Latini Panum etiam appellant, vide Phygethlon.

Papilla mammę, idest extremum mammæ mulieris, quod ori infantis inditur, 15.de usup.cap.7.

Papula, nomen est ijs, quę sponte extuberant in cute, conueniens, quæ superfluis constant humoribus, atque qualitatem etiam non iniuria subsequuntur, cũ tenues humores sunt, exulcerationem potius, quàm tumores creant, at crassi in tumorem pellem attollũt, com.3.in 3.de morb. vulg.51.

Paracentesis, idest punctio, quæ Hydropibus, & Herniosis adhibetur, ad aquam euocandã, 14.meth. 13.& 6.aph.27.

Paracmastica, uide Continua.

Paracynanche, uide Cynanche.

Paralysis (quę & Paresis à medicis dicitur) est neruorum resolutio, cum nerui, alicuius ex non præcipuis corporis partibus omnino sensus, & motus, expertes sunt, 1.de sympt. caus.cap.5. fitque cum humorum multitudo indissolubiliter in aliqua corporis parte ex non præcipuis impacta fuerit, ut & Epilepsia, & Apoplexia partis dici possit, 4.acut.27. Exquisita autem Paralysis est, in qua nerui omnino sensum & motum perdiderunt; imperfecta, in qua, motus quidem perit, seruato sensu, imperfectior in qua incolumi motu, sensus aboletur, est enim paralysis

motus

motus potius, quàm sensus affectio; quæ si fiat in uniuerso corpore apoplexia potius dicenda est, quam uera paralysis. Acciditque Paralysis oculis, vbi & mollities dicitur, cum oculus vel motu, vel visu, uel vtroque priuatur, læso vel Cerebro, uel neruo concauo, uel spiritu visibili, lib. de ocul. par. 4. cap. 13. Estq; Paralysis etiam imaginatricis facultatis affectio qualis, quæ et Caros, et Catalepsis nominatur. de sympt. differ. cap. 3. vide Resolutio.

Paramesus digitus, idest digitus anularis; lib. de muscul. diss. cap. 22.

Paraphrosyne, prauus quidam, erransq; motus virtutis imaginatricis Cerebri est, qui & delirium dicitur, de sympt. differ. cap. 3. differt verò ab Anęa, & amentia quod illa sit imaginatricis, aut ratiocinatricis deprauatus vel diminutus motus, hæc uerò earundem facultatum paralysis, & resolutio.

Paraphimosis, vitium est Phimosi contrarium, cum videlicet ea quae naturales meatus concludunt, ita diducta sunt, vt reduci nequeant; propriè tamen dicitur de præputio retrorsum adducto, ut glandem tegere nequeat; quod malum ex nerui contractione maxime contingit, fit & ex immodica præputij siccitate; ei contrarium vitium Phimosis appellatur, lib. finit.

Paraplegia, est alicuius corporis partis immobilitas sensusque priuatio, quam etiam Apoplexiam per abusum vocat Hippoc. com. 2. in 1. prorrhet. 50.

quod utraque à frigidis & pituitosis fiat humoribus. Paraplegia affectio vnius partis corporis talis est, qualis paraplexia totius, com. 3. in 1. prorrhet. 26. Interdum facta absque conuulsione apoplexia, in partis alicuius resolutionem finiens, paraplexia appellatur, 4. acut. 27. & com. 2. in 1. de morb. vulg. 59. Apoplexia, à paraplexia, ut à toto pars differt; apoplectici nanque prorsus & paraplectici sunt; Paraplectici verò, non omnino & Apoplectici. Adde sanos mente paraplecticos, resolutos parte vna corporis dextra, vel sinistra, Apoplecticos & mente, & toto corpore resolutos esse constat, lib. finit. Ex quibus omnibus locis nunc videtur idem significare paraplexia, & paraplegia, quasi vnam apoplexiæ speciem, nunc paraplexia genus esse ad paraplegiam, suam speciem.

Pararhythmus pulsus est, qui (cum quæque ætas proprium pulsum agnoscat) non conuenit illi ætati in quo est ille pulsus, sed alterius proximioris, quemadmodum heterorhythmum pulsum vocamus, qui alterius ætatis habet rhythmum, lib. finit.

Parastatæ, qui et seminarij meatus dicuntur, quasi Latine astites nominentur, sunt qui ex vena & arteria constant, in vnam naturam consertis, semen cōfouentes, lib. finit. vide Glandulosi assistentes.

Pararosis, est deprauata visus actio, cum oculis, colore, figura, magnitudine vel situ, mutata videtur veluti Amblyopia est diminuta actio visus, & cecitas,

tas, ablata; 1. de sympt. caus. cap. 5.

Parasynanche, vide Cynanche.

Paregorica, idest mitigatoria medicamenta, quae non sanãt, sed mitigant, ne malum crescat, lib. de Dynamid. in proœmio.

Parenptosis, (quam & Periptosim, hoc est incidentiam & casum vocat 3. κατὰ γενη) est intercidentia, siue coincidentia, cum ea plenitudo, quæ ex ingestione eorum quę comeduntur & bibuntur in venis gignitur, à uenis in arterias delabitur, lib. de caus. procatarct. cap. 3. atque vniuersim paremptosis est, quando aliunde in aliud vas humor fluit, 7. de anat. adm. cap. 16. speciatim, transumptus spirituum ex arterijs in venas, paremptosis dicitur, lib. de venæ sect. contra Erasistratum, cap. 2. vide Coincidentia.

Parencephalis, quod & Cerebellum, & Encranion dicitur, est posterius Cerebrum, quod à priori (anterius enim propter sui magnitudinem, nomen totius sibi vendicauerat) craßæ meningis duplicatione est diremptum, 8. de vsup. cap. 1. vide Cerebrum.

Parenchymata (quasi affusiones dixeris) Græci vocant carneam illam substantiam, quæ inter vasorum intercapedines recipitur, 7. de anat. adm. cap. 5. vt quæ in visceribus, ceu Iecinore, renibus, liene, & pulmone uisitur, quam substantiam Galenus non vult vocari carnem; ea enim solum caro dicitur, quæ in musculo est; reliquarum nullam homines carnem vocant, præterquam admodum pauci, sed quæ in vi-

ſcerib⁹, ceu Iecinore, renibus, liene et pulmone viſun tur, eas parenchymata, (quaſi affuſiones dixeris) Græci uocant; quæ verò in inteſtinis ventriculo, ſtomacho, & utero ſunt, ſine nomine relinquunt, 10. metho. 11.

Pareſis, idem quod paralyſis, ideſt reſolutio, vide Paralyſis.

Parietalia, vide Bregmata.

Pariſthmia, quę & Tonſillas, & amygdalas vo cant, ſunt locorum ad Iſthmum (ideſt eam oris regionem quę os & gulam interiacet) attinentium inflam mationes, 3. aph. 26. Pariſthmia, Tonſillę & Vuę, nihil aliud ſunt, quàm inflammationes, Vuæ quidem Gargareonis, Tonſillæ verò adenum, qui in principio faucium inter ſe oppoſiti ſunt, Pariſthmia, corpo rum eorum, quę in faucibus ſunt, lib. de tumor. c. 17. quo nomine non ſolum inflammationē, ſed etiam faucium partem illam nominant. Sic autem eam appellauerunt Graeci, quod locus ille cui adiacent, cui veluti Iſthmus quiſpiam anguſtus eſt, quum inflammatione tumet, multo quàm antea anguſtior fiat. Latini Tonſillas diminutiua voce à tolles, hoc eſt tumore ap pellant. Alio nomine etiam ἀντιάδας vocant. vide Iſthmus.

Parocheteuſis, ideſt deriuatio, eſt cum ſanguis auertitur, atque ad alia membra proximiora conuer ſus, deriuatur, ſi verò ad contraria reuellitur, Antiſpaſin Græci vocant, 5. meth. cap. 2.

Paro-

Parωnychia, abſceßus eſt, qui ad latera vnguiũ adnaſcitur, 8. de comp. med. loc. cap. 2. quem Arabes panariticum uocant, Latini Reduuias.

Parωtides, vide Eparmata.

Paroxyſmus, vide Acceſſio.

Partes inanes corporis ſunt quæcunq; inter extremam thoracis coſtam, & femoris oſſa habentur, 2. progn. 1.

Partus τόκος; actio eſt partim uteri, ipſius adaucti fœtus grauitate, et excrementorum redundantia, læſi & diſtenti, vi propria expultrice, fœtum in cutem eijcientis; partim eiuſdem fœtus grandioris effecti, & maiori alimento, quàm quod in utero recipere poſſit, indigentis, atque ex vteri anguſtia & adaucto natiuo calore ſuffocationis imminẽtis periculum auerſantis, quum non ſufficiat ſpiritus maternus, quẽ illa per arterias ſubminiſtrat, ad exitum repente concitati.

Parulides, uide Epiludes.

Parygron, ideſt, humidum, ſeu liquidum medicamentum, quod medetur particulę, parua adhuc phlegmone conflictanti, non multo poſt confectionem tempore, ſed protinus impoſitum; vbi duritiem à dolore alienam pars affecta acquiſierit, vel paulo recẽti uetuſtius vtile eſt, quemadmodum etiam ſi phlegmonoſo affectu, omnino ſit libera, 7. de comp. med. per gen. cap. 2.

Paſſio, πάθος πάθημα, generaliter quidem dicitur,

omnis motus qui ab altero in alterum fit, siue secundum naturam fiat, siue præter naturam, qua parte ab altero recipitur, hinc visio, auditio, calefactio, frigefactio, humectatio, delectari, dolere, gaudere, tristari, passiones dicuntur, quorum essētia in fieri est, cum motus sint; cuius nullę sunt partes permanentes sed dum fiunt solùm sunt; solumque in verti & mutari generationem habent; Cum motus autem desiit, non affectio aut passio, sed affectum esse & passum dicitur, Græce πάθεσις, speciatim verò non solum dum fit alteratio passio dicitur, sed dum facta est, quæ motu absoluto superstes est, quam etiam πάθη appellant, ut ex vulnere cęcitas, ex contusione nigror, ex febre tabes, ex continuis uigilijs sapientia, Tertia adhuc significatione specialius, non modo passio quę fit nec quæ facta est, sed quæ est præter naturam tantum facta affectio, ut ex vulnere cęcitas, qua significatione morbi & symptomata à medicis passiones dicuntur; uide affectus & symptoma.

Pastilli Græci τροχίσκοι, seu rotulę & orbiculi ab efformationis figura, dicuntur medicamenta plana in rotę aut circuli formam coacta, 5. de med. per gen. 11. & 1. de antid. cap. 9.

Pastio, idest ulcus depascens, 5. med. per. gen. c. 3.

Patella est os chartilaginosum & rotundum, gibbum, qua femur Tibiæ cōnectitur, aliterq; Mola dicitur, lib. de ossib. 23. quæ et Rotula et Myla et Epigonatis, idest supergenualis appellatur, 3. de usup. c. 15.

Pathema, *idest passio*, *uide Affectus*, *Passio*, *Symptoma*.

Pathognomonica syndrome, *idest concursus affectuum index*, 1. *loc. aff.* 1. *Pathognomonica autem signa sunt*, *quæ & homoidea*, *& homogenea dicuntur*, *idest*, *eiusdem speciei uel generis*, *quæ in una aliqua fiunt affectione*, *quę perpetuò & soli illi*, *insunt*, *tanquam soli propria & inseparabilia existentia*, *ueluti quæ per sputa excernuntur*, *affectionis tum pulmonū*, *tum thoracis*, *tum asperæ arteriæ*, *tum gutturis*, *& tandem respirationi subseruientium instrumētorum*, *signa sunt*, *quæ & in respiratione uitium per se & primum contraxerunt*, *non per consensum*, *atq; hęc signa sunt certissima*, *non autem ea quæ perpetuò*, *sed non soli insunt*, *uel soli sed non perpetuo*, *com.* 1. *in* 1. *prorrhet.* 2. *quę & inseparabilia dicuntur*, *uide Assidentia*.

Pathologica, *siue Aetiologica medicinę pars est*, *quæ causas & symptomata*, *& morbos inquirit*, *uide Aetiologica*.

Pauciferum uinum, *uide Oenodes*.

Pechys, *uide Cubitus*.

Pecsis, *idest Congelatio*, πῆξις *Gręce*, *idem quod* ἑδραίωσις, *hoc est firmitas stabilitas*, *fixio*; *quum uerò illa quę frigore concrescunt & congelant*, *firma quoque fiant ac stabilia*, *ob id malum hoc*, *ubi corporis partes prę frigore rigent*, *adeoq; stabiles sint*, πῆξις, *idest congelatio*, *dicatur*.

V 4 *Pecten*

Pecten est sinus ipse, quo muliebre pudendũ clauditur, lib. Introd. cap. 10. Est adhuc pecten, ea plantæ pedis qua terram contingimus pars, quæ post concauum ad digitos assurgit; dicitur & Pecten ea pars manus, unde digiti procedunt, ibidem.

Pectorale os, quod medio pectore situm, costis utrinque alligatum est, constat autem septem paruis ossibus, per synarthrosim colligatis, quibus singulis singulę costæ connectuntur; quæ tota pectoralis ossis figura à non nullis, quia gladij similitudinem repræsentat, Xiphoides nominatur, quasi ensiformis, lib. de ossib. cap. 13. quod & Sternon appellatur, 7. de anat. adm. cap. 2. uide Sternon.

Pectus ea est corporis pars, quæ inter medias costas, & utrunque latus iacet, lib. Introd. cap. 10.

Pedem summum, partem eam pedis uocat Hipp. quæ à planta & solo usque ad digitos & ungues porrigitur, 3. de artic. 106.

Pedicularis morbus, uide Phthiriasis.

Pedion, idest planum, planities, seu planta est pars pedis, quę est ante digitos, quę uerò pars ante hanc sita est, Tarsus dicitur, 3. de usup. 5. Arabice Rascetta, illud metacarpio manus, hoc Carpo pro portione respondens, cap. 6. Atqui & interiorem summę manus regionem, & quantum infra pedem est, pelma Graecè, plantam Latine dicunt, 3. de anat. adm. cap. 1.

Pelignus est color liuidus, 14. meth. 9.

Pelma

Pelma, vide Pediōn.

Peluis, vide Infundibulum & Choanæ.

Peltalis chartilago, vide Cricoides Chartilago.

Pemphygodes febris, uide Febris Pemphygodes.

Penis στῆμα, *virile membrum, quod &* αἰδοῖον, *&* καυλὸς *dicitur, 2. de sympt. cauſ. cap. 2.*

Penſilis Verruca, (vide Acrochordon) dicitur, quod in imo vſque adeo ſit anguſta, vt pendere videatur, tota enim foras prominet, adeo vt exciſa nullam radiculā relinquat, anguſtiore baſi prędita, atq; ob id pēdere videatur, ſummæ chordæ ſimilis; à Myrmecia differt, quæ baſim habet latiorem, & nigro colore præditam, atque vbi à chirurgo tollitur, ſanguinem fundit copioſiorem, quæ & ſeſſilis Verruca appellatur, vide Myrmeciæ.

Pepaſmus, πεπασμὸς, *morbi eſt, & eorum quæ præter naturam ſunt veluti coctio quædam & maturatio, in qua quod aſſimilatur paucum eſt, quod autem ſemicoctum & ſuperfluum, multum; Quanquā alibi* πεπασμοῦ *ſignificatum latius extendit Galenus, dum omnem deductionem in mediocrem temperiem* πεπασμὸν *appellat, & alibi omnem morborū* πέψιν, *ideſt coctionem in ſuccorum alteratione conſiſtere ſcribit.*

Pepſis, vide Pepaſmus.

Peracutus morbus, vide Acutus ſimpliciter.

Per conſenſum morbus, vide Idiopathia.

Perditio, vide Aborſus.

Per-

Perfrictio est natiui caloris frigiditas sine sensu doloris, longiori temporis spatio, & paulatim facta, lib.de tremor. conuul. cap. 6. quæ natiuam caliditatem, ab humorum multitudine grauari ostendit, 4. acut. 26. vide Frigus.

Perforatio, est sectio, quæ in spatiosam pulmonis sedis capacitatem penetrat, reliqua verò omnis diuisio ipsius, vulneratio quidem dicitur, perforatio non item, 7. de anat.adm. cap. 14. Nominatur adhuc & perforatio, magnus quidam ventriculus, & meatus qui ab anterioribus duobus Cerebri vētriculis, in ipsum Cerebellum prorumpit, per quem parencephalis Cerebro, est communis & connexa; cum enim Cerebrum sit à parencephalide, crassæ meningis duplicatione diremptum, ipsumque oporteret aliqua parte illi coniungi, quo prædictum meatum produceret, in vnum prius locum vtrosque ventriculos terminauit, quem sane quartum totius Cerebri ventriculum non nulli nuncupant, alij rectius non ventriculum, sed perforationem nominant, ex qua cauitate animalis spiritus parēchephalidi trāsmittitur, 8. de vsup. c. 11.

Periapta medicamenta, sunt capitis dolori conferentia, quæ latinis Amuleta appellantur, quod de collo suspendantur, aut alicui corporis parti alligentur, lib.de remed. par.fac.cap. 1. vide Amuleta.

Pericardium, quod & membrana, & tunica dicitur, membrana à substātia, tunica ab vsu, 7. de anat. adm.cap. 2. vide Membrana Pericardios.

Peri-

Pericranios membrana, tunica est cranio superposita, quæ ex duplicatione duræ meningis connatæ undique & adhærescentis intrinsecus cranio, per suturas extra cranium egressæ, vt cranium duræ meningi & Cerebro arctius vinciret, ipsi cranio extrinsecus in orbem circunfunditur, 8. de vsup. cap. 9.

Pericharia, hoc est, subitum, & vehemens gaudium, contrarium Ecplexi, quæ est subitus timor, amborum occasione scimus multos interiisse, 12. meth. cap. 5.

Pericholus, idest, biliosus, siue is homo sit, siue deiectio, siue urina, siue morbus, com. 2. in 1. prorrhet. 18. Consueuerunt autem excrementa bilem, substantia tenuem circiter habentia, atque ea circũuoluta, uocare Perichra, idest circiter colorata, ibid.

Perinæon, quod & Perinæum, femen, & interfemineum dicitur, vide Interfemineum.

Periodus, vide Circuitus.

Periostios membrana, & tunica est ea quæ singulis ossibus adiacet; aggenerauit enim natura ac circũiecit omnibus ossibus carnes, simulq; ipsa pinguissima quoque parte suctu extracta; terrestria atq; arida, necnon pinguedine omni prorsus carentia reddidit; atque ex eo quod extraxit lentum ac tenax singulis, & in capitibus colligamina, quibus inter se connectuntur, & in longitudine circum vndique tenues membranas produxit, quæ circum ossa, hoc est ossium innolucra, & periostia nuncupantur; quibus carnes agge-

aggenerauit, 1. de semin. cap. 10. Estque periostios membrana, succingentem costas circundans, quæ costis intus tenditur, ita ut inter costas & succingentē, media collocetur, 8. de anat. adm. cap. 10. Est quoq; periostios oculi tunica, septima in ordine, quæ totum oculum cum ossibus colligat, simul autem & mouentes ipsum musculos, operit, 10. de vsup. cap. 2.

Peripneumonia, seu Pulmonia, pulmonis inflammatio est, quam semper acuta febris comitatur, qui cum viscus sit laxum & molle, fistulisque inanibus vndique infinitis cauum, cordi vicinum, à pituitosiore atque crassiore sanguine inflammatur, cum subtilis, biliosusque fluat ferè nec cum viscere vlla ratione cohærescere possit, 4. de caus. puls. cap. 12. eadem pulmonia appellatur, 2. progn. 64. quam sequitur spirandi difficultas, tantaque angustia ut suffocari laborantes videantur, ac recti sedere conentur, calidamq; sentiunt expirationem, multumq; aërem frigidum attrahere concupiscunt, atque inter tussiendum sputum varium colore eijciunt, insuper grauitatis cuiusdam, thoraci incumbentis sensum sæpe percipiunt, ac dolorem ex imo ad ipsum peruenire, & ad os pectorale, & ad spinam, 2. loc. aff. cap. 9.

Periptosis, vide Paremptosis.

Peritonæum, membrana est à Græci vocabuli etymologia dictum, quod alimenti vasis prætendatur, quæ & Peritonæos membrana, peritonæos tunica, et tegumentum appellatur; tenuis substantiæ membrana est,

na est, ex simplicium & primorum corporum nume-ro, prætendíturque tum visceribus, tum intestinis, tũ vasis, quæ inter septum transuersum & crura haben tur, tum etiam ijs quæ interiacent, quale est vulua, & vesica, tenue admodum corpus, latis araneorum telis simillimum 6. de anat. adm. cap. 4. abdomini substratum, 4. meth. 6. Arabibus Siphac.

Peritonæi vertex membrana est, telis araneorum similis, inferioribus septi partibus obiecta, sibi continua, totam inferiorem septi transuersi regionẽ subli niens, eidémque circum hærendo, & simul serpendo, 6. de anat. adm. cap. 8.

Perittoma est id, quod post complet[illegible] coctionem, nec confectum, nec assimilatum relinquitur, quod corpori nec adnascitur, nec accrescit, sed per ipsius laxiora intus spatia tanquam superuacaneum errat; Vnde nomen quoque recte à maioribus ei, Perittoma est inditum, (1. de sanit. tuen. cap. 3.) idest excrementum, siue id spiritus, siue corpus aliud solidum sit, περίττωμα Græce.

Perniones, quæ & Chimethla dicuntur, sunt intertrimenta, & scissuræ manuum, & pedum, hyber no tempore à summis algoribus, factæ, lib. de med. fac. par. cap. 203.

Perona, sura, fibula à quibusdam; est alterum os tibiæ exterius & tenuius, alterum enim quod crassissimum est, & interiori in parte situm, κνήμη Græcis, eodem cum tota parte nomine, Latinis Tibia

appel-

appellatur. Galenus autem ex Hippoc. in τῶν γλώσσαις dicit, Peronam diuersa significare, aliquando quidem os totum membri, aliquando ipsius ossis epiphysim, interdum eius protuberantiam, ideſt malleolum.

Perosis, hoc eſt oblæsio, eſt priuatio & impedimẽtum naturalis functionis, aut alicuius particulę mutilatio, lib. finit.

Persiſtentes morbi ſunt, qui eiſdem horis accedũt ac remittunt, lib. de Typis, cap. 3.

Perſpiratio, & Perſpiratus, uide Inſpiratio.

Per viciniam affici, vide Idiopathia.

Pes, πȣ̃ς, pars infima cruris eſt, quæ multiplici oſſe conſtat, malleolis, talo & digitis definitur, ex Ariſtotele.

Peſſarium, Peſſus, πεσσός, eſt lana concerpta, aut pannus, aut bombax, aut linamentum, ad digiti figuram, rotundum factum, demerſum in medicamentum aliquod, inuolutum ſerico, filoque appenſum tum præſertim vtero accommodatum.

Peſtilentia, febris peſtilens, morbus peſtilens, Λοιμός, idem ſignificant, eſtque morbus Epidemius, contagioſus, pernicioſiſſimus, communis, è communi cauſa natus, aduentitius, (non patrius, aut familiaris), præſentis periculi, vt qui maligna & venenata putredine humores, uitales ſpiritus, & ſubſtantiam Cordis labefactet, quam aër tota ſua ſubſtantia putris & corruptus ſiue quod is in-

clusus

clusus non diffletur, siue à non humatis cadaueribus, siue à vaporibus, & halitibus putridis non discussis, excitarit. An verò corporum cęlestium influxus pestilentes reddant aërem, dubitare malim, quàm credere, præsertim cum medico sensus magis sequenti, aëris mutationes pro omni sint Astrologia, ut ex Hippoc. coniÿcere licet, 3. apho. & initio progn. & lib. de aqua aëre & locis.

Petaloides vrina est, quæ habet hypostasim similem squamis piscium, lib. de Vrinis, cap. 27.

Petia oculi est sanguis fluēs de aliqua arteria, uel vena, quam patitur ex ictu, lib. de ocul. par. 4. c. 7.

Phacos, faciei macula est nigra, lentis similitudinem obtinens, Latini lentiginem & lenticulā vocāt.

Phagedenas antiqui nominant, vlcera quę semper maiora & deteriora fiunt, vel cicatrice nullo modo adueniente, vel si facta sit, resoluta, uel propter influxum vitiosorum humorum, vel propter dispositionem longo tempore factam, ex influentibus humoribus, vel ob aliquā dispositionem ossis in eo loco corrupti, sed nobis sufficiat ex ÿs, quæ aliquid loci circumstantis occupent, alia nominare herpetes, quae summam cutem tantum infestant, alia Phagedenas idest exedentes, quæ carnem subiectam corrumpunt; nam quod putridum atque depascens à non nullis vlcus vocatur, non est propria vlceris differentia, sed passio implicita, ex ulcere atque putredine, 6. apho. 45. quas adedentes vocat, lib. de aqua aëre loc. c. 2.

Adhuc

Adhuc phagedænæ sunt illa vlcera, quæ partes vicinas continuò depascunt, non tamen eas putrefaciunt, febresq; inferunt; quod si depastionem cum putrilagine sustinent, Nomæ dicuntur, idest depastiones, 6. de comp. med. per gen. cap. 1. φαγεδαίναι Græce.

Phalacrosis φαλάκρωσις, caluitium, seu caluities, pilorum capitis defluuium est, propter humoris penuriam, non autem humoris vitio, nam tunc diceretur Alopecia, vel Ophiasis, vide Madarosis.

Phalanx, articulus est, tum maxime quo magnus digitus ossi Carpi propinquo, dearticulatur, 2. de vsup. cap. 9. Græce σκυταλίδες, φάλαγγες, vide Digiti.

Phalangosis, affectus est, quo pilorum subnascẽtium, duplex, triplexue acies, vel in superiore, vel in inferiore palpebra, prouenit; lib. Introd. cap. 15. Ex quo videtur autor Introductorij phalangosin, idẽ facere, cum distichiasi, quod falsum est, quoniam in hac noui pili, & non naturales succrescunt, in illa soli naturales pili sunt, qui inuersi negocium oculo faceßunt; in qua cilium intro spectat, pilorum acie simul cum eo inuersa, vt inquit Paulus, sic enim oculum compungunt; quibus duobus affectibus, commune genus est Trichiasis, idest noxa oculis à pilis proueniens, qui pili si recenter exoriuntur, distichiasim efficiunt, si natiui, & naturales, phalangosim.

Pharmaceutica medicinæ pars est, que medicamẽtis per os assumptis medetur; 3. de comp. med. per gen. cap. 2. altera therapeuticæ medicinæ pars.

Phar-

Pharmacia, purgatio, κάθαρσις, ἀνακάθαρσις, duplicem habet apud Hippoc. & medicos significationem, vnam qua significat, humorum qui sua qualitate molestant, euacuationem siue naturâ, siue arte fiat, per quamcunque regionem, vomitum, sudorem, vrinam, nares, tussim, aluum, vterum; alterã quae eiusdem humoris sit euacuatio per aluum tantum ope medicamenti, prior significatio habetur, com. 4. in 6. de morb. vulg. posterior in eo aph. qui bene corpore habent, difficulter ferunt purgationes; & corpora sana cum purgantur, exoluuntur.

Pharyngethron, apud Galenum, nunc pro Pharynge sumitur, nunc pro osse hyoide, quod sit portio maxima Pharyngis, vide Hyoides.

Pharynx, duo significat, & fauces, idest regionem intra os, vbi tum gulæ tum asperæ arteriæ extrema concurrunt, idest medium illud spatium inter laryngem & gulam; & ipsam asperam arteriam, cuius summum laryngem vocant; veruntamen loci vicinia effecit, vt pharyngis nomine, nunc pro medio inter laryngem & gulam spatio, nunc pro aspera asperia, nunc pro ipsius asperæ arteriæ summo capite, idest larynge, indifferẽter sumatur, ut ex pluribus Galeni, & Hippoc. locis elicere est.

Phathnia, sunt ossa dentes continẽtia, lib. de ossib. vel ut alij sunt alueoli, & præsepiola, & cauitates quibus dentes inseruntur, quas Grçci βόθρια vocant, vnde videntur hæ duç voces φαθνία & βόθρια, idem

significare.

Phaulon simplicem et vulgarem victus rationem vocat Hippoc. ita eam quæ huic contraria est, exquisitam, inter vtranque autem mediam, hypophaulon, idest subuulgarem nuncupauit, 1. de fract. 45.

Phimos, & Phimωsis, vitium quoddam in masculis est, vt docet Cels. lib. 7. cap. 25. in quo Colis glãs, ita cutis tegmine contecta est, vt nudari non possit; huic contrarium malum in quo propter cutem curtã, aut retro abactam glans tegi non potest, Periphimωsis, vel parephimωsis appellatur.

Phimosis est, cum cutis palpebrarum extrinsecus valde inflammatur, atq; id, eò vsque, vt vicinæ regionis pars aliqua occupetur, palpebra inuertitur, cũ verò modica quidem in cute inflammatio est, at mẽbrana quæ intus ad Irim vsque extenditur, ualde deficit, tunc fit ut intro palpebra conuertatur, quod vitium cum vtrisque palpebris accidit Phymosis hoc est Capistratio nuncupatur, cum diducere eas æger atque aperire ita oculum nequit. Idem morbus interdum in labijs oritur, & præputio & ano, cuius causa eadem est, 3. de ijs quę in med. 32. vide Paraphimosis.

Phleborrhagia, idest venarum ruptio, 4. acut. 86.

Phlebotomia, idest sanguinis per venæ sectionẽ, missio 11. meth. 1.

Phlegma, humor est frigidus & humidus albi coloris, qui tum in senibus, tum ijs qui ratione quauis

sunt

sunt perfrigerati plurimus aceruatur, autumno abundans, quem Prodicus Blenam & mucum vocat, 2. de natur. fac. cap. 9. vide Pituita, Grauedo, & Coryza.

Phlegmatiæ significant, siue illas quæ propriæ phlegmonæ idest inflammationes nominantur, siue etiam libeat febres vnà complecti, secundum antiquã vocabuli acceptionem, 1. apho. 7.

Phlegmone, est abscessus, in quo sanguis calidus copiosior in aliquam animalis partem, procumbens, maiora eius vasa distendit, ab his ad minora procedit, à quibus exudat foras in ea ampla spatia, quæ inter uasa sunt, vt etiam omnia quæ in composita carne habentur, loca occupet, 10. meth. 6. Solet &ẽt Hippoc. phlegmonas appellare omnes inflammationes, & si tumore præter naturam careant, sed ipsó posteriores, nomen phlegmones tumoribus præter naturam attribuunt, quando cum inflammatione & resistentia, & pulsatorio dolore constiterint. com. 4. in 6. de morb. vulg. 1. Consueuerunt antiqui, in omni caliditate, nomen phlogosis, idest inflamminis, & Phlegmones hoc est inflammationis vti, 2. Glauc. 1. & 4. acut. 21. & 13. meth. cap. 1. φλεγμονὴ, καὶ φλόγωσις *Græcè.*

Phlegmone erysipelatosa, est tumor præter naturam, à sanguine & bilioso humore subortus, sed sanguine in prædominio peccante, bile in subdominio; è contra Erysipelas phlegmonosum, in quo prædominatur bilis, sanguine in subdominio peccante, ita vt

ab eo quod in mistura exuperat, nomen ipsi indatur, ac dicatur de eo, id quod exuperatur, sic vt phlegmonem erysipelatosam, vel erysipelas phlegmonosum id vocemus; Vbi autem neutrum vincit, ibi uitium phlegmones, erysipelatosque medium nominetur, 14. meth. cap. 2. vide inflammationis.

Phlegmone oculi tumor est circa oculos, qui cum rubore & caliditate multa, & motu difficili, & punctionibus gignitur, lib. finit. vide Inflammationis.

Phlogosis, idest inflamminis nomen, sæpe Hippoc. affert, pro phlegmones, hoc est, inflammationis vocabulo singulari, 3. prognost. 71. vide Inflammationis, & Phlegmone.

Phlyctęnam vocant, vbi per exulcerationem, uel etiam sine hac, exterior Ceratoidis tunicę membrana tenuissima, & sublimis elata, intra se humorem collegerit, aut sub tunicę spatio, crassior humor currens phlyctęnam pariat. Introd. cap. 16. Inde ad pustulas per corpus erumpentes ob serosos humores ad cutem translatos, nomen transfertur, 2. progn. 60.

Phlyctides sunt pustulæ quæ in ardentissima febre, per caloris intensionem, in ore generantur, lib. finit. vide Febris pemphigodes.

Phocatos, instrumenti genus est, quo in fracturis caluariæ utimur, à lenticulæ specie dictum, 6. metho. 6.

Phęnigmus, rubrificatio, est ruboris per medicamenta, in aliqua corporis parte excitatio; quędam. n. medi-

medicamenta, eam uim habent, ut cuti admota, ruborem, caloremque accendant, atque etiam si diutius immorentur, vesiculas excitent, tandemque exulcerent; ab Arabibus vesicantia, & vesicatoria appellantur.

Phoxòs, est depravata capitis figura, cum acuminato est vertice, & non ad oblongę sphęrę similitudinem, qualem secundum naturam humanum caput habet, lib. de ossib. cap. 1.

Phrenitim, mortales omnes eam affectionem appellitant, in qua Phrenas, idest mentem læsam esse videant, 1. prorrhet. 1, Est verò phrenitis mentis alienatio cum febre acuta, quando Cerebrum propria, primariaque affectione laborat, si uerò Cerebrum per consensum afficiatur, dicitur Delirium, 5. loc. aff. 4. Est autem affectio, inflammatio in meningibus, & in ipsum etiam Cerebrum, aliquando peruadit, estque perpetuum cum acuta febre delirium, 1. prorrhet. 1. quod si febrem adiunctam non habeat, tunc non phrenitis, sed vel delirium, uel mania, appellatur, si uerò perpetuum non sit delirium, adhuc phrenitis dici non debet, sed uel paraphrosine, vel paraphrenitis, ut quæ tum à uentriculo, tum à diaphragmate, tum in summo febris vigore, excitatur, tunc enim declinante paroxysmo, cessat mentis alienatio, com. 3. in 3. de morb. vulg. 45. vnde omnia signa, quæ eam, vel efficiunt, uel significant, dicũtur phrenitica, com. 1. in 1. prorrhet. 4.

Phrenas, vide Diaphragma.

Phrenicæ uenæ, sunt duæ propagines venarum, è trunco venę cauę superioris orientes, insertę in diaphragma, ipsumque totum nutrientes.

Phtharticum, uide deleterium.

Phthiriasis, est scabies, circa palpebrarum radices, quæ squamas furfuri similes dimittit, lib. finit. Vocaturque morbus pedicularis, cuius generatio quibusdam contingit in capite aceruatim, ex multis uidelicet humoribus, calidis quidem sed non ad totam caliditatem progressis, ad quantam proueniunt acres Ichores, idest sanies, 1. loc. aff. 7.

Phthisicus Græce φθινώδης, is dicitur, uel qui phthisi correptus est & contabuit, uel qui quauis ex causa macilentus euaserit; vel qui ad phthisim, natura procliuis est, angusto scilicet adstrictoque existens thorace, vt à tergo, operta scoptula, instar alarum promineant (unde πτερυγώδης, hoc est alatus nominatur) tandem cui caput imbecillum est, organaque respiratoria, facile omnem eius fluxionem recipiunt, com. 2. in 1. de morb. vulg. 13.

Phthisis, quæ Tabes Latinis, dicitur, si communiter sumatur, est diminutio, & colliquatio corporis, Tabes uerò, propriè est pulmonis ulceratio, uel thoracis, uel faucium, ut, & tussicula & debiles comitentur febres, & corpus conficiatur, ea uerò quam Phthoën proprio uocabulo appellant, est corporis cōsumptio ex ulcere, lib. finit. φθίσις Græce, & φθόη;

Phthoën

Phthoën etenim propriè Græci & præsertim Athenienses nominant, ob pulmonis ulcera insanabilia, totius corporis cum parua febre extenuationem, eandemque Hippoc. uocauit Phthisim, 7. aph. 16. atque ideo aliquando Gal. sanguinis sputū, uocat Phthoën, 5. meth. 15. eandem uocat Tabem, 1. aph. 12.

Phthisis oculi, uide Tabes oculi.

Phthoë, uide Phthisis.

Phthoria, idest medicamenta, quæ ualent ad eijciendos fœtus, uiuos uel mortuos; alio nomine Ecuolia appellantur.

Phthoropœum, uide Deleterium.

Phygethlon, inflammatio est adenum, quæ in inguinibus, & alis est, calore scilicet & celeritate generationis, ab aliis tuberculis distincta, lib. de tumor. cap. 15. Phygethlon, est erysipelas inflammationis particeps, 2. Glauc. 1. figura illi pano similis est, quo textores utuntur, atque ideo panus & panis dicitur.

Phyma est phlegmone glandulis, sicubi fluxio in eas procubuit, citra ulceris occasionem, accidens, 13. meth. cap. 5. quæ statim augetur, atque ad suppurationem uenit, 2. ad Glauc. 1. uide Tuberculum, Furunculus.

Physema est resinę species, quam & pityinam, & piceam nominant, expers pinguitudinis, admodū exiccans, 7. de comp. med. loc. cap. 3.

Physiognomonica signa, sunt quę rei naturam indicant, lib. quod animi mor. cap. 6.

Physiologia, id est naturalis scientia, 1. de elem. 5. qualis medicina censetur, quæ & Physiologica appellatur, nomine sumpto à materia, quę cognitioni medici exposita est, quęque materialis propriè appellatur, lib. de part. art. med. cap. 6.

Physis, apud Hippoc. nunc naturam, nunc temperamentum significat, 2. acut. 31. uocatur adhuc Physis flatus, flatuosus, siue halituosus spiritus, succis quibusdam pituitosis, uel cibis in uentre à deficiēte calore, in halitum solutis; qui cum per os excernitur, ructum creat, cum per sedem, sonorum silentē ue flatum; cum uerò neutra parte emittitur, symptoma creat, quod Epneumatosis hoc est inflatio uocatur, uentre scilicet impotente ad excrementosum nebulosumq; excernendū spiritum; sed is retentus propter magnam spiritus uiæ & intestinorum latitudinem, grauiter sonat, murmur quoddam quod Græci Borborygmon uocant, causans, 3. de sympt. caus. c. 2. uide Clydones.

Pia & dura mater, uide Membrana dura.

Picatio auxilium medicum est, quo parte aliqua corporis pilos excindente, medicamento utimur, tum maxime cum quidam nouaculę præsidium formidēt, presertim in gutturę, iisque abrasis pharmacum aliquod applicamus, 1. de comp. med. loc. cap. 5. Aliqui uerò picationem & picā significare inquiunt, symptoma deprauatæ, uitiosęq; appetentię, cum stomachus uitiosos, & à natura alienos cibos concupiscit præter

 morem,

morem, quo malo mulieres grauidę infestantur, ad extremum vsque secundum vel tertiũ mensem, quarto namque ferè eo liberantur; quod malum & Citta, & Cittosa ab aue quæ Pica dicitur, denominatur, vide Cittosa.

Pica, vide Picatio, & Cittosa.

Picea, vide Physema.

Picra simpliciter, siue hiera picra, est idem ac medicamentum ex aloë, 4. loc. aff. 2. quod sui amaritudine, morbos & humores expellit, de Dynam. in proœmio; eadem & amara simpliciter appellatur, de curat. per sang. cap. 18.

Picrocholus homo, idest amara bile abundans, 2. acut. 29.

Pinguedo est affusio alimenti, circa membranas maxime cõcrescẽs, sensu carẽs, lib. finit. vide Adeps.

Pinnæ, seu Pinnulæ, sunt alę narium, lib. finit. uide Alæ narium.

Pituita, est omnis frigidus & humidus natura humor, qui & phlegma dicitur, 8. de placit. cap. 6. quatuorque humorum vnus est, omnis qualitatis & saporis expers, non nunquam verò & dulcis particeps fit qualitatis, sed hunc humorem qualiscunque fuerit si modo albus existat, pituitam appellant, lib. de atra bile, cap. 2. Scindapson Galenus iocandi gratia, nunc pituitam, 8. de placit. cap. 6. nunc Cerebrum nominat, 8. de placit. cap. 4.

Pityina, uide Physema.

Pity-

Pityriasis & pityra, uide Furfuratio.

Pityroides vrina, quæ habet hypostasim similem furfuri, idest furfuraceam hypostasim, lib. de vrinis, cap. 28.

Pladarotes, sunt mollia veluti corpora uetusta et maxime decolora, palpebrarum parte interna, non dum aspredinem habentia, lib. Introd. cap. 15.

Plados omnis humiditas redundans superflua, & excrementitia, siue tenuis ea sit, siue in modum puris crassa, 3. de fract.

Plagulę, quæ & splenia dicuntur à splenis forma, firmamenta sunt quæ stabiliunt deligationem; luxato enim fracto, uel comminuto osse fasciæ imponuntur, quæ confirmatum ac repositum os continent, prohibentque ab affecta parte inflammationem, præsentem humorem repellendo, & aduenienti obsistendo, quae fasciæ & subfasciationes, & subligamina appellantur; supra has ne dimoueantur, ac diuertant, plagulæ imponuntur cerato aliquo intinctæ, quarũ duplex est usus, vnus ut subligamina contineant, alter vt ea membra circum expleant, quæ in acutum desinunt; Plagulis tertiò aliæ fasciæ, quas superligamina nominant, conuoluuntur, quibus ferulæ superponuntur, quæ totam deligationem firment ac stabiliãt, 3. de iis quæ in medic. 11.

Planities, vide Pedion.

Planta, uide Pedion.

Planum, vide Pedion.

Platysma, hoc est latius linteum, quod vlceribus extrinsecus superdatur, 4. de comp. med. per gen. 14. platysma autem myodes, est, dilatatio musculosa, siue latus ille musculus, qui cuti subnascens buccam, siue maxilla, mouet, lib. de neruor. diße. cap. 6. vide Latus musculus.

Plectrum, vide Pharynx, & Isthmus.

Plenitudo, uide Multitudinis.

Plenus pulsus, qui arteriam ostendit pleniorem, & occursum humide tumidum, 1. de differ. puls. c. 6.

Plethora est vbi æqualiter inter se omnes succi sunt adaucti, id Plethos, plethoran, & plethorian Græci vocant, nos plenitudinem & succorum redundantiam dixerimus; vbi uerò uel flaua bile, vel nigra, vel pituita, uel serosis humoribus refertum iam corpus fuerit, eum habitum Cacochymiam, quasi succorum vitium dicas, non plethoram vocant, 3. meth. cap. 6. & 13. meth. cap. 4. vide Multitudinis.

Pleuritis, quæ & Pleuresis dicitur & morbus lateralis, est inflammatio illius membranæ quæ costas intus subcingit, 6. aphor. 33. quæ membrana mutuato à costis nomine, quæ Pleuræ dicuntur, & pleura ipsa dicitur vulgo. Exquisita verò Pleuritis fit, ubi cingens membrana costas, primario affectu laborat, proinde dolor, vel ad iugulum, uel ad precordia peruenit; ad iugulum quidem superioribus eius partibus affectis, ad precordia verò ubi inferiores afficiuntur, atque vehemens quoque febris hanc

inflãmationem perpetuò sequitur, quia sedes affecta, & parum distat à Corde, & cum panniculo ipsum inuoluente, ac septo transuerso cognationem habet, 5. de loc. aff. 3. lib. de constit. art. cap. 15. Arabibus Sosati, Birsen, & Pleuresis, Græcis πλευρῖτις appellatur. Non exquisita verò pleuritis est, in qua dolor externus est, & contactu mouetur, vel quod sine febre, vel sine sputo, vel sine tussi, uel sine spirandi difficultate sit, vel quod neque tensionem, neq; duritiem vllam pulsus habet, quæ tamen singula exquisitam efficiunt pleuritidem. Pleuritidem uerò incoctam appellant, quæ vel celeriter hominem iugulat, vel non nisi longo tempore finitur, 5. loc. aff. cap. 2,

Plexus choroides, uide Choroides plexus.

Plexus retiformis, seu reticularis, est inuolucrum ex multis arterijs, sub dura meninge collocatum, ad retardandum spiritum animalem, ne statim effluat; vbi enim natura voluit diutius morari materias, ibi transitum ipsis difficilem molita est, quemadmodum in Ventriculo quidem Pylorus, in intestinis inuolucra, & ante testiculos arteriæ & uenæ multipliciter inuoluuntur, non secus in capite sub dura meninge plexus arteriarum retiformis & reticularis, & Choroides dictus, 4. de vsup. cap. 13. & 9. de vsup. cap. 7. quem vulgo rete mirabile appellant, vide Glandulosi assistentes.

Plexus variciformis, vide Flexus variciformis.

Plixada, idest greßuram, totum id quod inter inguina

guina vtriusque cruris est, solet Hippoc. appellare, 4.de artic. 45.

Pneumatias & Pneumatodes, vocat Hipp. anhelosos, qui densum spiritum habent, 3.de diffic. respir. cap. 12. Adhuc pneumatodes vocat Hipp. aliquando eos, qui ventrem inflatum habent, ibid.

Pneumaticus, idest spiritalis, qui omnia spiritibus attribuit, lib. Introd. cap. 9. vel qui de spiritibus agit 3.de differ. pulſ. cap. 6.

Pneumomphalon, Vmbilici est dilatatio, à flatuoso spiritu, lib. finit.

Pnigalion, morbus Incubus Latinis dictus, alio nomine Ephialtes, vide Ephialtes.

Podagra est Arthritis pedum, ut enim Arthritis, vniuersi corporis & articulorum omnium, morbus est, ita si solùm pedum sit, ab affecta parte, podagra, si manuum, chiragra nuncupatur, vide Arthritis.

Pollex, est breuior & maior digitus manus, quem Antichira & promanum vocant, lib. de ossib. c. 22. vide Digiti.

Polychresta, medicamenta sunt, quæ multis affectibus conueniunt, quæ contrariis medicamentis cōstant, etiam iuxta secundas qualitates ac vires, non tantum primas, 5.de comp. med. per gen. cap. 1.

Polychronius morbus, qui longo tempore comprehenditur, qui & Chronius dicitur, cui opponitur Brachichronius, qui breui tempore finitur, 3.dier. decr. cap. 13.

Poly-

Polymorphum, uide Sphenois os.

Polypus, tumor est præter naturam, in naribus genitus, polypodis carni assimilis, iuxta substantiæ proprietatem, 3.de comp.med.loc.c.3.cuius quinque affert species Hipp. lib. περὶ παθῶν.

Pompholix, bulla, est eleuatio in humore facta à flatuoso spiritu, quo intra humorem concluso bulla excitari solet, præsertim si humor tenax, viscosusq; est, tunc enim bulla permanet, nec facile soluitur, quales sępe in vrinis visuntur, renalem & longum morbum significantes. Est & Pompholix metallicum medicamentum.

Ponos, nunc laborem propriè dictum, nunc dolorē, seu vt quispiā dixerit malā affectionē, qua in acutis morbis, ęgri male afficiūtur significat, 2.acut. 47.

Poples, siue Ancyle, est articulus ille quo os magnum femoris articulatur ossi tibiæ, in quo pars exterior genu dicitur, interna verò qua crus flectitur, dicitur poples, uel Ancyle, lib. Introd.cap. 10.

Porocele, est ramex callosus siue tophus in testiculo, aut in membrana Erythroide concrescens, multus renitens, durus, & inęqualis. His notis ab hydrocele, & sarcocele distinguitur, lib.finit.

Poromphalon, est concretio tophi in Vmbilico, lib. finit.

Poropœia, est exiguorū meatuū status, 4.meth.4.

Porracea bilis, vide Bilis pallida.

Porrigo, idest furfuratio, vide Furfuratio.

Por-

Porta vena, uide Caua vena.

Portæ Hepatis, πύλαι ἥπατος, sunt pars sima hepatis, in qua sita est ea vena magna, quam vocant venam portam, uel venā portę quā est ingressus chyli in iecur, sicut in gibba sanguinis ex eo egressus.

Porta Ventriculi, est inferior uentriculi terminus, qui & Pyloros dicitur, 3.loc.aff.7. vide Pyloros.

Portinarium est primum intestinorum, quod duodenū appellat, lib.de anat.viu.uide Dodecadactylon.

Porus est neru⁹ mollis ex prima coniugatione neruorum oculum mouentium, à Cerebro ad oculos pertinens, qui solus manifestum habet foramen, unde & visificus, & meatus absolute dicitur, 4.loc.aff.2. Porus est exiguus omnis corporeę molis meatus, 1.sanit. tuen.cap.12. Atqui & porus tophum significat, tum qui in Arthriticis, tum qui in calculosis generatur; cum enim humor crudus lentorem assumpsit, & trāsitus per renes quibusdam natura sunt angusti, id quod crassissimum est, & maxime lentum, diutius moratū tophum gignit, 1.de aliment.fac.cap.5. Porus adhuc & Callum significat, ad quem gignendum cogi, concrescereque aliquid proprij ossium alimenti oportet, quod in fracturis ossium accidit, 6.meth. cap.5. vide Meatum, & Oncos.

Post apparentia, uide Assidentia.

Post brachiale, vide Brachiale.

Posterius Cerebrum, vide Cerebellum.

Posthia, siue Crithe dicitur, cum parte interna palpe-

palpebrarum, iuxta corollas, suppuratum, oblongum, figura hordeo simile fit, unde appellatum est, lib.Introd.cap.15.

Precedentes causæ, uide Antegressa, & Febres putridæ.

Præcognitio, πρόγνωσις, prænotio est futuri euentus morbi, uel futuri symptomatis eorum quę necessariam habent generationem solum, non autem omniū quæ circa ægrotos eueniunt; modo nihil aut ab ægro, aut ab assidentibus fuerit commissum, quo medici iudicium iure frustrari possit.

Pręcordia, hoc est Phrenas non ipse tantum, sed alij etiam ueteres septum appellarunt, infra uerò hęc præcordia tum uenter, & intestina, tum iecur ipsum sita sunt, 8. *de placit. cap.*9.

Prægmatis ossa duo sunt, capiti desuper incumbētia, parte posteriori, ab osse occipitis, anteriore verò frontis, utrinque ab ossibus temporum lineis fuerunt distincta, quæ & Bregmatis oßa appellantur, 11.*de usup. cap.*20. *uide Bregmata.*

Præincipientes causæ, uide Antegressa.

Præputium, cutis est, quæ glandem pudendi uestit, 5. *meth.*15. *vide Glans.*

Præsepiola, uide Phathnia.

Præter naturam, uide secundum naturam.

Prætextus, manifestissimas causas, & uerissimas uocauit Hippoc. cum tamen, in usu sit ut falsę causæ prætextus appellentur, 2.*de fract.* 62. *quin & prætextus*

textus aliquando non falsas causas, sed ueras dicit, 3. de fract. 46.

Priapismus, (qui & Tentigo,) est auctio pudendi stabilis in lōgitudinem ac orbem tumefacti, citra rei venereę appetentiam, 9. de comp. med. loc. cap. 9. à flatuoso spiritu, 14. meth. 7. nullo stimulante ad libidinem aut desiderio, aut acquisito calore, ut quibusdā accidere consueuit, qui supini decumbunt, ducta denominatione à Priapo animali; nā hunc ut cui suapte natura huiusmodi Coles esset, ita finxerunt, atq; pictura descripserunt homines, 6. loc. aff. 6. quem & Satyriasim & Satyriasmum Græci vocant, quod Satyri arrigere semper crediti sint, de tumor. cap. 14.

Prima corpora, vide Homiomeres.

Prima particula, vide Similare.

Primæ venæ, (q̄ et magna vasa appellāt, & vasorū radices, 5. meth. 3.) sunt, quæ sunt circa iecur & mesenteriū et Cor, 12. meth. ca. 3. uide Radicē uasis.

Primarius affectus, vide Idiopathia.

Primitiua causa, vide Antegressa.

Princeps intestinum, vide Rectum.

Principium morbi triplex dicitur, secundum vnū quidem modum de primo insultu, qui simplex est, & latitudine caret, secundum alterum verò, de eo quod ad tertium extenditur diem, & præter hæc etiam id quod tanquam pars accipitur totius morbi, in quod manifeste coctionis signa desiderantur, 1. de cris. cap. 8. & 19.

Proboſcis, ſiue Pronomæa eſt pars quædam pendens anguſta, & longa in Elephante animali (quo loco alijs eſt naſus) adeò ut ad terram pertingat, 16. vſup.14.

Procatartica cauſa, vide antegreſſa.

Proceſſus anchoralis, vide Ancyroides.

Proceßus cornicularis, vide Ancyroides.

Procidentia oculi, eſt cum ab ictu aliquo violento, aut ſtrangulatione, cum febre continua, vel capitis dolore, prolapſus oculus fuerit, lib. finit.

Procondyli dicuntur, primi digitorum articuli, metacarpio proximi, ut medij digitorum articuli condyli, extremi vero metacondyli.

Proëgumena cauſa interna eſt, quam antecedentem ſolent nominare, quam Celſus vocat abditam, in occulto poſitam, & morbos continentem cauſam.

Productio, vide Dodecadactylon.

Profundatio ſudoris, vide Chorion.

Prognoſtica ſigna nuncupantur, quæ futura prænunciant, Diagnoſtica quæ præſentia declarant, Indicatoria, quæ curationem indicant, lib. de Optim. ſec. emp. cap. 6.

Prolapſiones, ideſt oſſium integras alternationes, Dimotiones non integras appellat, Hippo. 3. de fract. 51. & 2. de fract. 39.

Prolepticus morbus, uide anticipãs et Cicumenus.

Promanus, vide Digiti, & Pollex.

Pronervationes, vide Tendones, & Aponeuroſis.

Prono-

Pronomœa, vide Proboſcis.

Prophaſis, vide Antegreſſa.

Prophylace, ea eſt artis medicæ pars, quæ morbi cauſam adimit, Prophylactice verò, quæ à morbo præſeruat, 11. *meth. cap.*2.

Proprius affectus, vide Idiopathia.

Proptoſis, ideſt procidentia appellatur, vbi cum inflammatione moti oculi, ſede ſua procidunt, lib. Introd. cap. 15.

Proſarteſis hoc eſt appenſio, longiorum eſt membranarum, ad vicina loca applicatio, lib. finit.

Proſpheromena, ideſt ſumenda uocantur, quę intro in corpus ſumuntur, vt quæ eduntur, ac bibuntur, & inſpiratus aër, 10.*meth.*7.

Proſphyſis, uide Proſtheſis.

Proſtheſis prior eſt virtutis nutritiuæ facultas, quæ nutrimentum membro, quod nutriri debet, apponit, vnde appoſitio dicitur, quam ſubſequitur Proſphyſis, ideſt agglutinatio, ſiue vnio, quæ nutrimētum appoſitum agglutinat, & vnit membro, Tertia his annectitur, quæ vnitum nutrimentum aſſimilat membro quod nutritur, diciturq́; Nutritio, 3.*de natur. fac.cap.*1. *&* 13.

Proſtethis, eſt pars carnoſa, quæ in manuum, & pedum caua parte attollitur.

Prothopathia, vide Idiopathia.

Prurigo, pruritus quidam eſt, cum exigua quadā moleſtia, qualis puerorum qui iam dentire incipiunt

gingiuis accidit, 3. apho. 35.

Psallide, vide Fornices.

Psallioides, siue Psalloides, vide Camarion.

Psammismus, curationis genus est, quo Hydropici arena calida, tecto capite, ad aquam ab vniuerso corpore, ciendam & eiiciendam, sepeliebantur, & soli ardenti exponebantur.

Philothra medicamenta sunt, quæ pilos & capillos auferunt, vel duros, magnos multos, crassos, & veluti suillos pilos attenuando, et minores reddendo, uel ipsos penitus extirpando, & partes corporis depiles reddēdo, 1. de comp. med. loc. ca. 4. differūt à Dropace, quod sint viribus Dropace valentiora, vide Dropax.

Psoa, quasi pulpam, idest lūborum carnem dixeris, est magnus musculus, ab vndecima thoracis costa incipiens, per vniuersa ilia & pubem progrediēs. lib. de musc. diss. cap. 31.

Psora, scabies est, cum asperitate summæ cutis cū pruritu, furfuribus, & corporis colliquatione, lib. Introd. cap. 13. quæ omnia & si illi cum lepra communia sint, differunt tamen, quod in psora summa cutis occupatur, in lepra malum altius descendit, adhuc in psora, furfuracea fit cutis, in lepra squamosa; adhuc psora variè figurata est, lepra verò circularibus magis erosionibus cutem depascitur. Quam psorā Auicenna distinxit in excorticatam, & non excorticatā, fœdam & non fœdam, humidam & siccam; quod forte aliud

te aliud ſit Græcis Pſora ac Arabibus.

Pſoriaſis hoc eſt ſcabies & duritia ſcroti, cum intenſa prurigine; quandoque verò & vlceratione, lib. finit.

Pſorica medicamenta ſunt, quæ ſcabras in palpebris affectiones ſanant, 2. de comp. med. loc. cap. 3.

Pſorophthalmia, ideſt pruriginoſa ſcabies à ſole, & puluere orta, lib. de remed. par. fac. cap. 10.

Pſychrophouus, homo eſt qui frigidæ aquæ exhibendæ eſt timidus, ſicut & hæmophouus eſt, ſanguinis mittendi timidus, & hydrophouus, qui à rabido Cane morſus, aquam reformidat, 9. meth. 5.

Pſyctica medicamenta ſunt, refrigeratoria, quæ omnem calorem & laſſitudinem mitigant, lib. de Dynam. in proœmio.

Pſydraciæ ſunt paruæ efflorationes factæ in capite ſimiles veſicis eminentibus in ſuperficie, lib. de med. fac. par. cap. 5. Differunt à Phlyctænis, quæ toto corpore non tantum capite, vt Pſydracia, oriuntur, & ſi autor Introductorij forte aliter ſentire videatur; tum quod Phlyctenæ à calidiori, acriorique hæc à minus calido humore & acri gignantur.

Pterna, calx, os pedis omnium maximum eſt, parte qua ingredimur leniter rotundum & latiuſculum, poſteriore tibiæ rectitudinem longe excedens, inferiore aſtragalo, anteriore oſſe ſcaphoidi inarticulatum.

Pterygoidea, quæ & alaria oſſa dicuntur, vide Sphenois os.

Poly [illegible] oculi

Pol[illegible] angulis, & pro-

genitus [illegible] insuper au-

propriet [illegible] c. 12.

affert sp[illegible] fines eius

Pom[illegible] 12. eadem

flatuoso [illegible] Ex[illegible]

excitar[illegible] Pte

est, tu[illegible] c. 11.

quales [illegible]

morbu[illegible]

cum m[illegible]

Po[illegible]

rē, seu [illegible] de med.

tis m[illegible]

P[illegible]

gnum [illegible]

terio [illegible]

dicit [illegible]

T[illegible]

lo, a[illegible]

reni[illegible]

le, [illegible]

T[illegible]

lib. [illegible]

[illegible]

Pudi-

Publice grassantes, vide Cõmunis, & Endemus.

Puerilis morbus, vide Comitialis.

Pulmo, caro quædam rara tenera, & spongiosa est, in quibus cauis aër attractus modice retinetur, et rectificatur à suis prauis qualitatibus, lib. de anat. viu. Vnde respirationis & vocis instrumentum est, 7. de vsup. 1. estq́ue viscus quemadmodum hepar, vasis quàm plurimis contestum, quorum interualla carne molli, instar stoebes cuiusdam opplentur, quo omne id quod inter vasa omnia est inane repleret, essetq́ue firmamentum ac propugnaculum imbecillitatis ipsorum, ibid. cap. 2. & 8. πνεύμων Græcè, & spongiosus, quò follis instar aëre impleri distendiq́ue citra noxam possit, substantia spumam sanguinis referens.

Pulmonia, vide Peripneumonia.

Pulsatiuus dolor, vide Dolor pulsatiuus.

Pulsus est sensibilis Cordis & arteriarum motus dilatatione & contractione factus, 1. de differ. puls. cap. 2. & 4. de differ. puls. cap. 3. Hoc nomen pulsus ueteres primùm adhibuerunt designãdis motibus dolorificis pulsantibus ex inflammatione & palpitantibus, concitato, uehementiq́ue motu arteriarũ; Deinde medici ea uoce vsurparunt in significando motu secũdũ naturã in Corde & arterijs facto per systolẽ & diastolẽ, cui⁹ naturã Hippoc. uel non callebat, uel ut fallacem neglexit; in quo si medici tactus sua diastole euertitur, aut uiolenter impellitur, & cum renixu quodam pulsat, vehemens pulsus, σφοδρὸς σφυγμὸς dicitur,

Pityriasis & pityra, uide Furfuratio.

Pityroides vrina, quæ habet hypostasim similem furfuri, idest furfuraceam hypostasim, lib. de vrinis, cap. 28.

Pladarotes, sunt mollia veluti corpora uetusta et maxime decolora, palpebrarum parte interna, non dum aspredinem habentia, lib. Introd. cap. 15.

Plados omnis humiditas redundans superflua, & excrementitia, siue tenuis ea sit, siue in modum puris craßa, 3. de fract.

Plagulę, quæ & splenia dicuntur à splenis forma, firmamenta sunt quæ stabiliunt deligationem; luxato enim fracto, uel comminuto osse fasciæ imponuntur, quæ confirmatum ac repositum os continent, prohibentque ab affecta parte inflammationem, præsentem humorem repellendo; & aduenienti obsistendo, quae fasciæ & subfasciationes, & subligamina appellantur; supra has ne dimoueantur, ac diuertant, plagulæ imponuntur cerato aliquo intinctæ, quarũ duplex est usus, vnus ut subligamina contineant, alter vt ea membra circum expleant, quæ in acutum desinunt; Plagulis tertiò aliæ fasciæ, quas superligamina nominant, conuoluuntur, quibus ferulæ superponuntur, quæ totam deligationem firment ac stabiliãt, 3. de iis quæ in medic. 11.

Planities, vide Pedion.

Planta, uide Pedion.

Planum, vide Pedion.

Pla-

Platysma, hoc est latius linteum, quod vlceribus extrinsecus superdatur, 4. de comp. med. per gen. 14. platysma autem myodes, est, dilatatio musculosa, siue latus ille musculus, qui cuti subnascens buccam, sine maxilla, mouet, lib. de neruor. disse. cap. 6. vide Latus musculus.

Plectrum, vide Pharynx, & Isthmus.

Plenitudo, uide Multitudinis.

Plenus pulsus, qui arteriam ostendit pleniorem, & occursum humide tumidum, 1. de differ. puls. c. 6.

Plethora est vbi æqualiter inter se omnes succi sunt adaucti, id Plethos, plethoran, & plethorian Græci vocant, nos plenitudinem & succorum redundantiam dixerimus; vbi uerò uel flaua bile, vel nigra, vel pituita, uel serosis humoribus refertum iam corpus fuerit, eum habitum Cacochymiam, quasi succorum vitium dicas, non plethoram vocant, 3. meth. cap. 6. & 13. meth. cap. 4. vide Multitudinis.

Pleuritis, quæ & Pleuresis dicitur & morbus lateralis, est inflammatio illius membranæ quæ costas intus subcingit, 6. aphor. 33. quæ membrana mutuato à costis nomine, quæ Pleuræ dicuntur, & pleura ipsa dicitur vulgo. Exquisita verò Pleuritis fit, ubi cingens membrana costas, primario affectu laborat, proinde dolor, vel ad iugulum, uel ad precordia peruenit; ad iugulum quidem superioribus eius partibus affectis, ad precordia verò ubi inferiores afficiuntur, atque vehemens quoque febris hanc

inflam-

inflãmationem perpetuò sequitur, quia sedes affecta, & parum distat à Corde, & cum panniculo ipsum inuoluente, ac septo transuerso cognationem habet, 5. de loc. aff. 3. lib. de constit. art. cap. 15. Arabibus Sosati, Birsen, & Pleuresis, Grecis πλευρῖτις appellatur. Non exquisita verò pleuritis est, in qua dolor externus est, & contactu mouetur, vel quod sine febre, vel sine sputo, vel sine tussi, uel sine spirandi difficultate sit, vel quod neque tensionem, neq; duritiem vllam pulsus habet, quæ tamen singula exquisitam efficiunt pleuritidem. Pleuritidem uerò incoctam appellant, quæ vel celeriter hominem iugulat, vel non nisi longo tempore finitur, 5. loc. aff. cap. 2.

Plexus choroides, uide Choroides plexus.

Plexus retiformis, seu reticularis, est inuolucrum ex multis arterijs, sub dura meninge collocatum, ad retardandum spiritum animalem, ne statim effluat; vbi enim natura voluit diutius morari materias, ibi transitum ipsis difficilem molita est, quemadmodum in Ventriculo quidem Pylorus, in intestinis inuolucra, & ante testiculos arteriæ & uenæ multipliciter inuoluuntur, non secus in capite sub dura meninge plexus arteriarum retiformis & reticularis, & Choroides dictus, 4. de vsup. cap. 13. & 9. de vsup. cap. 7. quem vulgo rete mirabile appellant, vide Glandulosi assistentes.

Plexus variciformis, vide Flexus variciformis.

Plixada, idest greßuram, totum id quod inter inguina

guina vtriusque cruris est, solet Hippoc. appellare, 4.de artic. 45.

Pneumatias & Pneumatodes, vocat Hipp. anhelosos, qui densum spiritum habent, 3.de diffic. respir. cap.12. Adhuc pneumatodes vocat Hipp. aliquando eos, qui ventrem inflatum habent, ibid.

Pneumaticus, idest spiritalis, qui omnia spiritibus attribuit, lib. Introd. cap.9. vel qui de spiritibus agit 3.de differ. puls. cap.6.

Pneumomphalon, Vmbilici est dilatatio, à flatuoso spiritu, lib. finit.

Pnigalion, morbus Incubus Latinis dictus, alio nomine Ephialtes, vide Ephialtes.

Podagra est Arthritis pedum, ut enim Arthritis, vniuersi corporis & articulorum omnium, morbus est, ita si solùm pedum sit, ab affecta parte, podagra, si manuum, chiragra nuncupatur, vide Arthritis.

Pollex, est breuior & maior digitus manus, quem Antichira & promanum vocant, lib. de ossib. c. 22. vide Digiti.

Polychresta, medicamenta sunt, quæ multis affectibus conueniunt, quæ contrarijs medicamentis cõstant, etiam iuxta secundas qualitates ac vires, non tantum primas, 5.de comp. med. per gen. cap.1.

Polychronius morbus, qui longo tempore comprehenditur, qui & Chronius dicitur, cui opponitur Brachichronius, qui breui tempore finitur, 3.dier. decr. cap. 13.

Poly-

Polymorphum, uide Sphenois os.

Polypus, tumor est præter naturam, in naribus genitus, polypodis carni assimilis, iuxta substantiæ proprietatem, 3.de comp.med.loc.c.3.cuius quinque affert species Hipp. lib. περὶ παθῶν.

Pompholix, bulla, est eleuatio in humore facta à flatuoso spiritu, quo intra humorem concluso bulla excitari solet, præsertim si humor tenax, viscosusq; est, tunc enim bulla permanet, nec facile soluitur, quales sępe in vrinis visuntur, renalem & longum morbum significantes. Est & Pompholix metallicum medicamentum.

Ponos, nunc laborem propriè dictum, nunc dolorẽ, seu vt quispiã dixerit malã affectionẽ, qua in acutis morbis, ęgri male afficiũtur significat, 2.acut. 47.

Poples, siue Ancyle, est articulus ille quo os magnum femoris articulatur ossi tibiæ, in quo pars exterior genu dicitur, interna verò qua crus flectitur, dicitur poples, uel Ancyle, lib. Introd. cap. 10.

Porocele, est ramex callosus siue tophus in testiculo, aut in membrana Erythroide concrescens, multus renitens, durus, & inęqualis. His notis ab hydrocele, & sarcocele distinguitur, lib. finit.

Poromphalon, est concretio tophi in Vmbilico, lib. finit.

Poropœia, est exiguorũ meatuũ status, 4.meth.4.

Porracea bilis, vide Bilis pallida.

Porrigo, idest furfuratio, vide Furfuratio.

Por-

Porta vena, uide Caua vena.

Portæ Hepatis, πύλαι ἥπατος, sunt pars sima hepatis, in qua sita est ea vena magna, quam vocant venam portam, uel venā portę quā est ingreßus chyli in iecur, sicut in gibba sanguinis ex eo egressus.

Porta Ventriculi, est inferior uentriculi terminus, qui & Pyloros dicitur, 3.loc.aff.7. vide Pyloros.

Portinarium est primum intestinorum, quod duodenū appellaē, lib.de anat.viu.uide Dodecadactylon.

Porus est neru⁹ mollis ex prima coniugatione neruorum oculum mouentium, à Cerebro ad oculos pertinens, qui solus manifestum habet foramen, unde & visificus, & meatus absolute dicitur, 4.loc.aff.2. Porus est exiguus omnis corporeę molis meatus, 1.sanit. tuen.cap.12. Atqui & porus tophum significat, tum qui in Arthriticis, tum qui in calculosis generatur; cum enim humor crudus lentorem assumpsit, & trāsitus per renes quibusdam natura sunt angusti, id quod crassissimum est, & maxime lentum, diutius moratū tophum gignit, 1.de aliment.fac.cap.5. Porus adhuc & Callum significat, ad quem gignendum cogi, concrescereque aliquid proprij ossium alimenti oportet, quod in fracturis ossium accidit, 6.meth. cap.5. vide Meatum, & Oncos.

Post apparentia, uide Assidentia.

Post brachiale, vide Brachiale.

Posterius Cerebrum, vide Cerebellum.

Posthia, siue Crithe dicitur, cum parte interna palpe-

palpebrarum, iuxta corollas, suppuratum, oblongum, figura hordeo simile fit, unde appellatum est, lib. Introd. cap. 15.

Precedentes causæ, uide Antegressa, & Febres putridæ.

Præcognitio, προγνωσις, prænotio est futuri euentus morbi, uel futuri symptomatis eorum quę necessariam habent generationem solum, non autem omniũ quæ circa ægrotos eueniunt; modo nihil aut ab ægro, aut ab assidentibus fuerit commissum, quo medici iudicium iure frustrari possit.

Precordia, hoc est Phrenas non ipse tantum, sed alij etiam ueteres septum appellarunt, infra uerò hęc præcordia tum uenter, & intestina, tum iecur ipsum sita sunt, 8. de placit. cap. 9.

Prægmatis ossa duo sunt, capiti desuper incumbẽtia, parte posteriori, ab osse occipitis, anteriore uerò frontis, utrinque ab ossibus temporum lineis fuerunt distincta, quæ & Bregmatis ossa appellantur, 11. de usup. cap. 20. uide Bregmata.

Præincipientes causæ, uide Antegressa.

Præputium, cutis est, quæ glandem pudendi uestit, 5. meth. 15. vide Glans.

Præsepiola, uide Phathnia.

Præter naturam, uide secundum naturam.

Prætextus, manifestissimas causas, & uerissimas uocauit Hippoc. cum tamen, in usu sit ut falsę causæ prætextus appellentur, 2. de fract. 62. quin & prætextus

textus aliquando non falsas causas, sed ueras dicit, 3. de fract. 46.

Priapismus, (qui & Tentigo,) est auctio pudendi stabilis in lõgitudinem ac orbem tumefacti, citra rei venereę appetentiam, 9. de comp. med. loc. cap. 9. à flatuoso spiritu, 14. meth. 7. nullo stimulante ad libidinem aut desiderio, aut acquisito calore, ut quibusdã accidere consueuit, qui supini decumbunt, ducta denominatione à Priapo animali; nã hunc ut cui suapte natura huiusmodi Coles esset, ita finxerunt, atq; pictura descripserunt homines, 6. loc. aff. 6. quem & Satyriasim & Satyriasmum Graci vocant, quod Satyri arrigere semper crediti sint, de tumor. cap. 14.

Prima corpora, vide Homiomeres.

Prima particula, vide Similare.

Primæ venæ, (q̃ et magna vasa appellãt, & vasorũ radices, 5. meth. 3.) sunt, quæ sunt circa iecur & mesenteriũ et Cor, 12. meth. ca. 3. uide Radicẽ uasis.

Primarius affectus, vide Idiopathia.

Primitiua causa, vide Antegressa.

Princeps intestinum, vide Rectum.

Principium morbi triplex dicitur, secundum vnũ quidem modum de primo insultu, qui simplex est, & latitudine caret, secundum alterum verò, de eo quod ad tertium extenditur diem, & præter hæc etiam id quod tanquam pars accipitur totius morbi, in quod manifeste coctionis signa desiderantur, 1. de cris. cap. 8. & 19.

Proboscis, siue Pronomæa est pars quædam pendens angusta, & longa in Elephante animali (quo loco alijs est nasus) adeò ut ad terram pertingat, 16. vsup.14.

Procatartica causa, vide antegressa.

Processus anchoralis, vide Ancyroides.

Processus cornicularis, vide Ancyroides.

Procidentia oculi, est cum ab ictu aliquo violento, aut strangulatione, cum febre continua, vel capitis dolore, prolapsus oculus fuerit, lib. finit.

Procondyli dicuntur, primi digitorum articuli, metacarpio proximi, ut medij digitorum articuli condyli, extremi vero metacondyli.

Proëgumena causa interna est, quam antecedentem solent nominare, quam Celsus vocat abditam, in occulto positam, & morbos continentem causam.

Productio, vide Dodecadactylon.

Profundatio sudoris, vide Chorion.

Prognostica signa nuncupantur, quæ futura prænunciant, Diagnostica quæ præsentia declarant, Indicatoria, quæ curationem indicant, lib. de Optim. sec. emp. cap. 6.

Prolapsiones, idest ossium integras alternationes, Dimotiones non integras appellat, Hippo. 3. de fract. 51. & 2. de fract. 39.

Prolepticus morbus, uide anticipãs et Cicumenus.

Promanus, vide Digiti, & Pollex.

Proneruationes, vide Tendones, & Aponeurosis.

Prono-

Pronomœa, vide Proboscis.

Prophasis, vide Antegressa.

Prophylace, ea est artis medicæ pars, quæ morbi causam adimit, Prophylactice verò, quæ à morbo præseruat, 11. meth. cap. 2.

Proprius affectus, vide Idiopathia.

Proptosis, idest procidentia appellatur, vbi cum inflammatione moti oculi, sede sua procidunt, lib. Introd. cap. 15.

Prosartesis hoc est appensio, longiorum est membranarum, ad vicina loca applicatio, lib. finit.

Prospheromena, idest sumenda uocantur, quę intro in corpus sumuntur, vt quæ eduntur, ac bibuntur, & inspiratus aër, 10. meth. 7.

Prosphysis, uide Prosthesis.

Prosthesis prior est virtutis nutritiuæ facultas, quæ nutrimentum membro, quod nutriri debet, apponit, vnde appositio dicitur, quam subsequitur Prosphysis, idest agglutinatio, siue vnio, quæ nutrimẽtum appositum agglutinat, & vnit membro, Tertia his annectitur, quæ vnitum nutrimentum assimilat membro quod nutritur, diciturq; Nutritio, 3. de natur. fac. cap. 1. & 13.

Prostethis, est pars carnosa, quæ in manuum, & pedum caua parte attollitur.

Prothopathia, vide Idiopathia.

Prurigo, pruritus quidam est, cum exigua quadã molestia, qualis puerorum qui iam dentire incipiunt

gingiuis accidit, 3. apho 35.

Psallide, vide Fornices.

Psallioides, siue Psalloides, vide Camarion.

Psammismus, curationis genus est, quo Hydropici arena calida, tecto capite, ad aquam ab vniuerso corpore, ciendam & eijciendam, sepeliebantur, & soli ardenti exponebantur.

Philothra medicamenta sunt, quæ pilos & capillos auferunt, vel duros, magnos multos, crassos, & veluti suillos pilos attenuando, et minores reddendo, uel ipsos penitus extirpando, & partes corporis depiles reddẽdo, 1. de comp. med. loc. ca. 4. differũt à Dropace, quod sint viribus Dropace valentiora, vide Dropax.

Psoa, quasi pulpam, idest lũborum carnem dixeris, est magnus musculus, ab vndecima thoracis costa incipiens, per vniuersa ilia & pubem progrediẽs. lib. de musc. diss. cap. 31.

Psora, scabies est, cum asperitate summæ cutis cũ pruritu, furfuribus, & corporis colliquatione, lib. Introd. cap. 13. quæ omnia & si illi cum lepra communia sint, differunt tamen, quod in psora summa cutis occupatur, in lepra malum altius descendit, adhuc in psora, furfuracea fit cutis, in lepra squamosa; adhuc psora variè figurata est, lepra verò circularibus magis erosionibus cutem depascitur. Quam psorã Auicenna distinxit in excorticatam, & non excorticatã, fœdam & non fœdam, humidam & siccam; quod forte aliud

te aliud ſit Græcis Pſora ac Arabibus.

Pſoriaſis hoc eſt ſcabies & duritia ſcroti, cum intenſa prurigine; quandoque verò & vlceratione, lib. finit.

Pſorica medicamenta ſunt, quæ ſcabras in palpebris affectiones ſanant, 2. de comp. med. loc. cap. 3.

Pſorophthalmia, ideſt pruriginoſa ſcabies à ſole, & puluere orta, lib. de remed. par. fac. cap. 10.

Pſychrophouus, homo eſt qui frigidæ aquæ exhibendæ eſt timidus, ſicut & hæmophouus eſt, ſanguinis mittendi timidus, & hydrophouus, qui à rabido Cane morſus, aquam reformidat, 9. meth. 5.

Pſyctica medicamenta ſunt, refrigeratoria, quæ omnem calorem & laſſitudinem mitigant, lib. de Dynam. in proœmio.

Pſydraciæ ſunt paruæ efflorationes factæ in capite ſimiles veſicis eminentibus in ſuperficie, lib. de med. fac. par. cap. 5. Differunt à Phlyctænis, quæ toto corpore non tantum capite, vt Pſydracia, oriuntur, & ſi autor Introductorij forte aliter ſentire videatur; tum quod Phlyctenæ à calidiori, acriorique hæc à minus calido humore & acri gignantur.

Pterna, calx, os pedis omnium maximum eſt, parte qua ingredimur leniter rotundum & latiuſculum, poſteriore tibiæ rectitudinem longe excedens, inferiore aſtragalo, anteriore oſſe ſcaphoidi inarticulatum.

Pterygoidea, quæ & alaria oſſa dicuntur, vide Sphenois os.

Pterygium dicitur, neruosa superinnatæ oculi membranæ eminentia incipiens ab angulis, & procedens vsque ad corneam; quando verò insuper augetur cooperit et pupillam, lib. de med. fac. par. c. 12. Pterygia etiam vocant alas narium, idest fines eius infernos qui mouentur, 11. de vsup. cap. 12. eadem Vngula appellatur & Vnguis, differens ab Encanthide, quæ est carnis in maiore angulo excrescentia, Pterygium uerò neruosa caruncula est, 10. de vsup. c. 11.

Ptilos, glabras, simulque nascentes alias palpebras, quique pilos non habent, Græci uocant, 4. de comp. med. loc. cap. 8.

Ptilosis est casus pilorum palpebræ, lib. de med. fac. par. cap. 12.

Ptisana, nunc pro succo hordei percolato, nunc pro iusculo ex hordeacea etiam substantia sumitur, 9. de placit. cap. 6.

Ptosis oculi vitium est, quod alio nomine φαλάγγωσις appellatur, vide Phalangosis.

Ptyelos, vide Choana.

Pubes, pubertas, tempus est ætatis, quo lanugo circa pudenda oriri incipit, quod initio anni decimi quarti incipit, ad uigesimum quintum terminatur, 5. aph. 7. Est & Pubes, idem quod pecten, postrema pars hypogastrij; siue Aqualiculi, qua pili nascuntur vide Aqualiculus. Cuius pubis, seu pectinis ossa, apophyses sunt ossis sacri tenues perforatæ & in anteriora protensæ.

Publi-

Publice grassantes, vide Cōmunis, & Endemus.

Puerilis morbus, vide Comitialis.

Pulmo, caro quædam rara tenera, & spongiosa est, in quibus cauis aër attractus modice retinetur, et rectificatur à suis prauis qualitatibus, lib. de anat. viu. Vnde respirationis & vocis instrumentum est, 7. de vsup. 1. estque viscus quemadmodum hepar, vasis quàm plurimis contextum, quorum interualla carne molli, instar stoebes cuiusdam opplentur, quo omne id quod inter vasa omnia est inane repleret, essetque firmamentum ac propugnaculum imbecillitatis ipsorum, ibid. cap. 2. & 8. πνεύμων *Græcè, & spongiosus, quò follis instar aëre impleri distendique citra noxam possit, substantia spumam sanguinis referens.*

Pulmonia, vide Peripneumonia.

Pulsatiuus dolor, vide Dolor pulsatiuus.

Pulsus est sensibilis Cordis & arteriarum motus dilatatione & contractione factus, 1. de differ. pulsi. cap. 2. & 4. de differ. puls. cap. 3. Hoc nomen pulsus ueteres primùm adhibuerunt designādis motibus dolorificis pulsantibus ex inflammatione & palpitantibus, concitato, uehementique motu arteriarū; Deinde medici ea uoce vsurparunt in significando motu secūdū naturā in Corde & arterijs facto per systolē & diastolē, cui⁹ naturā Hippoc. uel non callebat, uel ut fallacem neglexit; in quo si medici tactus sua diastole euertitur, aut uiolenter impellitur, & cum renixu quodam pulsat, vehemens pulsus, σφοδρὸς σφυγμὸς *dicitur,*

citur, cui oppositus, ἀμωλρὸς, languidus dicitur.

Puluis pinguis, est in quo nec asperum quippiam, nec acre subest, 5.sanit.tuen. cap.3.

Punctio, solutio continuitatis in carne est, ab aliquo acuto incidente & tenui facta; Grece νύξις; & νύγμα dicitur. Est adhuc punctio quæ & compunctio appellatur, incisionis ratio, quæ hydropicis ad ciendam aquam debetur, quæ παρακέντησις Græce dicitur (de qua consule Paulum) Arabibus pũctura.

Punctorius dolor, uide dolor tristis.

Pupilla, Græce κόρη, foramen medium Vueę tunicæ oculi est, in quo fit visio, lib.de anat. viu. Estq; media totius Iridis pars, lib.Introd. cap.10.

Purgatio, euacuatio est per propria loca, deriuatio per propinquiora, Reuulsio per contraria, 4.meth. 6.& 5. meth. 3. Vacuationem appello propriè materię ubi quantitate exuperet, purgationem uerò alienę per qualitatem, 2.progn. 14. 1.aphor. 2. uide Euacuatio, Pharmacia.

Purgamenta, λόχεια Græce, dicuntur ea omnia, quæ à puerpera, post fœtum, & secundas exeunt per uterum, quę & Catamenia appellantur, soloque hoc differunt, quod hęc ante partum sint, illa post partũ.

Purgatoriam facultatem non omnes intelligunt, quod duo significat, alterum commune omnium quæ quouis modo animalis excrementa expurgant, alterũ uerò per Excellentiam de ijs tantum dicitur, quę aut per uomitum, aut per uentris deiectionem purgent,

5.de

5.de simplic. med. cap.20. vide Cathartica.

Purpurea uena, uide Communis & Media.

Purulentiam, Suppurationemque appellat Hippo. vbi pus vniuersum constiterit, concocto tumore quopiam preter naturam, 1.progn.40.

Purulentus & suppuratus, uide Empyus, & Empyius.

Pus, πύον, est humor putris, partium spermaticarum substantię magna ex parte assimilis; Estq; humor, quod in humoris modum fluat, atque ex humore habet originem, qui in partem inflammatione laborantem decumbens, & per inania eius spatia diffusus, occlusis undique meatibus, perspiratione intercepta computrescit, perinde atque alia omnia, quę perspiratu carentia, alieno in loco uehementius incalescunt.

Pustulę Gręcis Hydatides, hoc est exanthemata, 4.sanit.tue.cap.4. sunt, & pustulę abscessus in nigro oculi humorem continentes cum phlegmone et fluxu, lib. finit. vide Exanthematum.

Pustulę latę, siue tubercula omnia, duplicem habent differentiam, quoniam quędam tendunt in acumen, & altum petunt, quędam ad maiorem extenduntur locum, non tamen in altum attolluntur sic & pustulę non nullę sublimes nō nullę latę fiunt; 6. aph. 9. latę quidem tum ob humoris frigiditatem, lentorē & crassitudinem, tum propter continentis membranę densitatem; sublimes verò tum propter humoris cali-

caliditatem, & tunicę raritatem, tum propter uirtutis robur, foris expellentis pus, unde Coni similitudinem referunt, et in mucronē fastigiātur, 1.*progn.*40.

Putredo est mutatio totius putrescentis corporis substantiæ ad corruptelā, à calido externo, 11.*meth.* 8. *ceterum non quicquid corrumpitur,* σήπεσθαι, *hoc est putrescere dicimus, sed quibus id cum fœtore accidit,* 5.*simplic.* 15.*dicitur autem putredo siue putrefactio Grecè* Σῆψις, *quam duplicem Galenus facit,* 1.*de differ. feb. unā quę fit superante natura, alterā quę fit superata, Galenum, eo loco consule.*

Pycnotica & Pycnωsis, uide condensantia, & Obstruentia.

Pyelus Gręci uocant, paruos alueos in quibus natationes instituuntur, 7.*meth.*6. *uide Choana.*

Pylωρος posterior est & inferior uentriculi terminus, sic dictus, quoniam portę modo, ne nutrimentū ex eo confestim dilabatur, prohibet, lib. Introd. cap. 11. *qui & Pyloron dicitur ad dextram propè iecur situm habens, lib. de ven. & art. dissect. cap.* 1. *qui et Ianitor dicitur, uide Porta Ventriculi.*

Pylus, uide Myrmecię, Clauus, Callus.

Pyωsis, uide Onyx.

Pyricauton, idest ambustum igne, simul & is affectus eodem nomine appellatur, quo quis in aqua feruenti ustus fuerit, 1.*de comp. med. per gen. cap.*4.

Pytiroides, uide Hypostasis.

Pyriama, fotus, fomentum est, non uno modo cor

pori

pori admotum, sed uel per suffitum, uel calidam spongiam humido aliquo decocto imbutam, uel uaporem per arundinem, uel cucurbitulas.

Pyrinoides, uide Dentem.

Pyulcon organum siue instrumentum est, quo mulsa per ulcus infusa, iubemus aliquando quidẽ, ut ęgri inclinati in laborantem partem tussiant, aliquando etiam molliter concutiendo, sicq; pus uniuersum, saniemque ulceris extrahimus, 5. meth. cap. 8. à quo et Pyulca, idest puris attractiua medicamenta denominantur, 2. ad Glauc. 8.

Q*VADRATVM corpus, quod & Eusarcon uocant, est quod nec gracile, nec crassum nec calidum aut frigidum, aut alio quouis nomine ex ijs quę excessum defectum ue indicant dicere possis, 1. de temp. cap. 6. sed inter hęc omnia extrema medium constituitur, 3. de caus. puls. cap. 11.*

Quartana febris, τεταρταῖος πυρετὸς, *est, cuius circuitus est quarto quoque die, quo unam & eandem accessionem facit, ac unam & eandem remissionem, lib. de Typis, cap. 4.*

Quassatio est quartus luxationis uertebrarum modus; tria enim uitia ex uertebrarũ exturbatione contingunt, cum retro abeunt gibberositas, cum intro repanditas, cum in latus torquentur obstipitas; prӕter hęc quartum uertebrarum uitium accedit, cum dimote qui-

te quidem iuncturę ac compages sunt; sed uertebrę tamen in sua sede permanent, quassationem hanc appellant, 3. de artic. 2. Dicitur & quassatio casus inęquabilis pilorum non dissimilis ijs, quę abscidit bipennis, lib. finit.

Quotidiana febris, uide Cathemerina.

Quotidianarum febrium typus est, qui quotidie unam, & eandem accessionem, & eam quidem longitudine commensuratam, & unam eandemque remissionem habet, ut Tertianus circuitus est, qui tertio quoque die, unam & eandem accessionem longitudine commensuratam, & unam & eandem remissionem facit, lib. de Typis, cap. 4.

 R 

RADENS bilis, uide Ater succus, & Acida bilis.

Radius, uide Cubitus.

Radicem uasis, seu uenę uoco priorem eius partē, quę uel iocinori propior est, uel etiam Cordi, hęc in collo ab inferiore est parte, in brachijs & cruribus à superiore, 5. meth. cap. 3.

Ramenta sunt membranarum intestinorū rasurę, aliquando ēt cruentosę, 1. loc. aff. 4. uide Strigmenta.

Ramex, Hernia, Gręce Cele, est omnis in Scroto tumor siue ex delapsu intestini, siue Omenti, siue Vasorum spermaticorum, uaricis, tophi, siue lenti humoris, siue aquosę substantię, lib. finit. Fit autem & aliquan-

aliquando Ramex in inguine, quoties quidam ualidus Tendo (qui & membraneus dicitur, qui ante inguina ortũ habet, et pubis offi inferitur) laxefcit, eiufque robur infirmius fit, & cum eo totus hic inguinum locus, laxior redditus, partes quafdam corporis fubiacentium in fe recipit, ueluti inteftinorum, uel omenti, 4. de anat. adm. cap. 6. vide Celas.

Ranula, tumor, eft phlegmonodes fub lingua confiftens, potiffimum in pueris, quem Græci βάτραχον vocant.

Rarefacentia medicamenta, quæ Aræotica Græci uocant, funt quæ cutis meatus referant, 5. fimplic. 14. vide Anaftomotica.

Rarum corpus eft, cuius partes multis fpacijs inanibus interceptæ funt, aëre plenę, è contra corpus dēfum, feu fpiffum, 1. fimpl. 13. fiue rarum corpus eft, quod meatus quos Græci poros vocant, magnos habet, 2. de fanit. tue. cap. 5.

Rarus pulfus, uide Creber pulfus.

Rafcetta, uide Brachiale.

Rationalis medicorum fecta eft, quę naturæ rationem prębet, morborum caufas inquirit, & fignis ad illarum inuentionem utitur, curationem capiens à contrario, prout caufæ exigunt, in Introd. cap. 3.

Raucedines, uide Branchos.

Recidiua febris eft, quam prauorum humorum reliquię putrefcentes accendunt, cum omnis humor alienus à natura corporis in quo continetur, aptus nõ

fit ad

sit ad eius nutritionem, & deinceps necessariò ad putredinem conuertatur, 2. apho. 12.

Reciprocus pulsus, uide Deficiens, & Recurrens.

Reciprocus decurtatus, uide Deficiens decurtatus.

Recrementum, uide Callosum corpus.

Recrudescentia, ulcera maligna vocat, & recrudescere, quasi rursus crudum fieri, atque in pristinã malignitatem quippiam redire, ac rebellare, 2. de fract. 28.

Recta sutura Caluariæ, uide Obelæa.

Rectum intestinum est vltimum intestinorum omnium, quod ad sedem vsque porrectum est, 6. de anat. adm. cap. 9. quod & princeps intestinum vocatur; laxaque eius pars inferior, qua maxime laxatur, ad cuius finem est Sphincter idest constrictorius musculus, ad cuius distinctionem reliquam recti partem, qua maxime dilatatur laxã appellamus, lib. de vuluæ dissec. cap. 1. quod & extensum, & longaon dicitur lib. de anat. viu.

Recurrentes nerui, uide Nerui recurrentes.

Recurrens est, qui ad quantum excurrit magnitudinis aut uehementiæ, in aliis rursus ad tantumdem recurrit, lib. finit.

Reduuia, uide Paronychia.

Refrictio, uide Anatrypsis.

Regius morbus est, qui amaram bilem in toto corpore redundantem comitatur, erisypelata & ulcera serpentia, cum eadem amara bilis vnam quampiam parti-

particulam obsidet; nigram verò in toto quidem corpore, elephantia, in una quapiam particula, Cancer subsequitur. Pituitoso excremento in toto quidem corpore, succedit hydrops leucophlegmatias dictus, cũ in una insedit particula tumor qui ædematosus dicitur, 3. de sympt. caus. cap. 2. vide Arquatus, & Icteros.

Relaxantia quędam medicamenta uocantur, Græcè chalastica, familiari omnibus propè recentioribus medicis uocabulo, inde nimirum sicut & nomen ipsũ indicat, quod tensas laxant particulas, quippe relaxari ac intendi, contraria inter se dicunt, 7. de comp. med. per gen. cap. 9. uide Chalastica.

Remissionem febris uocat secundam totius circuitus paroxysmi partem, in duo vniuersa diuisi, accessionem & remissionem, lib. de totius morbi tẽp. c. 8. vide Ablatio.

Remissus pulsus, uide Vehemens..

Renes, νεφροὶ, peculiare quoddam corpus sunt, densum, ex carne & fibris constitutum, carneaque substantia, non paucas habens inuolutiones, figura autẽ Grę ce literæ C, et in medio cauitatem quandam, quã ex venis & arterijs serosum excrementum excipiũt, ad quos non maiores solum uenæ, quarum aliæ in cauitatem hanc inseruntur, aliæ in membranam quæ eos tegit, sed meatus etiam capillis modo exiles deferuntur, ad renes siti, paulò altius quàm ilia, à quibus duo urinarij meatus emergunt, quibus ad vesicã

vrina

vrina reducitur, quorum operatio eſt ſecernere, & percolare ſeroſum excrementum à ſanguine, lib. de ren. aff. dign. cap.1.

Repanditas, uide Obſtipitas, Quaſſatio, Chyphoſis

Repercutientia, uide Attrahens.

Reſpiratio, & Reſpiratus, uide Inſpiratio, & Tranſpiratio.

Reſolutio neruorũ, eſt deperditio motus in aliqua corporis parte, non aũt ſenſus; ſi.n.deperditur ſenſus dicit ſenſus reſolutio, 3.loc.aff.10.licet eiuſdẽ capitis initio dicat, vbi oẽs pariter nerui tum ſenſum, tum motum amiſerint, apoplexia hęc affectio appellatur; vbi uerò alteri laterum, aut dextro, aut ſiniſtro id accidat, reſolutio, eius ſcilicet partis, in qua conſiſtit affectio, interdum dextrę, interdum ſiniſtrę, quod ſi in aliquo membrorum idem euenerit, eiuſdem mẽbri reſolutio, Græce paralyſis eſſe dicetur, 3.loc.aff.10.

Reſolutus oculus dicitur, ubi naturali motu deſtitutus, neque ſurſum, neque deorſum intendi poteſt, verum ſenſus expers ſit, frequenter id mali, partibus etiam oculi accidit, lib. Introd. cap.15.

Reſtitutio, eſt oſſis vel membri in propriam ſedem collocatio, & repoſitio, 3.de fract. 38.

Rete, vide Omentum.

Retentrix facultas, vide Attractrix.

Retiforme corpus, eſt quaſi tunica, humorem vitreum oculi ambiens, quod ex Cerebri portione ſuperne deſcendente atque amplificata conflatum eſt,

reti

reti ſimile, quod à Choroide, ideſt, tenui Cerebri tunica, quæ illi ſuperne dimittitur, continetur, unde tunica oculi choroide, ideſt ſecundina nominatur, 10. de vſup. cap. 2. vide Choroides.

Retiformis plexus, vide Flexus variciformis, & Amphibleſtroide.

Retina eſt panniculus vitreum humorem oculi circundans quaſi rete, cui annectitur alius qui dicitur ſecundina, quod ſecundinę ſit ſimilis, iuxtà quem tertius eſt, qui oſſa contingit durus & ſolidus vnde ſcliròs dicitur, lib. de ocul. cap. 2.

Reuerſiua febris nominatur; quæ non eſt acuta, ſed diuturna, & imperfectas habet ſolutiones, com. 2. in 6. de morb. vulg. 21.

Reuulſio eſt, euacuatio alienæ materiæ per loca contraria, vide Purgatio, & Deriuatio. Eſt autem reuulſio facienda deorſum quidem vbi ſucci ad ſuperiora feruntur, ſurſum vbi ad inferiora vergunt, & vbi introrſum ad exteriora, vbi extrorſum ad interiora, vbi dextrorſum inclinant in ſiniſtrum, ſi ſiniſtrorſum ad dextram reuulſio facienda; ſic ſane fluxiones quæ retro inclinant in priora reuellendæ, quæ in priora in poſteriorem regionem abducendæ ſunt, lib. de hyrudin. cap. 2. lib. de Deriuat. cap. 19. quam Greci antiſpaſin vocant, vide Antiſpaſis, Deriuatio, Purgatio.

Rhabdoides ſutura, eadem eſt ac recta capitis ſutura, uide Obelæa.

Rhachitæ, qui & Rhachiæi sunt dorsales musculi,4.de anat. adm. cap.6.7.aph. 36. Rhachitis medulla, ideſt ſpinalis medulla, unde Rhachis ſpina eſt, vide Dorſum, Medulla.

Rhacodes, ideſt laceroſa, vniuerſa eſt cutis à pure circa abſceſſum aggregato ſufficienter extenuata, inſtar lacerę ueſtis; idque accidit, ubi qui ad abſceſſum perueniũt tumores tardi ſecti fuerint, aut ob medicantium imperitiam, aut eorum quibus medela adhibetur timiditatem, qui ſecari non patiuntur, ſed expectant ut longiori tempore cutis à pure rodatur, 2. Glauc. 8.

Rhacoſis, ideſt detritio, multa ſcroti extenſio eſt, lib. finit.

Rhagas, ideſt ſciſſura, fiſſuraue diuiſio eſt labia obtinens callo obdurata, lib. finit.

Rhagades, ſunt rugę ani intumeſcentes, rimæque ac fiſſuræ ſedis, 1.de comp.med.loc.cap.8. quæ & rimæ ſedis dicuntur, non aliter quam labra quandoq; et manus ex vehemẽti frigore, Plinius fiſſa appellat.

Rhages dicuntur extremi digitorum fines, qui & κορυφαὶ vocantur.

Rhagois tunica, quæ cęrulea, vuea & vuiformis dicitur, eſt oculi panniculus, albugineum humorem tangens, & circundans, nigri coloris, vnde vuea tunica à colore dicitur, poſt quem eſt alius panniculus cornu ſimilis. Vnde Ceratoides ideſt Corneus appellatur, iuxta quem eſt tertius non circundans alios, ſed

eos

eos intra se iungens, quem coniunctiuam uocant, & Adnatam, siue Agnatam; Inter crystallinum & albugineum est tela aranea, lib. de ocul. cap. 2. & Introd. cap. 11. & 10. usup. cap. 4.

Rhaphe, idest sutura, commissura, syntaxis serrata, uide Commissura.

Rhegma, idest ruptum, est ossis ad os traductio à profundo ad superiorem, lib. finit. uel Rhegma est solutio continuitatis in uasis, vt Fractura in osse, Conuulsio, seu spasma in neruo, Apospasma in ligamentis, Thlasma in musculis, ita Rhegma in uasis ex uiolento ictu, uel graui casu, uel alio quopiam valente motu excitata, 4. meth. cap. 1.

Rhetidosis, idest oculi tabes, & corrugatio, 3. meth. 2. vide Tabes oculi.

Rheuma, idest fluxio, & humorum decubitus, 1. de comp. med. per gen. 4. uide Fluxio.

Rheumaticus vocatus affectus, ea ratione prouenit, qua toto videlicet corpore infirmo, quę una est mali habitus species, principibus verò illius partib⁹, paulum licet ipsis insit sanguinis, grauari tamen solitis, eumque ad carnosas cutis partes protrudentibus potissimumque ad adenas, excipiendis recrementis idoneos. tum ob substantiæ laxitatem, tum quia omnium partium minime robustas habent naturales uirtutes; sicut, & pinguedo; partes enim infirmiores omnium primæ, excrementitijs morbis corripiuntur, lib. de cur. rat. per sang. cap. 8. fluentibus uerò humo-

ribus Rheuma seu fluxio dicitur, cum uerò in aliqua parte constiterint, is affectus, qui inde generatur, Rheumaticus appellatur, 2. Glauc. cap. 2.

Rhexis, idest ruptio, est ulceratio ab ictu, uel alia quapiam causa, in alto totas subinde membranas diuidens, uel etiam humores, quibus videndi facultas administratur, effundat, lib. Introd. cap. 15.

Rhodinum, uide Oxyrhodinum.

Rhodomeli, idest, mel rosaceum, quod aliquando simplex, interdum purgatorium paratur.

Rhœas, siue Rhyas, uide Encanthis.

Rhogme est ossis interruptio, per superficiem recta uel angusta, uel lata, lib. finit.

Rhopalosis concretio est summorum pilorum indiuisibilis, qui etiam amplius non crescunt, lib. finit.

Rhus, profluuium fœminarum propriè apud medicos significat, fluente sanguine assidue penè & inordinate per vterum; longeque diuersa fluxio est ab ea, qua fluit sanguis per uterum menstruis periodis, cum illa præter naturam sit, hæc uerò secũdum naturam; Morbi nomen est ῥοῦς γυναικεῖος, fluxus muliebris.

Rhyas, est oculorum uitium, quando meatus qui ab oculis in palatum desinit, uel obstructus, vel conniuens, excrementa, non ad loca consueta transmittit, sed in oculos regurgitare facit, com. 2. in 6. de morb. vulg. 32. vide Rhœas, & Encanthis.

Rhypodea medicamenta sunt Græce appellata, quæ à sordium similitudine, quasi strigmentosa nominan-

nantur, 2. de comp. med. per gen. cap. 1.

Rhyptica siue extergētia ea medicamēta nominātur, quæ in superficie, siue in cute, siue in ulceribus sordem auferunt; quæ uerò altius poros expurgant, ea Ecphractica, & Eccathartica, quasi expurgantia, et farctu liberantia dicas, appellantur, 5. simplic. 12.

Rhythmus in pulsu est proportio temporis ictus, ad tempus quietis, 1. de differ. puls. cap. 7.

Rigor ῥῖγος, est insiti caloris perfrictio, cum sensu doloris subita & vniuersim facta, lib. de tremor. cōuul. cap. 6. Nominaturque etiam Rigor, neruorum conuulsio, & Tetanos, 3. loc. aff. 10. Estque concussio & cōmotio inęqualis totius corporis à tenui & acri, copiosiorique humore quàm qui in horrore peccet, 3. Sanit. tuen. 5. qui & Rigor & Rigos dicitur, 1. de sympt. caus. cap. 8. vide Frigus.

Rigos, uide Rigor.

Rigor sine febre non nullis quidem accidit semel, non nullis autem per uices interpollens multorum spacio dierum, uel à principio vsque ad finem continuatur, aut uidelicet est ita omnino exiguus, ut neq; adesse videatur, cum se quieti tradiderint, sed cum moueri cœperint, tunc demum eum sentiunt, aut totam vim habet, ut sit etiam sine motu molestus, quod accidit pituita humore redundante, sed non putrescente, quando autem hoc tempore humor putruerit, non modo rigent, sed etiam febricitant ægri, 2. de differ. feb. cap. 5.

Rob, uide succum medicatum.

Ros, tertia est humiditatis species unde partes nostri corporis nutriuntur, quę continetur in omnibus animalis partibus, ceu ros quidam per eas sparsus, quam inserere particulis; sine nutrimento non est, 7. meth. 6.

Rotula, uide Patella.

Rubra bilis, uide Bilis Pallida.

Ructus est flatus excretio per gulam, cum et alius sit qui per intestinum rectum secernatur, com. 5. in 6. de morb. vulg. 4.

Ruptura, vide Vnionis solutio.

 S 

SACCVS, *vide Cæcum Intestinum.*

Sacer morbus, ἱερὰ νόσος, idest Epilepsia, quo ei magnitudo designetur, sacrum enim apud antiquos significat magnitudinem; alij verò sacrum dici putant, quod diuinus esset, & à dijs in vindictam mitteretur quos Galenus reprehendit.

Sacer ignis, idest Erysipelas, lib. de purg. med. fac. licet Celsus, ignem sacrū prauū vlcus existimet dici.

Sacrum os, vide Dorsum.

Sagittalis sutura, uide Obelęa.

Salsa pituita est, quæ alieno calore computruit, 2. de natur. fac. cap. 9. quæ salsa redditur, aut propter putredinem, aut propter salsæ serosæ humiditatis admistionem, 2. de differ. feb. cap. 6.

Sal-

Saltus, qui & Palpitatio, & Palmos dicitur, 2. meth. 2. vide Palpitatio.

Saluatella vena est ramus venæ axillaris, media percurrens inter medium digitum manus, & auricularem, 3. de anat. adm. cap. 5. & lib. de anat. viu.

Salubre corpus simpliciter est, quod ab ipso natura ortu, bonam habet temperaturam, in simplicibus & primis particulis, atque in ijs quæ ex illis componuntur instrumentis, est commensuratum, lib. Artis med. cap. 4. ex aduerso Insalubre simpliciter, ibidē.

Sanguificatio, quæ & Hœmatosis nominatur, est mutatio alimenti, in sanguinem, lib. finit. vide Attractrix, & Hepar.

Sanguifluas uenas eas appellat Hippoc. quæ magnæ sunt, quibus ruptis, sanguinis eruptiones contingunt, id quod ex paruis euenire non consueuit, nam & paucus ex huiusmodi sanguis effunditur, & cito, ad oras ipsas diuisiones coalescit, nocumentumq; nō affert, 2. de fract. 24.

Sanguinarium medicamentum, quod & glutinatorium, cruentis opitulans, Græce autem Enæmon dicitur, est quod vulneris oras committere, seu glutinare molitur, 3. de comp. med. per gen. cap. 2. vide Glutinatorium.

Sanguineus Cordis Ventriculus dexter ipsius est, quo priori orificio sanguis in Cor intromittitur, posteriori autem ex ipso in pulmonem deducitur, ut alius est Cordis ventriculus sinister quidem, quem spirituo-

ſum nominant; quo priori quidem orificio, iïs quæ in pulmone ſunt arteriis, poſteriori omnibus quę toti animali ſunt diffuſæ, Cor eſt continuum, 6. de vſup. 7.

Sanguis nunc ſumitur pro omni in vaſculis incluſo ſucco, in quo pituita, utraque bilis, & tenues ſeroſique liquores continentur, nunc pro quarta ſubſtãtia, vt è directo reliquis humoribus opponitur, qui propriè ſanguis dicitur, & è cuius exuberantia tota collectio nominatur, com. 4. in 6. de morb. vulg. 29. & com. 2. in 6. de morb. vulg. 38. & lib. de multit. c. 10.

Sanies, vide Sordes.

Sanitas partium ſimilariũ, eſt calidi, frigidi, humidi, & ſicci ſymmetria, diſſimilarium verò compoſitio, numerus, magnitudo, figura conueniens, 1. de ſanit. tue. cap. 1. & 4. et com. 2. in 1. de morb. uulg. 3.

Sapa, quam alij Siræon uocant, eſt muſtum plurimum coctum, ſunt qui, & ficuum ſiccarum decoctũ ita nominent, lib. de attenuante diȩta, cap. 12. uide Apothermus.

Saphatum apud Auicennam, & Plinium manantia capitis ulcera, una uoce nominant, quæ Græci ἀχῶρας, & κήρια, Aliabbas tineam, ſub quo & ficus & ψυδράκια, & ἐξανθήματα collocauit.

Sapor, vide Chymus.

Saphena vena eſt, quæ deſuper ad partem cruris domeſticã deſcendit, quæ deſcendendo occultatur, donec partem ſuper malleolum interiorem operire incipiat, lib. de anat. viu. vide Malleoli uena.

Sarco-

Sarcocele est morbus testiculis induratis cõueniẽs, quod si aquosus humor in tunicis quę circa testiculos sunt aggregetur, Hydrocele, Epiplocele, & Enterocele dicitur, lib. de tumor. cap. 15. Sarcocele verò simpliciter Ramex dicitur, 14.meth.cap.17.

Sarcoma est carnis in naribus præter naturam auctio, differens à Polypo magnitudine & opificio, lib. finit.

Sarcomphalon incrementum carnis est præter naturam in Vmbilico, uel mitis, uel malignæ, lib.finit.

Sarcosis in utero est carnis collectę expullulatio, quam si magna sit particulatim recidere conuenit uel licatam scalpris, quo celerius emoriatur, sin parua protinus tollere, lib.finit.

Sarcoticum medicamentum est, quod carne vlcus implet. 3.meth.2.

Satyriasis & satyriasmus, uide Priapismus, & Elephas.

Scabies, uide Psora.

Scabies oculi est summarum genarũ, angulorũq; oculi erosio cum pruritu, quam acerrima fluxio progignit.lib.finit.

Scalpella, uide Laminas.

Scalptum uocant frictionem, motumq; per vngues effectum, quod in prurientibus particulis animalia naturaliter faciunt, idque in ipsis omnibus reperitur com.5.in 6.de morb.vulg.4.

Scamnũ Hippocraticũ, vide Hippocraticũ scãnũ.

Scaphoides, ideſt os nauiculare, ſiue nauiforme, eſt os profundo ſinu excauatum, Tali caput anterius & oblongum excipiens; ſic dictum à ſcaphę ſimilitudine, cauitatem enim habet oblongam ſcaphę ſimilē, qua ſimile caput Aſtragali, ſeu Tali intra ſe admittit, uide Cubiforme.

Scapulæ ſunt oſſa poſt thoracem ſita, cum oße occipitis, ſpinaque thoracis coſtis & oſſe quod gutturi pręiacet, muſculorum opera copulata, lib. de oſſib. cap. 14. quæ & Omoplatæ dicuntur, lib. Introd. c. 10 vide Omoplatæ.

Scarificatio, ideſt cutis inciſio, lib. de cucurbit. cap. 4. vide Encharaxis.

Sceletos eſt oſſium humani corporis inuicem cohęrentium vniuerſa compactio, lib. de oſſib. in proęmio; appellatur autem ſceletos, quaſi cadauer aſſiccatum, 1. de anat. adm. cap. 2.

Scelos, crus, pars eſt corporis organica, à coxendice ad imum pedem protenſa, pręcipuum ambulationis inſtrumentum, cui per oſſa innitimur, in femur tibiam & pedem diuiſum.

Scelotyrbe, quaſi cruris turbam, uel perturbationem dicas, ſpecies eſt reſolutionis, qua erectus ambulare homo non poteſt, & latus aliàs in rectū, quādoque ſiniſtrum in dextrum, non nunquam dextrum in ſiniſtrum circumfert, interdum quoque pedem non attollit, ſed attrahit, velut ij, qui magnos cliuos aſcendunt, lib. finit.

Scepti-

Sceptica, est illorum medicorum scola, qui nihil sciri posse dicebant; lib. an sanguis in art. nat. cont. cap. 5. atque in singulis rebus hærent, atq; hesitant. libel. de subfig. emp. cap. 1.

Schesis dispositio est, quæ facile discutitur, ut calefactum in sole lignum, ex aduerso ei quę egrè soluitur, ut quod igni eatenus excalfactum est, vt iam ac cendatur, & fumum edat, 8. meth. cap. 1. Schesis est aduentitius corporis habitus, 3. de caus. puls cap. 10. vide Affectus.

Schetica febris est, quæ facile discutitur, uelut hectica, quæ difficile, 8. meth. 1.

Schetron, exquisitum victum vocat Hippoc. ita qui contrarius ei est Phaulon idest. simplicem ac vul garem & exquisitum; medium autem Hypophaulon, idest subuulgarem nuncupauit, 1. fract. 45.

Schidacedon, est diuisio per longitudinem facta conueniens fractis ossibus in qua non omnino separātur à se partes sic affecti ossis, sed ueluti per rectitudi nem finduntur, ueluti Cauledon, diuisio est per trāsuer sum facta, 6. meth. cap. 5.

Scindapsos, uide Pituita.

Scirrhosis est liuiscens & crescens caro, ex vehemētia diuturnæ inflāmationis, orta, lib. Introd. c. 15.

Scirrhum nominamus tumorem durum, qui sine dolore est, non tamen omnino sine sensu, talis enim sanabilis non est; Sunt qui eos duntaxat tumores qui præter naturam sunt, & omnino insensiles scirrhos appel-

appellandos censeant, reliquos non scirrhos, sed scirrhosos tumores, 14. meth. cap. 6. Exquisitus verò Scirrhus nominatur, qui omnino durus, sensuque priuatus est; qui verò non omnino insensibilis est, difficulter tamen omnino sentit, ex humore lento, & crasso, qui partibus quæ indurantur tenaciter infigitur, non exquisitus, 2. ad Glauc. 4.

Scleriasis, idest durities, est tumor palpebrę cum rubore & dolore, difficile aboletur, durat magis quã inflammatio, lib. Introd. cap. 15.

Sclerintica pharmaca, idest indurantia medicamenta, quę duritiem corpori inducunt, quod tribus auxilijs præstatur, congelatione, siccitate, & repletione siue tensione.

Scleroma, idest durities, tumor est duriusculus, qui in parte vuluę aliqua nascitur, fitque plerumque ex phlegmonis, quę diu permansere, lib. finit.

Sclerophthalmia dura lippitudo, qua oculus durior, ad motum pigrior, dolens, rubicundus, redditur, palpebræque duriores, sicciores q; sint, nec post somnum aperiri facile possunt uel inuerti propter duritiẽ; differt à Xerophthalmia, sola magnitudine doloris duritiei, & siccitatis, quod hæc sit illâ satis imbecillior.

Scliros tunica, vide Retina.

Scoliosis, vide Obstipitas, Chyphosis.

Scoptulæ, vide Omoplatæ.

Scotodinos, hoc est tenebricosa vertigo; cum enim

capud

caput circumagi videtur. Dinos, idest Vertigo nuncupatur, cum autem & tenebricosa fuerit uisio, Scotodinos, hoc est tenebricosa Vertigo affectio appellitatur; fit autem ob inordinatam spiritus flatuosi motionem; qui uel in capite localem habet generationē, vel sursum ex infernis fertur partibus, 4.acut. 42. Est autem Scotodinos, seu tenebricosa vertigo, quando simul res conspectę videntur circumuolui, & sensus visus repēte destruitur, cum ęgrotus sibi tenebras circumfundi opinetur, 4.aph. 17. Idem affectus, & Scotomia, & Scotoma, & Scotomaticus appellatur; ex ipsa appellatione qualis sit apparens, quippe à parua occasione hebetantur ij, qui sic laborant, adeò ut interdum cadant, maxime si aliquando in circum rotentur, seu alium quempiam, siue rotam, aut id genus aliud quippiam, aut ipsos quoque quos vocant in aquis vortices circūagi uiderint, 3.loc. aff.8.

Scotomia, Scotoma, Scotomaticus affectus, vide Scotodinos.

Scrofulæ quæ & Strumæ Chęrades, & Parotides & Eparmata dicuntur, sunt apostemata, secus aures lib.de med.facil.par.cap.11.

Scrotum est tunica extrinsecus testiculos ambiēs, lib. Introd.cap.10.quod & Scortum, & vulgo Bursa testium, dicitur.

Scutiformis chartilago, vide Cricoides.

Scybala excrementa, sicciora, & quasi in nucleū formata, combusta .s. à uisceris phlegmone, 4.acut.

Scypho,

Scypho, vide Choanæ.

Scyros, idest Callus, & Porus.

Scytalides, vide Digiti.

Sebum, siue Seuum; est oleosa, & pinguis substãtia adipe siccior & magis concrescens, eiusdem cum adipe generis, (utrumque enim sanguis est concoctus, ex nutrimenti bonitate) nisi quod seuum fragile vsq; quaq; sit, nec ad ignem admotũ tam facile liquescat, & cum refrixit denuò concrescat, ut ouis & Capræ; pinguedo liquidior sit, minimeque apta durari, oleo longa vetustate incrassato similis, vt equi & suis.

Secundiformis tunicæ, Græce Choroides; vide Choroides.

Secunda, siue Secundina, uide Chorion, Retina, Retiforme.

Secundum naturam fieri, cum multis modis dicatur, in eum tamen sensum frequentius accipiendũ est, vt significetur, quod prima ratione à natura fit, idest, quod quasi finis ab ea coniectatur, non quòd ex consequutione quadã alijs succedere consueuit, talis motus secundum naturam est, siue ex se aliquid, siue ab alio moueatur, vt motus Cordis qui in pulsibus fit est operatio, & ea secundum naturam; qui uerò in palpitationibus fit, is & à Corde fit, sed affectio est, & ea non secundum naturam, 6. de placit. cap. 1. præter naturam autem quicquid est, aut affectus sunt, à quibus functio læditur; aut causæ horum, aut symptomata, 3. de presag. ex pulſ. cap. 1. differtque ab eo

quod

quod est non naturaliter se habere, 8.meth.cap.9.

Sedes, uide Vnionis solutio.

Sedimentū est id quod in vrina residet, lib. de vrinis cap. 16. quod si ad supremam superficiem terminatur, dicitur Nubecula, si ad mediam regionem suspensum, si profundiori parte inferiorem occupat locum, Hypostasis, ibidem cap. 21.

Semen ex Aristotele, est quædam pars vtilis excrementi, à quo & ex quo singula fœtus membra efformantur, 1. de semin. cap. 14. Adhuc semen nihil aliud esse dicunt, quam sanguinem à uenis quæ ipsum continent, exquisitè confectum, 2. de sem. cap. 2. quod & genitale uirus uocant, 1. progn. 42.

Semicoctos humores appello, qui à ventriculi calore alterationem perpessi, non etiam perfectè ab eo superati fuerunt, 4. simpl. cap. 15.

Seminarij meatus, uide Parastate, & Glandulosi assistentes.

Semiotica hoc est, adnotatrix medicinæ pars est, curationi morborum per victum summe necessaria, preterita, presentiaq; symptomata ad morbi causam inueniendam, & ad præsagiendam, diligenter inspiciens, lib. Introd. cap. 8.

Semisyderatus homo, uide Syderatio.

Semitertiana, quæ hemitriteus dicitur, est febris quæ ex quotidiana continua & tertiana intermittente fit, 2. de differ. feb. cap. 7. frequenter febris secundum suam ipsius naturam ex intermittentium genere

est,

est, ut tertiana, complexus autem quotidianę febris nullum integritatis tempus priori circuitui relinquit, dum secunda accessio antequam prior absoluatur, inuadere anticipet; hanc ego febrem compendiosæ, clareque doctrinæ gratia, vno volens appellare vocabulo, imposui ei nomen semitertianæ, lib. de morb. tēp. cap. 8. *Sane non nulli aiunt Semitertianam ita nominatam fuiße, ueluti semicirculum, ipsam tertiani circuitus dimidio minorem eße aßerentes; Alij dicunt Semitertianam appellatam fuisse, quod dimidio tempore tertianam superet, vt si tertiana accessio ex duodecim horis componatur, semitertiana, duodecim ipsas horas tertianæ in se se comprehendat, eisque dimidium duodecim horarum addat, vniuersæq; simul euadant duodeuiginti, lib. de Typis,* 4.

Senecta serpentum, est, crassissimus quidam lentor ex diuturna latitandi mora hyemis tempore, sub cauernis terræ contractus, quæ res potius temporis lōgitudine, quàm senescentis ætatis uitio prouenit. de Theriac. ad Pison. cap. 13.

Senes à Decrepitis, non nulli Hippocratis sectatores distinguunt, nomen seniorum vltimæ ætati tribuentes, senes autem in priori ætate statuentes, quæ media est inter iuuenes & seniores; Aliquando senes vocat eos, qui extremam agunt ætatem, 3. *aph.* 31. *Estq; id quod proprie omnes homines senectutē appellant, non aliud quàm siccum, & frigidum corporis temperamentum, annorum multitudinis ratione com-*

ne comparatum, 5. de tuend. sanit. cap. 9.

Sensifici nerui, vide Nerui sensifici.

Sensus indigentie, est sensus soli ventriculo, et maxime ori eius concessus, ad cibum sumendum animal ipsum excitans, & stimulans, 4. de vsup. cap. 7. qui fames nuncupatur, lib. 5. cap. 8.

Sensus vitiosus est, omnis qui perperam obitus est sensus, quando scilicet proprium sensibile non sentit, vel cum vitio sentit, vel diminute, vel deprauatè, vt in auditu surditas, auditus grauitas, obauditio. In visu cęcitas, visus obscuritas, & deprauationes quędã, lib. de sympt. differ. cap. 3.

Sepedonodes, idest putredinosos Græci uocant, ij sunt, qui ad putredinem sunt proni. 8. meth. cap. 7.

Septa, quæ & Septica medicamenta dicuntur, sunt omnia quæ tum eliquare, tum colliquare ac potissimum carnem tenellam, idque absque dolore possunt, huiusmodi sunt arsenicum, auripigmentum, sandaraca, chrysocolla, Aconytum; Vocantur autem Septica hoc est putrefacientia cum putredine; symptomatis autem similitudo, vt sic appellemus efficit, inter hæc autem numerantur & Cathæretica, hoc est detractoria, quæ extimam modo superficiem, quam tetigerint, detrahant, non tamen in altum subire veleant, ut alumen, galla omphaticis, æs combustum lotum, 5. simpl. 15.

Serapium uocat Actuarius potionem eam quam hodie syrupum uoce magis barbara nominant; sic ue

rò vocant quando medicamenta cum melle vel saccharo donec concreuerint, coquuntur. Diuidunt seplasiarij syrupum in breuem & longum, breuē quod parum aquei humoris in se habet, appellant, alioque nomine communem vocant, longum quod humoris aquei multum obtineat, nominantque alia voce decoctum.

Septum transuersum, vide Diaphragma.

Serosum recrementum, vide Ochima trofis.

Serpigo, vide Herpes.

Sesamoidea ossa à sesami leguminis minuti specie sic dicta, quæ multis manuum & pedum articulis natura ex abundanti uelut auctarium circumponit, securitatis gratia, 2. de vsup. cap. 12.

Sessilis verruca, vide Formica, & Myrmecię.

Sextās, pendet vncias duas, sestarius uncias tres, 4. de comp. med. per gen. 14.

Sicca frictio est, quæ corpori foris adhibetur, ad curandam quodammodo lassitudinem, nullo humido, aqua videlicet, vel oleo foris circumfusis, 2. simplic. cap. 25.

Siccus hydrops, vide Hydrops.

Sief, vide Collyria.

Sielismus, est saliuæ plus æquo in os affluxus, siue ab humidiori capite in glandulas ad radicem linguæ sitas, siue à Vētriculo multa pituita redundante, quæ ex eo secundū gulam in os prorepit, 8. de comp. med. loc. cap. 4.

Sigmoi-

Sigmoides apophysis dicitur processus vnius Omoplatę quòd instar antiquæ Græcorum literæ C, cauus sit, qui & Ancyroides & Coracoides appellatur.

Sigmoides membranæ, seu chartilagines sunt tres tunicæ, quæ in uena Cordis arteriosa sunt quæ pulmonem alit, intus foras spectantes, quas à figura Græce literę sigma, qui accuratius tractarunt anatomas, sigmoides appellarunt; 6. de vsup. 14. Sigmoides adhuc dicuntur, chartilaginum asperæ arteriæ extremæ partes, quæ sigma literæ figuram referunt, 4. loc. aff. 6. vide Cricoides.

Signa iudicatoria, vide Decretorius.

Significatio febris, uide Insultus accessionis.

Signa aliqua mala sunt, tum ut signa, tum ut causæ, ut signa quidem quoties ex difficilioribus fiunt affectionibus, ut causę verò quoties ipsa rursus alias committant prauas affectiones, 2. progn. 49.

Sima Hepatis pars est, concaua ipsius pars, qua parte iacet vena porta; Vnde per Meserei venas alimentum à ventriculo, primisque intestinis attrahit, cuius opposita, conuexa & gibba nuncupatur, 4. de vsup. cap. 13.

Similare membrum, quod & simplex, homogeneum, & prima corporis particula, quæ ex primis cōstat elementis, & ex qua aliæ sunt, est, cuius quamcumq; partem sensibilem sumpseris, erit illa toti communicans in nomine & definitione, sicut os & caro, de anat. viu. cuiusmodi sunt arteriæ, venæ, nerui,

ossa, chartilago, ligamentum, membrana, caro, lib. de morb. differ. cap. 3. vide Instrumenta.

Simiosis, vide Annotatio.

Simplex morbus, uide Compositus.

Simplicem febrem vocat Hippoc. quæ mitis est, & cum signis tutis, 1. cris. 16.

Sinapismus est medicamentum vehementer calidum, ex sinapi compositum, capiti conueniens, 3. loc. aff. 4.

Sinciput est anterior capitis pars supra frontem sita, capillis intecta, lib. Introd. cap. 10. vide Bregma.

Singultus λύγξ, est veluti conuulsiua quędam oris ventriculi affectio, quod ex humorum copia grauatur, vel mordetur, uel propter frigiditatem contristatur. com. 1. in 1. prorrhet. 23. tum ex immoderata inanitione, 4. acut. 69. non autem est vera conuulsio, vt pote quæ in solis musculis accidit; uentriculus autē nec musculus est, nec eius os, 3 de caus. sympt. c. 2.

Singultuosa febris est, quæ in singultu rodentem, acerrimumque humorem vomit, à quo tamen symptomate febrientes sunt liberati; uerum febris huiusmodi, nequaquam singultuosa dici debet, nisi singultū per totum morbum simul cum febre, ęgrum exacerbauerit, 4. acut. 69.

Sinus, qui & Vomica, est solutio continuitatis in carnosa parte effectus, cum sanguinis quadam in mediam regionem, affluxione, id quod abscessui & sinui commune est, quoad enim pars ita affecta, in exteriore sum-

re summitate occlusa est, atque os nullum habet, abscessisse quidem ipsa dicitur, affectio verò abscessus propriè, idest apostema vocatur; at vbi aliqua ex parte aperta est ut qui continetur humor excernatur, non amplius abscessus, sed sinus iam appellatur, 2. de his quæ in medic. 27.

Sinus rectus appellatur, cuius os in inferiore parte, fundum in superiore est, obliquus cum in latus declinat; fiunt contrario etiam modo sinus, quibus deorsum fundū, sursum verò os vergat; sed non his fundum, quo facilior saniei exitus pateat, aperimus, 2. de his quæ in medic. 28.

Sinus vuluæ, uide Cornua.

Siriasis est inflāmatio Cerebri, et mēbranarū eius, quā consequunt syncipitis, et oculorū cauitas, febris ardēs, pallor, totius corporis siccitas et inappetentia.

Siræon, vide Apothermus.

Sitis, Grece Δίψα potionis desiderium est, idest appetitus frigidi, & humidi.

Solidas corporis partes, uocat ossa, neruos, chartilagines, ligamenta, tunicas, musculos, membranas, ueruos, arterias, lib. Denotatio dogmatum Hippoc. quas etiam particulas, elementares, similares, et simplices appellat, 1. de natur. fac. cap. 7.

Solutio morbi simpliciter est illa, in qua vel uirtute, uel morbo sensim emoriente, uel morbus, vel vita finitur. 3. cris. 1.

Solutus est, qui laxatos habet articulos, 5. de cōp.

med per gen. cap. 2.

Sopientia, vide Anodyna.

Sopor, ideſt Coma, propeſio, delatio ue in ſomnum eſt, cum uigilare ęgri nequeant, non habentes apertos oculos, ſed conniuentes, vel altis ſomnis, vel tenuibus, uel vigilijs detineantur; idque accidit, vel humectata ea parte Cerebri, quæ ſenſus fons eſt, ut in ebrijs, deinde ob ſolum frigus; aliquando ob vtrũq; ſubinde propter virium imbecillitatẽ adeò iam emorientium, ut apertas palpebras ſeruare nequeant, com. 1. in 3. de morb. vulg. 7. vide Caros, & Coma.

Soporarie arterię, quæ & Carotides dicuntur, ſunt duæ illæ quę ab arteria magna ſurſum aſcendente, poſtquã ex Thorace emerſit, ac clauiculas trãſgreſſa in medium iugulum peruenit, erecta in duas partes ſciſſa, generantur, 1. de placit. c. 7. uide Carotides.

Sordes, craſſius excrementum eſt; in ipſa enim primæ carnis generatione, duplex excrementum prouenit, quod omnem qualitatis alimenti mutationem, alterum craſſius, alterum tenuius ſequitur; quæ per vniuerſum corpus prouenientia, quod tenuius eſt, ipſa eſt inſenſibilis perſpiratio, quę etiam ſubinde fit viſibilis, quoties uel naturalis calor languet, uel nutrimento vtitur, quam iuſtum ſit ampliore, vel motus quiſpiam vehementior animali contingit; alterum ſordes, quæ in ſummo corpore noſtro colligitur; Quin etiam in vlceribus, tenuius excrementum ſanies, Græcè Ichor appellatur, quod craßum eſt

ſordes;

ſordes; ex priori excremento vlcus humidum redditur, ex craſſo ſordidum, 3.meth.cap.3.vide Ichor.

Sorici cauda, ſiue Soricinus, vide Myurus.

Sparganωſis eſt, dum ob lactis redundantiam, mamillæ tumefactæ ſic diſtenduntur, vt copiam hanc vix ferre queant.

Spaſma, vide Rhegma.

Spaſmus, ideſt Conuulſio; muſculi eſt ad ſuū principium contractio, vide Conuulſio. Inde ſpaſmoſus affectus, ideſt conuulſiuus, qui in ſuo principio, aut non multo poſtquam fieri cœperit, conuulſionem accerſit, com.3.in 1.prorrhet. Adhuc conuulſiuum affectum appellāt, qui ante mortem neceſſariò conuulſionis aliquod periculū inducit, 1.de præſag. ex pulſ. ſpaſmoſus autem pulſus, ſiue conuulſiuus, eſt pulſus inequalis in una pulſatione, & diuerſis arteriæ partibus, in quo utrinque ab extremis retrahi, tendi, cōuelliq; arteria videtur, in modum chordæ tenſæ.

Spaſmus oculi, vide Mollities.

Spata, inſtrumentum eſt, quo Pharmacopolæ confecturas in Cacabo, ſeu mortario mouent, & nos per ſpi :uitatis gratia ſimiliter nominabimus, 1.de comp. med. per gen. cap.4.

Spathome'a, vide Laminas.

Sperma, ſpermaticæ arteriæ, ſpermaticæ venæ, ſpermatici pori, vide Semen, Glanduloſi aſſiſtentes, & Paraſtatæ.

Sphacelare Hippoc. in lib. de fract. & artic. pro

corrumpere vsus est; sphacelus autem est corruptio substantiæ uniuscuiusq; partis, quę sphacelari dicitur saneque partis carnosę interitum ex magnitudine inflammationis, quem propriè Medici gangrenam nominant; Gręci sphacelum etiam appellabant, 7. aph. 50. sphacelon, adhuc uocant ossis cariem. 14. meth. 17. sphacelos uocem sunt qui dicunt vehementem dolorem declarare, alij tantum inflammationis excessũ, vt partem ad corruptionis periculum inducat, 2. loc. affect. 7.

Sphacelodes Hemicrania, idest, alterius capitis partis conuulsorius dolor, 2. loc. aff. cap. 7.

Sphacelon, uide Sphacelare, & Syderatio.

Sphæromata, uide Natem.

Sphage, vide Anticardion.

Sphagitidæ, idest venę Iugulares, 5. meth. cap. 4.

Sphenois os, (quod & Polymorphum appellatur, lib. Introd. cap. 12.) est quod ad cunei similitudinẽ, ex vtroque latere à Caluaria ad palatum tendit, superiorem maxillam constituens, cuius ossis apophyses vtrinque concauę, ab alarum similitudine, Pterygodes nuncupantur, lib. de ossib. cap. 1.

Sphincter quasi strictor, seu constrictorius, est musculus cõstringens orificium recti intestini, 6. de anat. adm. cap. 4. vide Rectum.

Spicilla, vide Laminas.

Spina est omnium vertebrarum, quas spondylos vocant, structura, sumitur et spina aliquando pro medulla

dulla spinali, 3. loc. aff. 10. vide Dorsum, Myelon, & Medulla spinalis.

Spirationem naturalem appellat Hipp spirationis facilitatem, significantem neque thoracem, neq; Cor aut pulmonem, neque præcordia doloris aliquam habere affectionem, quin etiam neque partes quasdam ijs adiunctas uentriculum, lienem, iecur, 1. progn. 25.

Spiritus πνεῦμα, præcipuum est naturæ instrumẽtum, quo omnes functiones muniaque exequitur; substantia aerea calida, leuissima, tenuissima, omnes in corpore motus naturales ciens; est enim tertia substantia, ex aduerso aliarum duarum, solidorum inquam, & humorum, disiuncta; eiusdem planè cum calore natiuo originis & temperiei cuius est perpetuò comes & instrumentum; nam cum ad vitæ munia oporteret calidum innatum per omnia diffundi, is verò singulis solidis partibus insitus & fixus & immobilis sit; ei natura spiritum socium asciuit, qui ipsum suo celeri motu quò necesse erat deduceret. Estque tanta spiritui cum calore natiuo, substantiæ communio, & operis societas, ut par sit etiam eiusdem eße naturæ, ut non immerito Hippoc. spiritus vocarit, impetum facientia, à sui motus celeritate. Aliquando Hippoc. absolute ipsam respirationem, vocat spiritũ com. 4. in 6. de morb. vulg. 4. Vnde & densum et rarum spiritum, idest respirationẽ tardã & raram vocitabat, 1. de difficul. resp. cap. 2. interdum ab eodem aër inspiratu attractus qui respirationis vocisque materia

teria est, spiritus appellatur, 1. acut. & in progn. Aliquando flatus ipse quo neruosa & musculosa corpora distenduntur, spiritus appellatur.

Spirituosos appellat Hippoc. eos duntaxat, qui cũ inspirant, aëre multo indigent, 4. acut. 115.

Spirituosus, vide Sanguineus.

Spiritus flatuosus. qui & flatus etiam appellatur, crassus ac vaporosus flatus est, non secundum substãtiam aërius atque tenuis; Cogita verò eius naturam ex circumstante nos aëre, in memoriam reuocans, qualis in Austrinis constitutionibus, qualis in Aquilonaribus fiat, ei enim qui in Australibus assimilatur flatuosus, alteri verò qui in Aquilonaribus, is qui in nobis secundum naturam, est spiritus, 2. Glauc. 6. vide Flatus.

Spiritus animalis est primum animę instrumentũ, in Cerebri ventriculis contentus, ad sensum & motũ in vniuersas corporis partes transmittendos, procreatus, 4. loc. aff. 2. Spiritus equidem qui in arterijs cõtinetur, vitalis, & est, & dicitur, qui in Cerebro animalis, non quod substantia animę sit, sed quod est primum eius illic habitantis instrumentum, qualiscunq; substantia postea fuerit, qui ex uitali perfectius concocto et in Cerebri anfractibus elaborato conficitur; qui animalis spiritus, neq; substantia animæ, neque eius domicilium, sed primum tantum instrumentum est; eo quod cum ex vulneratione fuerit euacuatus, illico animal quasi mortuum collabitur; cũ iterum colligi-

ligitur, reuiuiſcit, 7. de placit. cap. 3. ſpiritus animalis, exhalatio quędam eſt ſanguinis benigni, 6. de vſup. 17.

Spiritus detentio, eſt reſpirationis ad plurimũ tempus voluntaria cohibitio, qua & ſingultus, & oſcitationes ſanantur, 3. de diffic. reſpir. cap. 10.

Spiritus denſus, eſt breuis ſpiratio, hoc eſt motus reſpiratoriorum organorum, per breue tempus, factus 3. de diffic. reſpir. cap. 10. vide Inſpiratio denſa.

Spiritus inter exeundũ offendens, uide Expiratus.

Spiritus aſper à quibuſdam appellatur is ſpiritus, qui cum ſono ducitur, ſiue ob anguſtiam loci quo ille redditur, ſiue ab humoris copia, 3. de artic.

Spiritus vitalis à Corde genitus in arterijs continetur, nutriturque reſpiratione & ſanguine; quod ſi naturalis quoque alius ſpiritus eſt, utique is quoque in iecinore & uenis continetur, 12. meth. cap. 5.

Spiritus naturalis, vide Spiritus vitalis.

Spiritus ſublimis eſt, qui ſublimioribus thoracis partibus inſpiratur, 4. loc. aff. 7.

Spirituum interceptio, uide Interceptiones ſpirituum.

Spiſſum corpus, uide Rarum.

Splen, ſiue Lien, corpus eſt rarum admodum ac laxum inſtar ſpongiæ cuiuſdam, vt ſuccos craſſos & melancholicos facile attrahat, & excipiat, heparque expurget. Vnde ipſum Parenchyma ideſt affuſionẽ nominant, 4. de vſup. cap. 15. cuius ſimæ partes, ſeu con-

concauæ Iecur, & ventriculum spectant, gibbæ his opponuntur, cap. 16 cuius corpus tanto est rarius hepate, quanto est crassius pulmone, cap. 15.

Splenica vena, est ramus superior & minor venę portæ, qui totus per lienem spargitur, nam cum vena porta in duos præcipuos ramos distincta sit, hic in lienem abit, alter in mesenterium diffunditur.

Splenici dicuntur, ij propriè, qui induratam splenis affectionem habent, non quibus inflãmatũ uiscus est; 9. de comp. med. loc. cap. 2. Euadunt autem lienosi à copia melancholici humoris lieni infarcti, quã defluxiones, & fœdus corporis color subsequitur.

Splendentem vrinam vocauit Gal. quæ & flaua est, & peculiari ac propria mistione constat, ita ut gemini coloris esse videatur, & rufi & rubei, splendorẽ enim à rufo, nitorem autem à rubeo accipit, lib. de Vrin. cap. 4.

Splenia, uide Plagulæ.

Spondylus, Sphondylus, Spõdilon, Vertebra idem significant, sunt viginti quatuor oßa, quibus Rhachis idest spina constituitur, tot enim sunt in homine secũdum naturam se habente, aliquando verò plura, aliquando pauciora visa sunt, omnia caua & forata, spinam habent, & apophyses obliquas & transuersas descendentes & ascendentes, vide Dorsum.

Spongoidea ossa, uide oßa Ithmoidea, & Cauernosa ossa.

Spontanea uocantur vlcera, quæ ex mordente humore

more oriuntur, qui humor ea procreans ſiſtitur in exitu ac tardat, extremamque cuticulam, quam ſolam propterea quod ab ea remoratur, tum erodit, tum exedit; quando ſi hanc quoque ſudoris vice tranſiret, haud quaquam vlcus excitaret, 14. meth. c. 17.

Spontaneum apud medicos dicitur, non quod ſine cauſa fit, ſed quod noſtra cauſa non fit, 6. aph. 14.

Sponte euacuari à corpore dicimus, quæcumque ſine aliqua medici opera excernuntur; non nunquam ea quæ noſtrum regit corpus, potentia ipſum expurgante, non nunquam ex irritamento aliquo, aut quia à vaſis non contineantur, 4. aph. 2.

Sporades morbi, qui & ſporadici ſunt, qui ſparſim priuatimque prehendunt, egros diſcrepanter fatigãtes, neq; ſecundum communem modum conſtantes, 1. acut. 9. vide Endemus, Communis.

Sporades venæ ſunt, propagines quędam venę maximæ in totum crus, ab interiore ipſius parte per inguina procurrentis, inordinatæ, ad cutem permeantes, modicis interuallis ſparſæ, 3. de anat. adm. c. 12.

Spuriæ coſtæ, vide Illegitimæ.

Sputum appellatur, non id quod ſpuendo ſanguineum ac bilioſum atq; ſpumoſum eſt, tale enim proprie ſputamen nominamus, ſed cum neque ſanguini, neque bili pallidæ, uel nigre cõmiſtum fuerit, id quod tale fuerit, iam ſputum vocamus, 1. de criſ. 5.

Sputamen eſt ſputum, cui aliquid alieni humoris eſt admiſtum, ut bilis, ſanguinis, ſaniei, 1. de criſ. 5.

ſpu-

sputum autem quod secundum naturam se habet est, cui flauum aliquid admistum est, ibidem.

Spyratus uocant Caprarum deiectiones, sunt aũt hæ siccę, atque id quod excernitur propria circumscriptione rotundum, circumductumq; existit. Cum igitur quis hoc pacto, sicca, & circumducta deiecerit, spyratode, idest in spyras voluta appellãtur, fiũtq; talia & quod plusculo tempore retinentur, et propter copiam igneę caliditatis, com. 2. in 1. prorrhet. 6. quę & Scybala excrementa uocantur, uide Scybala excrementa.

Squamosæ agglutinationes, que & mendosæ commissuræ, & temporales dicuntur; uide Lepidoides.

Staltica medicamenta, quæ carnes vulneribus ęquant, lib. de Dynam. in proœmio.

Staphyle est carnosa quędam particula, quę in summo ore apparet dependens, si quis aperto plurimum ore toto, linguam deprimat; hęc ipsa caruncula duobus nominibus appellatur, à ueteribus Græcis, Gargareon, & Cion, hoc est Gurgulio & Columna; Cæterum posteriores medici fere omnes, nõ ita, sed Cyonidem, idest Columellã vocant; nam qui staphylen, idest, vuam & acinum ipsam appellant, eorum, neq; meminisse præstat. Nos enim non particulam illam sed vnam aliquam eius affectionem staphylen, siue vuam nominamus; rarò autem hęc affectio circa columellam contingit, ucrum valde sæpe inflammatur, 6. de comp. med. loc. cap. 3. quæ & vuula appellatur.

lib.

lib. de anat. viu. Est igitur staphyle non illius partis inflammatio, ut quidam putant, sed quędam illius passio, in qua tota Columella laxata, extrema sui parte maior est & liuida, superna verò tenuis vt similitudinem fructus uuę, vnde nomen accepit, pręseferat, Latini vuam nominant, Gal. ibidem.

Staphyloma, est oculi morbus, cum in summa tunica, quiddam acino simile euenit, 2. meth. cap. 2.

Statum ab Hippoc. solere, non temperamentum tantum aëris pręter naturam, sed etiam omnē cuiusque rei formam appellari, recordemur, com. 3. in 3. de morb. vulg. in proœmio.

Status morbi est vehemētissima toti⁹ morbi pars, 1. de cris. 8. vel status morbi aliud non est, quā morbi quantum ad casus & symptomata attinet, maximum, 1. aph. 7. vide Consistentia.

Steatocele, affectio est scroti succrescente in eo seuo, lib. Introd.

Steatoma, uide Atheromata.

Stegnosis, idest stipatio, cutis uitium, quo per occultos meatus prohibetur transmitti quod superfluū est, obstructis, siue densatis meatibus, quam densitatem Mysim idest conniuentiā vocāt, 3. de sanit. tue. c. 10.

Stegnotica medicamenta hoc est obstruentia, quæ sensibiles excretiones cobibent, corpus. n. quod claudit, & continet in se, nec quicquam quod sensu queat percipi, ex se se emittit, Græcè Stegnon, siue stegnoticum nuncupatur, 5. simpl. 14. vide Obstruentia.

Ste-

Stelechięa, vena ē superficiaria, et Caudicis more sita, vnde omnes aliæ venę sanguineis ac pedestribus animalibus procedunt, 6. de anat. adm. cap. 8. estque vena magna ad portas iecoris sita, aliarum omnium caudex, ibid. cap. 10.

Stephanos, Corona, & Iris, sunt locus ille commu nis, quo uniuersæ oculi tunicæ simul committuntur, 14. meth. cap. 19.

Stephanięa uena, sutura, & os, uide Coronale os,

Sternon, est anterius Thoracis os, 7. de anat. adm. cap. 2. Sedes omnibus costis duplex est, prior Sternon, idest pectoris os, posterior uertebræ, quę totidē numero plane sunt, quot, & costæ habentur, duodecim inquam; quod quidem pectoris os, unum quidē os apparet ob harmoniæ perfectionem, quam ipsius particulę in contextu sortiuntur, membranis autem derasis, quod & plura ossa sint, & numero totidem quot cum eo costę dearticulantur, palam innotescit, 8. de anat. adm. cap. 1.

Sternutatio maximum remediū capitis halitu repleti est, qua uno impulsu tum à pulmone, tum à capite spiritus emittitur, ad expurganda ea quæ in naribus offendunt, 2. de caus. sympt. cap. 4. Sternutatoria uerò medicamenta sunt, quæ naribus admota, uapore ad Cerebrum sublato, crassitudinem humoris dissecent, et per nares seu palatum Cerebrum expurgent, 13. meth. 21.

Stigmata Gręcis, inter cutis uitia annumerantur, & di-

& dicuntur non puncta, sed maculæ punctorum quãtitate & forma hominis cutem & superficiem decolorantes, ac uariantes; Vermicatam vulgo nominant.

Stomachi paralysis symptoma est virtutis attractricis stomachi, cum alimentum cito trahere non potest, 3. de sympt. caus. cap. 2.

Stomachicos plerique homines eos appellant, qui appetentiam perdiderunt, & quibus post acceptum cibum, ventris os grauatur, atque opprimitur, & quandam egre tollerabilem anxietatem habet. Appellant eodem modo etiam illos, quibus nausea contingit, & maxime si ad uomitum impellat, & adhuc magis si simul cibi corrumpantur, quandoque acidi, quandoque nidorosi facti, quandoque aliam uitiatam qualitatem adepti; Adhuc magis eos stomachicos appellant, quibus ructus huiusmodi cum molestia quadam, anxietate, & subuersione contingunt, sæpe cum non dum cibum acceperunt; quin etiam si per plurimum tempus cibi in ore uentris morentur, grauantes & vix descendentes, hos etiam stomachicos appellant. Alios item appetitum caninum habentes, vt & plurima edant, & maxime grauati, paulo post reuomant, vocant similiter. Alios rursus, qui fortiter exoluuntur, ubi diutius inediam pertulerint, & si non citius cibum accipiant, in ore uentris morsus percipiunt, quorum aliqui etiam nauseosi fiunt, nisi citius potum ac cibum acceptent, stomachicos etiam vocant, 8. de comp. med. loc. cap. 2.

Stomachum, os ventris appellant, cum & medici hanc partẽ ita appellare sint assueti, qui etiam stomachica animi deliquia appellant, & quosdam stomachicos esse dicũt, à quopiam videlicet in eo loco oborto affectu ita appellantes, velut hepaticos ab hepate, Colicos à Colo, Nephriticos à renibus, Splenicos à splene affecto, 2. de comp. med. loc. cap. 1. & 4. de caus. puls. 23. licet stomachi nomine collum omni uẽtri præpositum, instar isthmi cuiusdam angustum, intelligatur, 4. de vsup. cap. 1. quin & Oesophagus, stomachus dicitur, vide Oesophagus. Est igitur stomachus, os ventriculi, idest meatus superior ventriculi, per quem cibi in ipsum intromittuntur; aliud habet, & ventriculus os infernum, quod Græci πυλώρον, quo chylus descendit, vocitant; duobus enim nominibus, ueteres os uẽtriculi nominabant, Stomachum, & Cardiam, idest Cor, 8. de comp. med. loc.

Stomatica medicamenta sunt, quę modice siccant, sic vocata, quod in assiduo sint vsu, ea sunt, quod ex moris conficitur, & quod ex Rubi fructu, & quod ex succo corticis iuglandium viridis, atque etiam his magis quod ex musto, & cupressi sphærulis componitur, 5. meth. cap. 10.

Strabilismus, qui et strabismus dicitur, est musculorum oculi, non omnium, sed aliquorum resolutio, ob quam causam, vel sursum, vel deorsum, uel in latera nuunt oculi, lib. finit. vide Illosis.

Stranguria est vesicę affectus quo vrina non retinetur

netur, ſed guttatim diſtillat, lib.finit. quæ & vrinæ ſtillicidium appellatur, 8. de placit.6. fit autem vel imbecillitate veſicæ, vel vrinæ acrimonia, 3.de cauſ. ſympt.cap.2. vide Iſchuria, & Cœliaca.

Strangulatio, eſt internecio ob reſpirationis defectum facta; qui defectus fit, vel propter anguſtiam, et coarctationem alicuius ſpiritalium inſtrumentorũ, ideſt reſpirationi ſeruientium, uel propter virtutis thoracem mouentis imbecillitatem, vel propter vitalis principij vehementem refrigerationem; Anguſtia autem fit, uel repleta ea regione quæ inter thoracem & pulmonem media eſt, vel pulmonis cauernis & fiſtulis, uel inflammatione quadam totum viſcus habente, uel aſperam arteriam, vel eius arteriæ caput, quod Græci laryngem & Bronc[illegible] ni guttur; uel illam gutturi præiacentem [illegible] quam Græcè Pharynga, Latini Fauces nominant, 4.aph.34.

Strangulatio vteri, & omnes apnææ, ideſt ſpiritus interceptiones, quæ mulieribus quidem aſſidue, & præſertim viduis accidunt, fiunt innata caliditate à multitudine materiæ frigidæ grauata, ad ſimilitudinem flammæ, quæ præ multis humidis lignis ſuffocatur, 3. de diffic. reſpir. cap.10.& 6.loc.aff.5.qui affectus à Græcis ὑστέρας, καὶ ὑστερικὴ πνὶξ, à quibuſdam ἄπνοια ὑστερικὴ, dicitur, Latini autem vteri ſtrãgulatum, uterinam ſuffocationem, vel ſpirationis ob vterum priuationem, tum à parte affecta, tum à fu-

Stomachum, os ventris appellant, cum & medici hanc partẽ ita appellare sint assueti, qui etiam stoma chica animi deliquia appellant, & quosdam stomachicos esse dicũt, à quopiam videlicet in eo loco obor tò affectu ita appellantes, velut hepaticos ab hepate, Colicos à Colo, Nephriticos à renibus, Splenicos à splene affecto, 2. de comp. med. loc. cap. 1. & 4. de caus. puls. 23. licet stomachi nomine collum omni uẽtri præpositum, instar isthmi cuiusdam angustum, intelligatur, 4. de vsup. cap. 1. quin & Oesophagus, stomachus dicitur, vide Oesophagus. Est igitur stomachus, os ventriculi, idest meatus superior ventriculi, per quem cibi in ipsum intromittuntur; aliud habet, & ventriculus os infernum, quod Græci πυλώρον, quo chylus descendit, vocitant; duobus enim nominibus, ueteres os uẽtriculi nominabant, Stomachum, & Cardiam, idest Cor, 8. de comp. med. loc.

Stomatica medicamenta sunt, quę modice siccant, sic vocata, quod in assiduo sint vsu, ea sunt, quod ex moris conficitur, & quod ex Rubi fructu, & quod ex succo corticis iuglandium viridis, atque etiam his magis quod ex musto, & cupressi sphærulis componitur, 5. meth. cap. 10.

Strabilismus, qui et strabismus dicitur, est musculorum oculi, non omnium, sed aliquorum resolutio, ob quam causam, vel sursum, vel deorsum, uel in latera nuunt oculi, lib. finit. vide Illosis.

Stranguria est vesicę affectus quo vrina non retinetur

netur, ſed guttatim diſtillat, lib. finit. quæ & vrinæ ſtillicidium appellatur, 8. de placit. 6. fit autem vel imbecillitate veſicæ, vel vrinæ acrimonia, 3. de cauſ. ſympt. cap. 2. vide Iſchuria, & Cęliaca.

Strangulatio, eſt interneccio ob reſpirationis defectum facta; qui defectus fit, vel propter anguſtiam, et coarctationem alicuius ſpiritalium inſtrumentorũ, ideſt reſpirationi ſeruientium, uel propter virtutis thoracem mouentis imbecillitatem, vel propter vitalis principij vehementem refrigerationem; Anguſtia autem fit, uel repleta ea regione quæ inter thoracem & pulmonem media eſt, vel pulmonis cauernis & fiſtulis, uel inflammatione quadam totum viſcus habente, uel aſperam arteriam, vel eius arteriæ caput, quod Græci laryngem & Bronc[illegible] Latini guttur; uel illam gutturi pręiacentem [illegible]em quam Græcè Pharynga, Latini Fauces nominant, 4. aph. 34.

Strangulatio vteri, & omnes apnææ, ideſt ſpiritus interceptiones, quæ mulieribus quidem aſſidue, & præſertim viduis accidunt, fiunt innata caliditate à multitudine materiæ frigidæ grauata, ad ſimilitudinem flammæ, quæ præ multis humidis lignis ſuffocatur, 3. de diffic. reſpir. cap. 10. & 6. loc. aff. 5. qui affectus à Græcis ὑστέρας, καὶ ὑστερικὴ πνὶξ, à quibuſdam ἄπνοια ὑστερικὴ, dicitur, Latini autem vteri ſtrãgulatum, uterinam ſuffocationem, vel ſpirationis ob vterum priuationem, tum à parte affecta, tum à ſu-

peruentiente symptomate appellant.

Strangulator, uide Lycoides, & Lupus.

Strictor, uide Anulus, Rectum, Sphincter.

Strigmenta sunt particulæ quædam intestinorum, quæ in excretionibus biliosis simul deijciuntur, summa intestinorum tunica humoris acrimonia derasa, 4.de artic. 31. vide Rhypodea.

Struma, uide Charas, Parotides, Scrofulæ.

Stryphna, vide Halituosa.

Stultitia est rationis deperditio, cum læsione memoriæ, 3.loc. aff. 5.

Stupefacientia, vide Anodyna.

Stupor insignis est refrigeratio, idcirco corporibus ita dispositis, & sensus & motus difficultatem inducit, quemadmodum completa refrigeratio & sensum & motum omnino tollit; Equidem noui quosdã adeò refrigeratis pedibus, ut in primis quidem diebus sensus periret, sequentibus deinde diebus emortui pedes putrescerent, 2.loc. aff. 2. Est autem symptoma quale dẽtibus euenit post esum malorum immaturorum, & aliorum acerborum & acidorum, 3.de aliment. facult. cap. 16. Estque adhuc stupor, cum neruus aliquo obstruente, uel adstringente cogitur, unde spiritum animalem ad membrum transmittit, hinc mẽbra sensu & motu priuantur, lib. de ren. aff. dign. cap. 3.

Styloides, uide Graphoides, & Lithoides.

Stymmata spissamenta sunt, quę oleis adduntur, aut

aut odoris gratia, aut ut confecta diutius ab iniurijs immunia permaneant, 2. de comp. med. per gen. 2.

Styptica, quæ stringunt partes relaxatas, lib. de Dynam. in prooemio.

Subalaris vena, uide Axillaris.

Subclauium, vide Cataclida.

Subchartilagea, uide Hypochondria.

Subcinctura, vide Diaphragma.

Subcingentes membranæ, uide Hypezochotes.

Subductiones solitus est Hippoc. appellare per aluum exeuntia, 7. aph. 64. dicitur autem subductio, de ea tantum excretione, quæ per aluum fit, non de ea quæ fit per uniuersum corpus, 2. aph. 18.

Subfasciationes, & subligamina, vide Epidesm⁹, & Plagulæ.

Subligamentum, Enæorema, & Nubecula apud Hippoc. sunt id quod corpulentius, candidiusque in vrina, neq; in summis eius, neq; in fundo vasis, sed in media sede sublime & exquisite medium, uel deorsum potius, quam sursum, existit; licet apud Galenum nubecula sit id quod supernatat in vrina desuper, 1. progn. 26.

Sublimis spiritus est externus aër qui ob suffocationis periculū, nobis exurgētibus, toto thorace, in suspiriosis cynāchycis, suppuratis, peripneumonicis magna vi attrahitur, nam nobis inculpate degentibus, solis inferioribus thoracis, quę ad septum transuersum sunt partibus inspiramus, sin ampliorem spi-

rationem requirimus, etiam partes infernis uicinas unà mouemus. Vbi plurima indigeamus, tum partes etiam ad opertæ scoptula agitamus, totius thoracis valida opera vtentes, com. 2. in 3. de morb. vulg 4.

Submissio, vide Ablatio.

Substitutas medicinas appello, quæ in alterius locum subrogari queunt, lib. de substit. med.

Subsultio, uide Palpitatio.

Subuersio stomachi, aliquando appetitus deperditionem, aliquando nauseosas affectiones ab accepto cibo factas, significat, 8. de comp. med. loc. 3.

Subuersio uoluulosa stomachi appellatur, fortis & contētiosus vomitus; nam quemadmodū in Voluulis subuersiones fiunt cum magna contentione & violentia, adeo ut stercus etiam euomant, sic etiam alios vomitus concitatos, quis appellare voluulos posset, 8. de comp. med. loc. cap. 3.

Subuola, manus pars est, ut enim supina pars manus, iuxta pollicem assurgens thenar, & vola dicitur, ita huic opposita Hypothenar, idest subuola nominatur, lib. Introd. cap. 10.

Succus, vide Humor.

Succum medicatum vocamus eum qui primū defæcatur, subinde verò Solis aut ignis calore sic densatur, ut longiore tempore citra corruptionem asseruari queat, Arabes Rob vocant. Ex hoc genere est

quod

quod ab iisdem Miua dicitur, sic enim appellant succum fructuum, eò vsque decoctum, ut sapæ aut mellis consistentiam acquirat.

Sudamina, (Græce Hidroa,) è genere sunt pustularum in summa hærentium corporis parte, quę instar ulcerum cutem exasperant; proueniunt autem veluti & ipsum ostendit nomen propter multos sudores, qui uel biliosiores, uel omnino mordaciores existunt; mordent enim hi cutem, & pruriginosam efficiunt, & per modum vlcerum exasperant, 3. aph. 21.

Sudor, Græc ἱδρὼς, est humidum tertię concoctionis excrementum, per cutem in aquæ speciē erūpens, cuius materia est humor tenuis, & serosus alimento permistus, quò id facilius exiguas, & capillorum modo tenues venas subeat, atque ab his in partes, quæ co ali debent, se se insinuet; estq́; eiusdem cum urina generis, in eo tantum ab illa differens, quod hæc ad uesicam, hæc longius in corporis habitum deferatur; cuius humoris excretio secundum naturam est, non minus quàm vrinæ & aliorum excrementorum.

Sudor bonus est, in febribus, qui euenit die iudicatorio, toto promanet corpore, calidus, integre febrem finiat, vel morbum tollerabiliorem efficiat, idq; in acutis morbis, 1. progn. 26.

Suffocatio, uide Strangulatio.

Suffusio. vide Hypochyma.

Suffumigium, uide Thymiama.

Sugillatio, vide Contusio, Hyposphagma, Hæmalopa, Exuccatio.

Sumen, vide Ephebæon.

Summum humerum, vide Acromion.

Supercilia sunt ea pars faciei, vbi frons à superioribus descendens desinit, ceu termini eius eminentes, & pilis consiti, lib. Introd. cap. 10.

Superexcretionem recentiores medici vocant, eas eruptiones, in quibus natura ad iudicatorium auxilium concitata, modum excessit, 3. de comp. med. loc. cap. 3.

Supergeminalis, uide Epididymis.

Supergenualis, vide Patella.

Super humeralis, quæ & Epomis dicitur, vide Humerus.

Superimprægnatio, vide Epicyema.

Superligamina, vide Epidesmus, & Plagulæ.

Superligula, vide Epiglottis.

Superpurgatio, & superuacuatio, vide Hypercatharsis.

Supinitas, stomachi affectio est, qua quidam accepto cibo, si paulo fortiori motu moueantur, statim vomunt. Cæterum quæ à multis vulgo supinitas sto machi appellatur, contingit quidem iuxta intemperiem quamcumq; citra vitiatos humores. Aliquando sequitur ad solam oris vëtriculi debilitatem, quod cibos amplecti, eisq; obuolui non potest, ueluti tota

ven-

ventris amplitudo solet. Fit etiam propter humiditatem multam quidem, non tamen malignae qualitatis. Irriguus enim stomachus per largam humectationem, similiter ut ligamenta neruorum, laxatur, quandoque verò cum vitiatae alicuius, modicae tamen humiditatis complexu; etenim multa, quemadmodum valde vitiata, etiam citra cibum, nauseam efficit, 8. *de comp. med. loc. cap.* 3.

Suppuratio, vide Purulentia.

Suppuratus est, qui multum puris in capedine inter thoracem & pulmonem collectum habet; communiter verò omnes quibus inflammatũ viscus aliquod suppurauit, suppuratos, Empyus & Empyicus vocant, 4. *de caus. cap.* 6. *Suppurari autem aliquando ad generalius significatum transfertur, idest ad corrumpi; sic enim sanguis cum è suo loco exciderit, & per minimas partes ad eas quæ in musculis sunt cauitates, aut per inania spatia, quæ uasis circumiacent, fuerit effusus, non permanet sanguis, sed aliquando suppuratur, aliquando nigrescit, aliquando in grumos vertitur, præsertim quando in magnam cauitatem præter naturam exciderit,* 6. *aph.* 20. *vide Empyus, & Purulentus.*

Sura est Tibiae venter quem Græci Gastrocnemion vocant, 3. *de vsup. cap.* 10. *Estq; posterior tibiæ pars carnosa,* 16. *de vsup.* 8. *veluti anteriorem carnis expertem, Anticnemion, & Ocream nomi-*

nominant, 2. de anat. adm. cap. 4. uide Tibia.

Surditas, κώφωσις, est actio auditus abolita, à causa aliqua præter naturam, vel læsa audiendi facultate, eiusque primario instrumento, quod est animalis spiritus in aurem affluens, aut læsis organis, quę natura ad audiendum comparauit.

Suspendiculum appellatur, quod fœminis intra abdominis membranam situm, à musculo dependēs, atque ad vuluam ex vtraque parte dextera & sinistra transmittitur, utrinque alterum ab Ilium musculis per mēbranæ abdominis foramina, 2. de sem. c. 5.

Suspensum, uide Sedimentum & Hypostasis.

Suspiriosus, idest Asthmaticus, lib. de remed. par. facul.

Sutura, uide Commißura & Compages. Sutura adhuc dicitur inferior pars penis in longitudinem vergens.

Sycosis, marisca, ficus, ficatio, est tumor à fici similitudine sic dictus, vlcerosus, rotundus, subdurus, rubicundus, dolorificus; ex quo aliquando exiguum, & glutinosum quid egreditur, tum in barba maxime exoriens; aliquando humidum & inęquale & graueolēs pręcipuè in capillo proueniēs φ, semper fici similitudinem fert, & carnis excrescentiam. Interdum in mento fit. ab humore non solum craßo, sed etiam participe serosæ & tenuis humiditatis, qua exulceratur, eoq; differt ab Ionthο. Nascitur & in ano, sola magnitudine à Thymo differens. Latini

Mariscam

Mariscam appellant, quam aliqui dicunt esse ficum præ pinguedine hiantem, semenque ostentantem, dicitur & ficatio, 2. meth. 2. & 10. simpl. Appellatur etiam Sycosis interioris palpebræ dura, & asperior scißura, com. 2. in 6. de morb. vulg. 4. & lib. de ocul. cap. 9.

Sycota idest ficata, ex caricarum esu appellantur, tum maxima, tum suauissima iecinore ipso, ut liquet, ex dulcium esu alimentum vberius accipiente, 3. acut. 11.

Syderatio, seu sideratio, est corruptio solidorum corporum omnis, ut ipsis quoque ossibus insit, ne dũ carnibus, aut vasis, quo differt à Gangræna quæ est mortificatio solidorum corporum, non ossium, lib. de tumor. cap. 11. quam syderationem sphacelon Græci uocant, 7. de anat. adm. cap. 13. Totam substantiæ uniuscuiusque partis corruptionem, syderationem, idest sphacelon, ueteres appellabant, sed in partibus carnosis, alijs quoque nominibus eandem uocant; quin ipse Hippoc. tum putridam carnem, tum marcidam, tum uitiatam dicit, alijsque huiusmodi nuncupare consueuit; de osse uerò quod in tota substantia uitiatur, syderationis seu sphaceli nomine uti consueuit, tale autem uitium ossibus contingit, quãdo adiacens caro prauas sanies producit, quibus ipsa madefaciendo corrumpit, 2. de fract. 20. Vnde sphacelare idest corrumpere, & sphacelon, idest Caries, 5. loc. aff. 3. Semisyderatus autem homo dicitur, qui altera

tantum

tantum parte dextra aut ſiniſtra computruit, lib. de aqua, aëre, & loc.cap.6. & 4. de artic.17. quę & ſideratio.

Symmetria, ideſt temperies, & contemperatura, eſt debita conuenientia et proportio inter ſe tum ſimilarium partium, in calido, frigido, humido, & ſicco, tum inſtrumentalium in compoſitione, numero, magnitudine, figura, 1.de ſanit. tuen.cap.1.

Symmetrum abſolute eſt, quod nulli collatum, medium, mediocreque in omni temperie primarum tum actiuarum, tum paſſiuarum qualitatū, ſecundariūq; conſtituitur, tale & Euſarcon, & Quadratum eſt; non abſolutè uerò ſymmetrum, quod in aliqua ſpecie vel genere tale eſt, ut ad ipſius acceſſum uel receſsū, aliquid temperatum, uel intemperatum dicatur, 1.de temp.cap.6. ſymmetrum uerò medicamentum eſt, et quod ſit ſimilis temperamenti, cum eo cui admouetur, & medij ſit temperamenti omnium primarum qualitatum, 5.ſimplic.27.

Sympaſchin, eſt per conſenſum, ſeu per uiciniam affici, quoties pars aliqua, non proprio affectu, ſed alieno afficitur, 1.loc.aff.6.

Sympathia eſt affectio compatientium alteri cuidam primo patienti, uel propter uicinitatem, uel propter ſocietatem, quæ in ea ſunt partium, com.1.in 1. prorrhet.20. uide Idiopathia.

Sympepſis eſt concoctio, qua natura craſſis & crudis humoribus, & concoctu difficilioribus, ſiue

etiam per abscessum prouidet, ueluti calidioribus & tenuioribus per excretionem, 3. progn. 23.

Symphysis est naturalis ossium unio, uel quandò duo ossa sibi inuicem coalescunt, ueluti fungosiora, molliora que sunt, uel quando alia aliorum interuentu connascuntur, ut sunt sicciora, & densiora, uel media chartilagine, et dicitur Synchondrosis, uel mediis neruis & dicitur Synneurosis, uel media carne et dicitur syßarcosis, lib. de ossib. in proœmio.

Symptoma (quod & passio & pathos, & pathema, & Epigennema, quasi supergenium uel supergenitum dixeris, appellant) generatim nominatur, quicquid animali præter naturam incidit, ita ut tum morbi ipsi, tum morborum causæ, quæ scilicet intra corpus subsistunt, non quæ extra habentur, symptomata sint; Altera uerò significatione ac magis propria, detractis tum morbis, tum eorùm causis, reliqua omnia, quę præter naturam sunt, symptomata nominantur, lib. de sympt. differ. cap. 1. & cap. 2.

Symptomasis affectus est, quo meatus qui à Basi Cerebri ueniens, oculo videndi facultatem tribuit, ex atrophia, uel resolutione fit arctior, conciditq; lib. Introd. cap. 15.

Symueuicos, idem est ac accidens; apud Philosophos accidens id est, quod è regione substantiæ diuiditur, sed à medicis tum maxime Gal. 1 meth. distinguitur ex aduerso symptomatis, quę enim inquit constitutionem unde actio nascitur, necessariò sequũtur, sanis

sanis quidem nobis symueuicota, idest accidentia, ægrotantibus symptomata nuncupantur. Accidentiū autem differentias, 2. meth. tres constituit, sunt enim uel ut affectus, uel ut actiones, uel ut passiones, quorū etiam hęc exempla ponit, inambulare, uri, cędi, album aut nigrum esse; ita ut id ex accidenti dicatur fieri, quod nec primum, nec per se fit, quod exemplo calculorū motorū declarat Gal. lib. de differ. sympt.

Synanche, uide Cynanche.

Synarthrosis, uide Articulus.

Synętia, uide Continentes causæ.

Synceras deiectiones uocat Hippoc. impermistas aquosæ humiditati, quoniam solus humor euacuatus deijcitur, siue sit biliosus, siue melancholicus, siue porri colorem præ se ferens, siue bilis que æruginosa nominatur, nam deiectiones huiusmodi, exustam eße omnem natiuam humiditatē à calore febrili demonstrant, 7. aph. 6.

Synchondrosis, uide Symphisis.

Synchisis est oculi uitium, confusis secum eius humoribus, id quod accidit, ut plurimum ex uehementi plaga, interdum uerò & ex Vueæ tunicæ inflammatione, ruptis eius uasis, effusoque humore.

Syncomistos panis, uide Autopyrus.

Syncope est præceps uirium lapsus, 12. meth. 5. quem uirium lapsum duo præcipua symptomata consequuntur, exoluto quidem natiuo calore, frigiditas totius corporis, digesta verò solidorum corporum substantia,

stantia, sudor quem medici syncopticon, & diaphoreticum appellant; ex quibus pulsus defectio, & sensus motusq; priuatio, consequuntur. Differtq; à lipopsychia & lipothymia, quod licet utraq; affectio affatim & confertim fiat, in syncope tamē plurimus subsequutus sudor diaphoreticus, languidiores vires reddit, qui cum aut nullus, aut modicus sit in exolutione, lipopsychia, et lipothymia, minorem noxam uiribus accumulat.

Syncretica, hoc est, relaxantia medicamenta, à coagmento sic dicta, 2. de anat. adm. cap. 1.

Syncrimata, idest corporum simplicium & elementorum compositiones, seu concretiones, de differ. morb. cap. 5.

Syncrisis, idest, concretio & temperamentum, lib. de marc. cap. 4.

Syndesmi, idest ligamenta, sensus expertia, ex osse ortum ducentia, (non ex Cerebro aut spinali medulla) rotunda alba & exanguia, cauitate carentia, in fibras diuisa, 6. meth. 4. vide ligamentum.

Syndrome concursus est, & congressus symptomatum, lib. finit. Pletorica autem syndrome, est omnium humorum concursus; Syndrome autem pathognomonica, est concursus symptomatum morbum indicantium, lib. de cur. rat. per sang. cap. 9.

Synneurosis, uide Symphisis.

Synocha hoc est, continens febris est, cuius vniuersum tempus una accessio est, quæ uel semper in eadem.

dem uigore consistit, uel minuitur, uel augetur, donec iudicetur; quæcunq; enim per circuitus aliquos, ægritudinis accessiones fiunt, ex membrorum dispositionibus ortum habent, quæ scilicet membra uel mittunt, vel suscipiunt, vel generant, vel attrahunt superfluitates, sed quæ circuitum non habent, in his nulla est corporis pars quæ præcipuè sit læsa; sed qui in uenis & arteriis omnibus continentur humores, atque ij præsertim qui in maximis, atque plurimo calore abundantibus sunt, aut ob aliam quamuis causam, ut in Ephemeris, aut ob putrefactionem feruẽtes febrem unam accendunt, Synochã appellatam, quæ à principio vsque ad finem nullam habet intermissionem, ac tamdiu perseuerat, hominemque deurit, donec qui ei causam afferunt humores, aut ex toto absumantur, aut coquantur, aut vtrunq; patiantur, 2. de differ. feb. quæ & synochus putrida, deurens, ardens, Causon, succensa appellatur, 2. de cris. cap. 6. vide Continua, & Febrem Synochon.

Synochus idest continens febris, quartum febriũ genus enumeratur, quod quia ex sui natura vltra tertium diem extenditur, nec humorem putrescentem habeat, nec febrilem calorem ut habitum possideat, propterea nec diaria, nec putrida, nec hectica dici potest, sed uel diaria plurium dierum, vel synochus non putrida, uel synochus conclusa merito appellari potest; quam febrem vel conniuentia meatuum, uel recens corporum densatio excitat, 9. meth. 1.

Syno-

catrix obduci nequit, per quod humor statis temporibus tenuis excernitur, quarum aliæ cæcæ nominantur, quæ osculum in profundo, sinum ad superficiem habent, aliæ occultæ quæ & os & sinum obtinent in profundo, lib. finit. uide Fistula.

Syssarcosis, vide Symphisis.

Systematica inæqualitas, est congregatio multarũ inæqualitatum, & pulsus ex cumulo multarum pulsationum consurgens, 4. loc. aff. 8.

Systole est submissio pulsus, 1. de differ. feb. c. 7. (dicitur etiam systole & Diastole, idest, constrictio, & dilatatio, de motibus thoracis & pulmonis, lib. de vocal. inst. diss. cap. 2.) quo motu facultas fuliginosa excrementa expellit & repurgat, atque ita refrigerium calori natiuo moliatur.

Systrophe, Phyma et Schleria, hoc est tuberculum & durities, ut exponit Galenus in linguis Hipp. quam, 4. acut. scribit esse eam quæ à partibus excitatur intumescentibus.

T

TABES, quæ Phthisis Græce communiter appellatur, est vlceratio pulmonis, vel Thoracis, uel faucium, vt & tussicula & debiles comittentur febres, & corpus conficiatur, lib. finit. Nominaturque etiam Tabes, alicuius corporis particulæ præter naturam diminutio, siue ea in prima formatione huiusmodi appareat, siue post, eademque

eiusdem particulæ atrophiam vocant, de diff. morb. cap. 9. vide ex ęgritudine senectus, & Phthisis.

Tabes oculi, quæ & Rhetidosis dicitur, est solius imminutę pupillæ corrugatio, incidentibus alijs super alias rugis, quod spirit⁹ parcior à primo Cerebri principio, quàm pro natura deberet, affluat; differens à Tabe oculi senum, quæ est corrugatio corneæ tunicæ, & pupillę angustia, tamen ab imbecillitate senectæ, ex defectu humoris tenuis quo repletur, tum ex spiritus superne affluētis inopia, 10. de usup. 5. 3. aph. 16.

Tabida febris, uide ex ęgritudine senectus, & Marasmus.

Tabidos appellant veteres medici, qui morbo tabifico quem Phthoën vocant sunt opportuni. Tales plenissime sunt, qui adeò sunt angusto thorace & restricto, ut à Tergo in morem alarū promineant aperta scoptula, unde hos etiā Pterigodes. i. alatos vocāt; Prætereaquibus caput facile impletur, quodq; spiritus organis multas destillationes dimittit, hi facile tabescunt, com. 1. in 1. de morb. vulg. 18.

Talpa & Testudo, sunt affectus cutis capitis proprij quæ nomina recentiores addiderunt, cum penes antiquos hi affectus, neque nomen, neque tractationem inuenerint. Testudo autem Guidoni, absceßus est magnus, mollis, humoralis, latiore forma, in modum testudinis, unde nomen accepit, quæ si in capite nascatur talparia, uel talpa dicitur; in collo, bociū; in testiculis, hernia; interdum autem cum pure, squa-

mis, uel fistulis reperitur, reponitur sub abscessuum genere, subq́ue meliceride potius quàm atheromate Talpa verò, cum albam materiam cõtineat, ad atheromata potius quàm meliceridem refertur. Bocium verò vulgus vocat, mollem, & laxum tumorem in exteriore gutturis parte, quem Græci Bronchocelem *nostri herniam gutturis, & eo affectos gutturosos uocant. Est autem colli tumor grandis & rotundus inter cutem, & asperam arteriam, in quo, modo caro hebes, modo humor aliquis, melli, adipi, pulti, aquęuè similis includitur.* Huic *similis affectus est, quem* Guido *vocat Natã seu Naptam, quæ est excrescentia magna, carnosa, ueluti caro Natium, uel ancharum, diuersarum quidem formarum & magnitudinum, cuiusmodi sunt melopepon & cucurbita.*

Talus non idem est ac malleolus, sed talus est os sub malleolis contentum, undequaque contectũ, quod ne tangere quidem possis, lib. de ossib. cap. 22.

Taraxis, seu Conturbatio, est cum oculus leuiter, ac mediocriter commotus, tandem rubicundior euadit, lib. Introd. cap. 15. quem Paulus definit, eße humiditatem & caliditatem oculi cum rubore præter naturam, à causa externa inductam, vt Sole, fumo, puluere, oleo; quô differt ab ophthalmia quæ causam tantum internam agnoscit, Paul. lib. 3. c. 22.

Tardus pulsus est cum longo tẽpore, arteria distenditur, 1. de differ. pulsf. cap. 7.

Tarson, uide Pedion.

Tarsus oculi, est substantia quædam membrana durior, ac tensa, qua parte Periostios oculi tunica remeare ad corneam incipit, tenuibus quidem pertusa foraminibus, ex quibus palpebrarum pili emicat propter suam duritiem, extendens in rectitudinem palpebras, 10. vsup. 7. uide Cilia.

Taurus est inferior Colis pars, in longitudinem eius vergens, vsque ad sedem porrecta, lib. Introd. cap. 10.

Tela aranea, vide Rhagois.

Telephia, & Chironia vlcera dicuntur inueterata, & quæ vix curam recipiunt, cicatricemque difficillime contrahunt, sic dicta quod Chirone medicinæ peritissimo ad sanationem indigeant, uide Chironia.

Telma, idest solidum, & tensum, durumque ac pilis etiam nudum, facileque sentiens, pedis vestigiũ, lib. de musc. diss. cap. 33.

Temperies, vide Symmetria.

Tempora, κροτάφοι appellantur partes ab vtroque syncipitis latere, supra aures sitæ, lib. Introd. cap. 10.

Tempora morborum talis res morbis sunt, qualis animalibus differentia secundum ætates, neq; enim tempus simpliciter hoc vocabulo significatur, neque conueniens illud tempus in quo præsidia etiam consideramus, sed tantum morborum ætas, quæ temporũ vicissitudine immutatur, ut animal ætatibus, lib. de

morb. temp. cap. 1.

Temporales suturæ, uide Lepidoides.

Temporales musculi, vide Crotaphitæ & Mandibularij.

Tendones, fines sunt eorum musculorum, quos pro neruationes, idest, aponeurosis vocant, qui quidem medijs partibus sunt neruosiores, inter se tamen in eo differunt, quod aliquando minus, uel carnosæ, vel neruosę substantiæ in se habent; quando sane carnis substantia inest amplior, carnosam proneruationem, quando parcior neruosam appellant, 2. de artic. 5.

Tenesmus est continua & implacabilis desidendi cupiditas, qua nihil præter cruenta pauca, & mucosa egeritur; quæ affectio aliquando tentio, & tensio appellatur, quoniam in ea fit in recto intestino tentio quam cum deijcere vehementer homines appetant, continuò exurgunt, 7. aph. 27. Tentio item, aliquando tractum corporis significat, lib. finit.

Tenor apud Hippoc. est idem quod neruus intentus, 1. de placit. 9. & 1. de artic. 47.

Tensio, vide Tenesmus.

Tensiuus dolor est, qui extensionis sensum inducit, 3. loc. aff. 9. Vnde tensiua lassitudo, quæ & phlegmonosa est, 7. de composs. medic. loc. cap. 1. vide Dolor tristis.

Tentigo, vide Priapismus.

Tenue intestinũ, est tertium in ordine, ieiuno intestino

ſtino ſubſtantia ſimile; differt autem, quod neq; vacuum reperiatur, neque tot vaſis & inuolucris ſcateat, 6, de anat. adm. cap. 9. quod & Ileon & Inuolutum appellatur, lib. de anat. viu.

Tenuia appellantur medicamenta, quę facile in tenues cõminui partes poßunt, Leptomeri Grecè; craſſa quæ contra, Parimeri appellata, 1. ſimplic. 3.

Tenuis pulſus, vide Gracilis.

Terebella, vide Abaptiſta.

Teredo, Teredon, ſiue Terdo, eſt caries in oſſe, 3. meth. 1.

Teretes lumbrici ſunt, palmi longitudine, vel etiã maiore, ad ſtomachum vſque proſerpentes uermes, lib. Introd. cap. 13.

Tergum, Noton Græcè, ſunt poſteriores Corporis partes, quæ collo ſubiacent, ſcapulis, dorſo, ſpina & lumbis conſtans, lib. Introd. cap. 10.

Terra Argyrite, vide Argyrite terra.

Terra medicaminoſa, quod aqua irrigata, facile in lutum ſoluitur, terra appellatur; quia verò ea utimur velut alijs medicamentis, idcirco non iniuria Pharmatitis, Latine ſola medicaminoſa vocatur, nempe quia ſola eſt eiuſmodi, vt euidentiorem vim medicaminoſam poſſideat, 9. ſimplic.

Terrę inteſtina, Giſentera Græcè, ideſt, Lumbrici terreſtres, 11. ſimplic.

Tertiana ſimpliciter, eſt tertiana intermittens, contingit enim hanc ipſam ſine aliqua adiectione tertia-

nam simpliciter ita nominare, quemadmodum, & quotidiana intermittens, quotidiana simpliciter appellatur, 2.de diff.feb.cap.7. Earum febrium intermittentium, quę tertia quoque die accessionem faciunt, quæ quidem breue habent accessionis tempus (quod duodecim horarum ęquinoctialium spatio ad summum finitur, 2.de differ.feb. cap.3.) ac cum rigore inuadunt, & per sudores & bilis vomitum, & biliosa excrementa finiuntur, his tertianæ exquisitæ nomen impositum est, quibus uerò aliquid horum deficit, hę non exquisitæ sed simpliciter tertianæ appellantur; quod si intermissionem minorem habuerint, accessione videlicet in longius tempus protracta, hæ tertianæ extensæ vocantur, 2.de differ.feb. cap. 8. Exquisita uerò tertiana est, quæ sui ipsius naturam puram, synceramque seruat, idest, flauam bilem redundantem, & motam, tempus æstiuum, locum calidum & siccum, hominis ætatem & temperiem similem, 4.aph.59.

Tertianus circuitus, vide Quotidianus.

Testes, testiculi ὄρχεις, *sunt corpora duo glandulosa, alba mollia, rara, laxa, cauernosa, rotunda, seminis, et generationis principium, quæ quod duo sint* διδύμοι *appellantur, quos Galenus, 3. aliment. fac. glandibus annumerauit; quæ in maribus extra membranam abdominis sunt, & propendent musculis, quos* κρεμαστῆρας *nocant; mulieribus intus latent à lateribus vteri, frigidiores minores & imperfectiores*

quàm

quàm marium, 14. de vsup. cap. 10.

Testudo, vide Camarion, Fornices, Talpa.

Tetanos, rigor, distentio neruorum; est conuulsio perpetua totius corporis rigidi, & in neutram partẽ se inclinantis, contractis ad suum principium neruis, & musculis, quibus caput annuit, renuit, circumagitur, ęqualiterq; ante et retro tẽsis, Gal. lib. de muscul. dissect. vide Distentio.

Tetrapharmacum medicamentum est, quod ex cera, adipe, resina, pice æqua omnium portione constat. Aduersus Lycum, cap. 7.

Thele, papilla, mammæ capitulum est, unde infans lac sugit, medium in mamma protuberans, quã ambit circulus quidam subniger, qui φῶς appellatur.

Thenara propriè uocant prominentes uolę manus partes, à verbo θένειν, quod est verberare, vt non nulli uolunt qui Etymologijs gaudent; quippe cũ, his prominentibus partibus percutere soleamus ea quae percutimus; alij non omnes partes prominentes palmæ ita appellari aiunt; sed solas eas quæ sub pollicibus extant, 1. de fract. 20.

Therapeutice, idest, medendi methodus 7. de cõp. med. per gen. cap. 1. quæ & Curatoria dicitur.

Theriacã appellarunt Crito, & eum sequuti, quod Viperæ carnes acciperet; Andromachus verò, qui primus illam composuit, Galenen, hoc est tranquillam, lib. de vsu Theriac. ad Pamph. prope finem.

Therioma, teterrimum ulcus est, tum ex se nascẽs,

tum alteri superueniens, vt refert Celsus, colore liuidum, nigrum, odore fœdum, multo mucoso humore repletum, quod inflammatio, febris, prurigo & dolor comitantur, à quo sanguis interdum fluit, serpit et exedit, atque ob id aliqui herpetem exedentem, vocant, aliqui dicunt idem esse cum Carcinomate, quod Gal. com. 2. in 6. Epid. dicit in solo pulmone generari, alij in quacunque corporis parte.

Thermantica, calfactoria medicamenta sunt, quæ suo calore omnem perfrictionem, & stricturam calefaciant, lib. de Dynam. in prœmio.

Therminthi nomen, nigras quasdam pustulas in cruribus maximè orientes significat, à figura, coloris, magnitudinisque similitudine quam cum Therminthorum, idest, cicerum fructu habent, deriuatum com. 3. in 6. de morb. vulg. 37.

Thlasma, quæ & Thlasis dicitur, vide Rhegma, & Vnionis solutio.

Thlypsis, vide Epiparoxineste.

Thoracem consueuerunt Medici appellare, totum illud corporis spatium, quod duodecim costis vtrinq; circumscribitur, pertinetq; anteriore quidem parte ad pectorale os, ac septum transuersum, declinat verò posteriore ad spinam duodecim vertebris ac reflectitur, lib. de ossib. cap. 13. & 6. de vsu p. cap. 2.

Thorexin nominare consueuit Hippoc. vini potionem, 2. aph. 21.

Thrombos sanguinis grumus est, seu sanguis concretus,

cretus, 5. meth.8.

Thrombwsis est dum lac grumescit in mammis, et in casei formam transit; grumescentiam lactis interpretes non nulli vocant.

Thymiama hoc est suffumigium, quod ex moderate adstringentibus resiccantibus ac discutientibus uitiosos, & serosos humores, & corrigentibus humorum malitiam, & contrariam uim habentibus aduersus putrefactiones quorum plurima ex aromatum sylua habentur, constat, 8. de comp. med. loc. cap. 7.

Thymus, asperæ carnis extuberatio ẽ, quæ similis circa genitale ac sedem oritur, lib. finit. & 14. meth. 13. Est & tumor præter naturam, uide Epulides. Est & Thymus idem quod Glandium, seu Aden, seu Glandula, vide Aden, Glandula, vel ut alij Thymos carnosa est excrescentia, nunc in Glande, nunc in præputio, nunc in ipsa sede consistens, sic dictus, quod Corymbis Thymi sit similis. Thymorum aũt alij mites, alij maligni; Mites sunt exigui, scabri, cãdidi, dolore carentes; feri autem ampliores, scabriores, liuidi, dolorifici.

Thyreoides chartilago, uide scutiformis, & Cricoides.

Thyroides, est ossis pubis foramen ab ostij similitudine, sic appellatum. 3. de anat. adm. cap. 13.

Tibia est tota cruris pars, inter talum, genuq; posita, in interiori parte sita, cuius tibiæ pars anterior tenuis, & carnis expers, Ocrea appellatur, lib. de

ossib. cap. 22. Eademque infra genu Anticnemion, (Latinis Crea) 2. de anat. adm. cap. 4. posterior Carnosa pars Sura, & Gastrocnemion, 16. de vsup. c. 8.

Tilmata, idest vulsiones factę in fibris musculorũ, dum nimis distentę interdum rumpuntur, 4. de ijs quę in medic.

Titillatio oculorum, vide Mollities.

Toma pro phlebotomia vsurpatũ, 2. de nat. hum. 9.

Tomì dentes, idest Incisorij, dicuntur quatuor primi anteriores, ad cultri similitudinem, ad eos cibos incidendos, qui mollitiem in se habent; sicuti ad dura confringenda, alij vtrinque proximi constituuntur, cęteri omnes dentes molares, siue maxillares appellantur, lib. de ossib. cap. 4. quos etiam Mylas, idest, molas uocant, 11. de vsup. cap. 8.

Tonica, siue Tonotica medicamenta, sunt quæ extrinsecus illiniuntur, robur particulæ lesę inserentia, 13. meth. cap. 22.

Tonicus motus est, qui exercetur à corpore laborante Tetano, duabus contrarijs virtutibus oppositorum musculorum inter se pugnantibus, 1. de motu musc. cap. 8.

Tonos, idest, neruus, nuncupatur ab ipsis operationibus, vnum instrumentum duobus nominibus; eo quòd neruus neuin, hoc est nutare, seu flectere, & tonos tinin, hoc est tendere, natum est, 1. de motu musc cap. 1. vide Neruus.

Tonsillę, vide Isthmus, Vuę, Paristhmia.

Tophus,

Tophus, vide Callus.

Topica remedia, ideſt localia, 13. meth. cap. 22. quæ loco affecto non prius applicari debent, quàm totum prius corpus purgetur; ne his irritato affectu, plus etiam affluat ad membrum læſum, uitioſi ſucci, lib. de remed par. fac. cap. 6.

Torcular, ſiue Linon, eſt locus quidam vacuus, quaſi Ciſterna in uertice capitis, in quem meningis duplicationes ſanguinem deducunt, vnde velut ab arce quadam, omnibus ſubiectis partibus, ſanguinis riui mittuntur, 9. de vſup. c. 6. et 9. de anat adm. c. 1.

Tormina, ideſt, Dyſenteriæ uocabulum, nō pro vlceratione inteſtinorum, vt plerique medici ſolent, ſed pro cruenta ex inteſtinis proluuie ſumit Hipp. vt etiam quando ex Iecoris imbecillitate cruenta deijciuntur, affectio ea torminum nomine appelletur, id quod & fieri, & dici à Medicis quoque videtur, 4. de art. 40. fiunt autem tormina & propter morſum vehementem, & propter ſpiritum flatuoſum, qui nō habet exitum, ſed in inteſtinorum inuolucris eſt interceptus, 4. aph. 11. vide Dyſenteria.

Torpor eſt motus & ſenſus difficultas in toto corpore, & maxime in artubus à frigore, & compreſſione neruoſorum corporū incidens, 1. de cauſ. ſymp. cap. 5. aliquando torpor ſignificat, ventriculi in concoquēdis cibis imbecillitatem, com. 3. in 6. de morb. vulg. 1.

Tortio eſt cum articulus quidē eſt illeſus, ſed ner-

uosæ circa ipsum partes tortæ sunt, id quod maxime in ijs contingit, quorum in uacuum gressus dilabitur, 3. de ijs quæ in med. 31.

Toxica, hoc est venena, quæ mortem inferunt, lib. de Dynam.

Trachea, idest, aspera medicamenta, quę suffocata loca vlcerant, et exasperant; lib. de Dynamid. in procemio.

Trachea arteria, uide Aspera Arteria.

Trachoma, altera est species scabiei palpebrarũ, aspera, dolorem, & grauitatem faciens, in oculis humiditatem generans, lib. de ocul. par. 4. cap. 9. Inde Trachomata appellantur, quæ hanc asperitatem detergunt, 14. meth. 19. Hinc τραχύτης, *asperitas, quæ est vitiosa confirmatio parti cui accidit, inæqualitatem absumpto humore inducens, opposita affectio leuitati, quę sunt duo prima morborum genera in formatione sita.*

Traductio, est diducti ossis in naturalem statum reuocatio, lib. finit.

Tragemata, sunt ea quæ post cenam, uoluptatis inter bibendum excitandæ gratia, & ad dulcorandũ, aßumuntur, 1. de aliment. fac. 34.

Transpiratio, seu Perspiratio, est insensibilis per poros perflatus; 1. de sanit. tue. cap. 12. vide Inspiratio.

Translatiuus motus, vide Metalepticus.

Transumptiuus motus, quem Metalepticum vocant,

cant, quo in machinis vtuntur plurimi, tum archi- tecti qui mechanici dicuntur, tum medici qui orga- nici nuncupantur, qualem motum natura musculis conciliauit, quoniam neruorum eorum principio ad Cerebrum appenso, quando ratio vult tanquam ha- benis quibusdam musculos laryngis intẽdere, motus qui à principio proficiscitur à superiori loco per totũ collum fertur deorsum, ad multã vsque thoracis par tem, indeq; rursus redit vsque ad laryngem, vbi ner uis in prædictos musculos insertis, quasi à manibus quibusdam singuli musculi deorsum trahuntur, 7. de vsup. 14.

Traulotes, Latinis Blæsitas nominatur, qui hac passione correpti sunt, τραυλοὶ Græcis, Blæsi verò La- tinis dicuntur, & sunt qui aliquam certam literam exprimere non valent.

Tremor, vide Palpitatio.

Tremor oculorum, vide Mollities.

Trichiasis, idest capillitium, morbus est in quo cum craßa vrina, ueluti capilli vnà exeunt, 4. aph. 76. Adhæc Trichiasis est affectio, in qua pili inuti- les & pungentes palpebris enascuntur, 4. de comp. med. loc. cap. 8.

Triens, hoc est vnciæ quatuor, 4. de comp. med. per gen. cap. 14.

Triglochina, siue Trisulca figura est, quæ quinq; membranis Cordis, tribus dextera parte, duabus si- nistra, similes in figura triangulari, telorum cuspidi assimi-

assimilatur, 7. de anat. adm. cap. 9.

Trigona medicamenta sunt, ex seminibus composita, quę sicut ad torporem inducendum in pręsens mitiora, ita in futurum sunt tutiora; adq; hęc quoque omnia, vtilius annotina sumuntur, 12. meth. c. 11.

Trismos, siue Trysmos, id est stridor, est conuulsio musculorum mandibularum, ex qua fit dentium inuita concussio, 2. de caus. sympt. cap. 2.

Trisulca, vide Triglochina.

Tritæophyes (quę & Tritęus) febris, hoc est tertianę naturam sapiens nominabitur, quę tertio die exasperatur, & fermè in integritatem remittitur; sed si qua febris, tertio quoque die exacerbatur, neque per minimum interuallum ita mitescat, ut in eo febricitās propè synceram integritatem esse uideatur, hanc si quis tritęophyes nominare velit, forsan, & ipsę non sine ratione in hanc sententiam descendere videbitur, com. 2. in 6. de morb. vulg. 23.

Tritęus, uide Tritęophyes.

Triuus, Gręce τρίβος, apud Hippoc. significat eā corporis partem cui siue stantes, siue ambulantes, siue sedentes, siue iacentes, innitimur, ut stantibus nobis atque ambulantibus, plantę pedum, nates sedentibus, spina supinis, cubito innitentibus, cubitus, 2. de his quę in medic.

Trochantera, quod & tuberculum, magni ossis femoris processum vocant, 2. de anat. adm. cap. 6. & lib. de ossib. cap. 21. vide Femur.

Trochlea brachij, vide Bathmides.

Trociscos, vide Pastillos.

Tromata, hoc est ictus, nominat Hippoc. magnas noxas ab aliquo extrinseco, etiam sine vulnere illatas, com.5. in 6.de morb. vulg. 12.

Tromos, idest tremor, 2. meth.2.

Trypsin, vide Anatrypsin.

Trysmos, vide Trismos.

Tubercula, sunt quædam sponte nascentes. & celerrime factæ inflammationes, quæ celerrime in altum attolluntur acumen, & celerrime suppurantur, & plurima horum in inguinibus & alis est generatio, quoniam in his partibus plenæ sunt adenes, qui apti natura sunt ad has superfluitates prompte excipiendas, 3.aph. 26. Turberculum adhuc & Phyma nominat Hippoc. quod in alijs ipse solitus est vocare suppurationem, græce Empyema, 7.aph.8.de tumor. cap. 15.

Tumor, vide Oncos.

Tunicarum nomine, quidam sola composita operimenta dignantur; alij autem craßa, alij nisi composita simul & crassa extiterint, eis appellationem hanc non tribuunt; Ad eundem autem modum, & de membranis litigant; quibusdam enim simplicitas sufficit, alijs autem tenuitas, alij ambobus opus esse arbitrantur, ut ita nominentur; & nisi tenue fuerit simul, & simplex operimentum, id volunt vocare membranam; At antiqui certè, tunicas, membra-

nas, meningas, præter hęc omnia eiusmodi vocant, quos nos quoq; sequentes, à vana quidem in nominibus garrulitate, discedemus, 4. de vsup. cap. 9.

Tunicæ Cordis sunt corpora tegentia extrinsecus vtrunq; ventriculum Cordis, 6. de vsup. cap. 8.

Turgere, verbũ est translatum ab animalibus cõcubitum appetentibus, ad humores, nam sicuti illa stare loco non poßunt, quadam titillatione impulsa, eoq; affectu concitata, sic & humores plerumq; in motu vehementiore, atque transfluxu à partibus ad partes in morbi principio hominem infestant, mouẽtes, titillantes, & quiescere non permittentes, cum & ipsi pariter moueantur, & transfluant, & tanta latione ægrum molestent; Tales sunt humores turgentes, qui sunt in motu, latione, et fluxu, 1. aph. 22.

Turgidus dolor est, qui à parte primario affecta, veluti à radice incipiens, celeriter in partes adiacentes transfertur, 2. loc. aff. 7.

Turgidus pulsus, vide Gracilis.

Tussis, est vehementissima quædam efflatio, qua plurimus simul, celerrimeque foras actus spiritus attrahat, propellatque suo impetu, quæ vias suas obstruunt, 2. de sympt. cauf. 4. Cum enim externus aër in asperas arterias trahatur, quæ chartilagineæ duræque sunt, nec contrahi circa id quod continent, possunt, incitatum hunc excogitauit spiritus exitum, quem vocant tussim, quo spiritus sibi ipsi violenter, & cum impetu delatus, vias expurgat, non aliter

quàm

quàm tibias, & fistulas expurgant harum opifices, 2. de cauſ. ſympt. 3.

Tuſſis ſicca, in qua nihil expuitur, 4. aph. 54.

Tyloſis, ideſt callus; ſic autem nuncupatur, cũ in palpebris aſpritudines ex ſenectute craſſiores, albidiores & parum ſenſiles extiterint, eoque minus deteri poſſunt, lib. Introd. cap. 15.

Tympanias, qui & Tympanites, Hydropis eſt ſpecies, in quo ſpiritus totam thoracis ſuperiorem et inferiorem regionem, tumentes facit, 4. acut. 111. vide Aſcites.

Tyneſmus, qui & Tineſmus & Teneſmus appellatur, eſt recti inteſtini vehemens tenſio, & prompta deiiciendi cupiditas, paucis admodum ſequentibus excrementis, quæ quidem ab initio pituitoſa & pinguia, progreſſu verò temporis, etiam abraſionis ſpecie deiiciuntur; ſed per totum morbi ſpatium, iis quæ à ſupernis deſcendunt, haud quaquam miſceri videntur, 6. loc. aff. 2. Atqui Tineſmus vlcus eſt in recto inteſtino factum, quod quidem infert ſymptomata Dyſenteriæ ſimilia, nixus tamen multo vehementiores, 3. de ſympt. cauſ. 2.

Typhodes febres, ideſt ſuccendentes, vt Cauſodes incendentes ſunt; quarum media eſt ſemitertiana, 1. aph. 12. vide Febris Typhodes.

Typhomania (quæ & Typhonia) eſt delirus Lethargus, vel lethargicum delirium, lib. finit. quæque Typhomia appellatur, commiſtus affectus ex lethar-

go & Phrenitide,lib.de Comat.cap.2.Ego verò quoties ad finem vsque tum desipientia, tam Coma persistunt, affectionem hanc ex phrenitide, & lethargo mistam appello,quidam Typhomaniam vocauerunt,1.prorrhet.1.

Typus est ordo intentionum & remissionum; periodus siue circuitus est tempus intentionum ac remissionum in morbis factum,lib.de Typis, cap.2. siue est formula quędam accessionis,cum vel subsequitur, vel anticipat,1.cris.3.

Tyria apud Arabes, & barbaram sectantes medicinam, idem est ac Ophiasis, Tyri enim voce,oēs serpentes, & potissimum Viperas intelligunt.

V

V*ACVATIO*,Gręce κένωσις,vide Purgatio.

Vacuus pulsus est,qui arteriæ eleuationem facit bullosam, ut digitorum impressioni egressus, per vacua occurrat,1.de differ.pul.6.

Vaginalis tunica, vide Elytroide.

Vaginæ, vide Membrana dura.

Valga appellantur crura, in exteriorem partem vergentia; quæ verò in interiorem, vara & manca 3.de his quę in med.31.

Vapor, humor est extenuatus, qui pluribus est in spiramentorum raritate, corporis mollitie, substantiæ fusione,1.simplic.8.

Varices siue Cirsus, venas omnes dilatatas antiqui appellabant, lib.de tumor.16. Varices, sunt venæ la-

næ latiores in coxis & testiculis & cruribus, quæ ex crasso & melancholico sanguine contingunt, adeò ut pellente natura ad partes ignobiliores, humores crassos & melancholicos, dictarum passionum generatio sequatur, 6 aph. 21.

Variciformis flexus, uide *Flexus variciformis*.

Varicosum parastata, vide *Glandulosi assistetes.*

Varicosus assistens, uide *Genitalis*; *Glandulosi assistentes*, & *Meatus genitalis*.

Varicosus meatus, vide *Genitalis*.

Varus, exiguus durusque tumor est, in faciei cute obortus, Græcè Ionthos, qui differt à ficosis tumoribus in mento prouenientibus, non solum quod ex crasso humore consistat, verum etiam quod participet tenui quadam sanie, ratione cuius facile vlceratur, non rectè atque ex arte curatus, lib. de remed. par. fac. cap. 11. vide Ionthos, & Ficosus tumor.

Vasa deferentia, uide *Glandulosi assistentes*.

Vasa spermatica, Seminaria, quę vulgo vasa preparantia appellantur, vide *Glandulosi assistentes*.

Vehemens pulsus, siue Validus, & Fortis, est qui violenter tactum impellit, remissus siue languidus, qui debiliter, de puls. ad Tyron. cap. 3. & lib. 3. de differ. puls. cap. 5.

Vehementia morbi, est, ea quam magnitudinem vocant, et mos morbi, quem modū appellāt, 1. cris. 3.

Vellicationes, seu discerptiones, iunioribus medicis appellantur, vulsiones, quæ in fibris musculorū

contingunt, dum nimis intentę interdum rumpuntur, 3. de his quę in med. 30.

Vena, φλέψ, est vas spermaticum, vna constans tunica, fibris triplicibus contextū, sanguini deferendo destinatum; uenę etiam nomine, arterias comprehenderunt veteres, quo sensu Plato in Timæo uenas à Corde oriri asserit, vt testatur, Gal. 6. de Placit. vi de Arteria.

Vena arteriosa, uide Arteria uenosa.

Vena axillaris, uide Axillaris uena.

Vena azygos Græce, coniugio carens Latine, uulgo uena sine pari, ea est quę in quibusdam animantibus iuxta Cor adnascitur, in quibusdam uerò ut in hominibus, ex ea emergit parte, qua iam Cordis aurem uena Caua tangit; Hinc si quidem emergens, humilius depressiusq; per Cor defertur, atque in spinam contorquetur, 2. acut. 10.

Vena Basilica, uide Axillaris.

Vena capillaris, uide Apanthismos.

Vena capitis, uide Humeraria.

Vena Caua, uide Caua uena.

Vena Cephalica, uide Cephalica uena.

Vena cōmunis, uide Cōmunis uena, et Media uena

Vena coniugio carēs, uide Vena azygos.

Vena coronalis, siue Stephaniœa, uide uena Peristephaniga.

Vena craßa, uide Crassa uena.

Vena cubiti externa, uide Humeraria.

Vena cubiti interna, uide Axillaris.

Venę emulgentes, uide Emulgentes uenę.

Vena Funis brachij, uide Funis brachij.

Venæ guidez, uide Apopleticæ.

Venę Hæmorrhoidales, uide Hęmorrhagia.

Vena Hepatica, uide Axillaris.

Vena Humeralis, uide Humeraria.

Vena Iecoraria, uide Caua uena.

Vena Ischiadica, uide Ischiadica uena.

Venę Iugulares, uide Apopleticę.

Vena lata & magna, hoc est humeralis, 1. de artic. 53. licet communiter medici, & anatomici magnam uenam uocent uenam Portę, sicut Cauam, maximam appellant.

Vena manifesta, uide Manifesta uena.

Vena media, uide Communis.

Venę meseraicę, uide Mesenterium.

Vena nigra, uide Media Cubiti uena.

Vena Peristephanicæa, est quæ Cor ipsum coronat, principiumq; sui ortus, extra membranas habet, 6. de usup. cap. 14.

Vena Poplitis, est ramus medius uenę Cauę qui deorsum ad poplitem fertur, ubi uulgo uena Poplitis dicitur, qui per profundum Surę procedens, non modicam in musculos eius ramorum sobolem spargit, atque ob id, hęc uena communis, seu media dicitur, quemadmodum in manu, lib. de dissect. uen.

Vena porta, uide Caua uena.

Vena purpurea, uide Cõmunis uena, Media uena.

Vena saluatella, uide Saluatella uena.

Vena saphena, uide Saphena uena.

Vena sine pari, uide Vena azygos.

Vena splenitica, uide Saluatella uena.

Venę, & arterię umbilicales sunt, quę uteri acetabulis adhęrescunt, quibus fętus in utero alligatur, & alimentum trahit, 1. de semin.

Veneticos oculos appellant, eos qui suffusione affecti sunt, fiunt autem Venetici oculi duobus modis, uel propter aquam si nimium fuerit coagulata, uel propter siccitatem quam patitur Crystallinus, lib. de ocul. par. 4. cap. 12.

Ventralis dispositio, uide Cęliaca.

Ventrem superiorem ueteres appellabãt thoracẽ; alimenti receptaculum omne, quod à septo transuerso est, uentrem inferiorem; Interdum autem uentrẽ superiorem nominabant, in quem cibi assumuntur, quæ ab eo sunt omnia, uentrem superiorem; Interdũ quoque & sola quę crassiora sunt intestina; sunt qui Colon duntaxat, uentrem inferiorem uocant, 4. acut. 112. 7. aph. 38.

Ventriculus est, in quem primo animalia cibum recipiunt, 6. de anat. adm. cap. 2. Aliquando uentriculi os, per abusionem, pro stomacho sumitur, lib. de cur. rat. per sang. cap. 1.

Vermiculans pulsus est, cum species exhibetur, quasi perreptantis arteriam uermis, undarum in mo

dum

dum insurgentis; & non uno tempore arteriæ distentæ paruus, languidus, & creber; Sin autem non paruitati, sed magnitudini sit adiunctus, dicitur Vndosus; si ad extremam deueniat remissionem, crebritatem, & paruitatem, formicans dicitur, de Pulſ. ad Tyron. cap. 8. & 1. de differ. pulſ. 26. & 27.

Vermiformis excrescentia, siue Epiphysis, uide Vermis Cerebri.

Vermis Cerebri, est obstaculum quodam, quod habet porta, qua à medio Cerebri uentriculo, ad posteriorẽ itur, cuius forma est sicut pinea, lib. de ocul. par. 2. cap. 2. Quin' particula quędam Cerebri, incũbit meatui qui est à Cerebro ad Cerebellum, quę circumscriptionem obtinet figurâ uermi similem, in lignis enascenti; Hinc etiam nomen Anatomici inuenerunt excrescentiam uermiformẽ, corpus hoc, quod totum meatum contegit, uocantes, 9. de anat. adm. 5. diciturq; uermiformis epiphysis, 8. de usup. c. 14.

Vernaculus morbus, uide Endemus, & Cõmunis.

Verricularis, uide Amphiblestroide.

Verrucosa, uide Dulcia ulcera.

Vertex Capitis, (Græce κορυφὴ) in media capitis regione synciput superãte, est collocatus; unde uelut à centro circulus, capillorum prouentus, incipere uidetur, lib. Introd. cap. 10.

Vertex Cordis, est inferior uisceris terminus, figurâ turbinatus, qui infernæ pectoris ossis regioni cohęrescit, cuius in extremo mucronata chartilago

con-

constituitur, 7.*de anat adm. cap.* 3.

Vertebra, *uide Dorsum*.

Vertigo est affectio, qua caput circumagi uidetur, 4. *acut.* 42. *uide Scotodinos*.

Vesica fellis, *uide Cystis Choledochos*.

Vestigiũ, uocat inferior pars pedis, 2.*de fract.* 10.

Veternus, hoc est grauis sopor, de caus. morb. c. 3. *siue ignauia & stoliditas.* 1 *prorrhet.* 31. & 2.*aph.* 3. *dicitur autem Veternus, quasi ueteranus morbus, qui Lethargus uocatur, in quo ægri ueteranorũ, idest, senum more, inexpergescibili somno detinentur. Terentius in Eunucho*.

Vibratio, *siue Agitatio, est uiolentus alicuius corporis partis motus, ut conquiescere non liceat, etiam si strenue admodum renitaris*, *differens à Tremore*, *qui nisi partem mouere uelis* , *non accidet*, *lib. de trem. palp. cap.* 6.

Vibratus pulsus, (*Græcè* κλώνοδης) *uide Conuulsiuus*.

Victum appello, *non hunc tantum*, *qui cibo*, & *potione constat*, *uerum etiam qui omnibus alijs*, *ut ocio*, *exercitatione*, *balneo*, *venere*, *somno*, *uigilijs*, & *omnibus quæ quouis modo fiunt in humanis corporib*⁹, *idest*, *uiuẽdi ratio*, *co.* 3.*in* 3.*de morb. uulg.* 9.

Villi, *uide Fibræ*.

Vinaciæ sunt solidę vuæ reliquię, *cum in torculari succus ipsarum omnis expressus fuerit*, 2. *de aliment. fac.* 9.

Vinum

Vinum aparachyton, ideſt, originale, cui marinæ aqua non eſt addita, 4.de comp.med. loc. cap. 7. cui opponitur vinum tethalaßomenon, 4. acut. 2.

Vinum vinoſum, vide Hydatodes, & Oenodes.

Virtus naturalis, vide Virtutes.

Virtus rationatrix, uide Virtutes.

Virtus vitalis, vide Virtutes.

Virtutes, (quas facultates Medici uocant, Plato animas) ſunt tres illæ quæ toti corpori, ex ſuo quodã veluti fonte diſtributæ, animal gubernant; Prior quæ uel naturalis, vel altrix, uel appetitrix, alterans, & concoquens appellatur, 2.progn.26. ad nutriendum animal neceſſaria ſtirpibus communis, quę Iecur veluti pro fonte habet, canales verò ab hoc in totum corpus ſparſos, ipſas venas; Altera quæ & facultas, virtus, ſeu anima vitalis, & animoſa appellatur, quæ non modo vt ſtirpibus, aut vita præditis, ſed etiam ut animalibus anima eſt inſita, ſedem habens in Corde, cuius canales arteriæ ſunt; Poſterior Ratiocinatrix in Cerebro domicilium habens, voluntarijs actionibus, vnà cum ſenſibus præſidens, cuius canales ſunt nerui, ſenſum motumque in totũ animal deferentes, 9. meth. 10.

Vitalis motus, vide Motuum ſpecies.

Vitellina bilis, quæ & lutea dicitur, vide Bilis Pallida.

Vitiliginum, quas Alphos vocant, generatio ſimilis eſt generis cum eo affectu, quem Leuce ſiue album

bam vitiliginem, Arabes Alboras appellant, non tamen sub ijs tota caro vitiatur, vt in Leuce, sed in summo corpore, veluti squamæ quæpiam, Vitiligines infiguntur, albæ quidem ex pituitoso, nigræ ex melancholico succo exortæ, 3. de sympt. caus.cap.2. In Vitiligine autem alba, fit nutrimenti appositio, non assimilatio, 1.de natur. fac.cap.11.

Vitreus oculi, vide Hyeloides, & Crystallinus.

Vitreus humor à Traxagora appellat, qui uitrei nomen ipsi imposuit, pituitæ species est, frigidissimus, quippe vitro fuso, tum colore, tum substantia, haud absimilis est, 2.loc. aff.5.

Vlcera dulcia, vide Ochthode, & Dulcia ulcera

Vlceratio est ruptio circa corneam tunicam, quæ uel ex ictu, uel ex strenua phlegmone oritur, lib. finit.

Vlcus, quod Græci Elcos, uide Vnionis solutio.

Vlcus depascens, vide Phagedenas.

Vlna, vide Cubitus.

Vlomelia, idest, solimembria, est totius corporis, ex membris compago, 1.de vsup. 8.

Vmbilicus nihil aliud est, quàm multitudo magnorum vasorum quę ex multis paruis uenis, & arterijs, et propaginibus earumdem per totum Chorion dispersis, conflatur, & eo loco vniuntur, per quæ, & sanguis, & spiritus ad fœtum deriuatur, in medio vrinaculum habentium, lib. de dissect. vul. cap.10.

Vncia habet dracmas octo, quæ dracmæ etiam

Holce

Holce dicuntur; dracma habet siliquas duodeuiginti, alij dicunt scrópulos tres; scrupulus habet obolos duos, obolus siliquas tres, lib. de pond. & mens. c. 3.

Vndosus pulsus, uide Vermiculans.

Vnguis, siue Vngula, uide Pterygium.

Vnio, vide Prosthesis.

Vnionis solutio, siue Continuitatis solutio, est morbus in quo partes, quæ secundum naturam vnionem acceperunt, inter se soluuntur, lib. de const. art. cap. 6. quæ solutio si in osse fiat, dicitur Fractura, seu Catagma; in neruosis musculorum partibus ex distentione, ruptura; in fibris Conuulsio, seu spasma; in carne ex vulnere incisio, ex aliquo acuto punctura, seu punctio, ex aliquo graui contusio; ex erosione in osse, Teredon; in carnosis partibus, Vlcus; in instrumentalibus et ligamentis, auulsio, siue aposphagma, ibidem. In vasis, musculisq; ex uiolento ictu, uel graui casu, uel alio quopiam ualente motu excitata, Rhegma & Thlasma; cum contusione & ruptione, Ecchymosis, 4. meth. 1. ab aliquo acuto occursante, atque abscindente, Incisio, Dissectio, & Sedes, lib. de caus. morb. cap. 11.

Vniuersalis morbus, uide Communis.

Vniuoca, uide Aequiuoca.

Vocis organa uoco, per quæ spiritus redditus uox efficitur, hæc sunt aspera arteria, guttur, fauces, ue luti spiritus plectrum, per ipsas transeuntis, nam hę uocis instrumentum sunt, ut locutionis lingua.

Vola

Vola manus nominatur, ſupina pars manus iuxta pollicem aſſurgens, Græce Thenar, cui pars oppoſita Hypothenar, et Subuola uocatur, 1. de uſup. c. 17.

Voluntarius motus, uide Motuum ſpecies.

Voluulus, uide Ileos, & Chordapſus.

Voluuloſa ſtomachi ſubuerſio, uide Subuerſio.

Vomica, uide Sinus.

Vomitus & nauſea, expultricis facultatis uentriculi praui motus ſunt, ad ea quæ uentris corpus contriſtant, quàm citiſſime per ſtomachum uacuanda; Nec idem eſt uomentibus et ſingultientibus motus, quippe in uomitionibus, ea quæ in capacitate ſunt uentris reijciuntur, in ſingultu quæ in ipſo uentris ſunt corpore, ſimili ſcilicet tum affectu, tum motu, qualis eſt ijs, qui ex intemperie tuſſiunt, omnibus nimirum uentriculi partibus, quod ſe contriſtat, expellentibus, 3. de ſympt. cauſ. cap. 2.

Vrachichronius morbus eſt, qui breui tempore finitur, Polichronius uerò, qui longo tempore cõprehenditur, 3. dieb. decr. cap. 13.

Vrachòs, appellatur meatus, qui infantis Vmbilico inſeritur, ex quo enaſcitur, & ſuſpenſus eſt, qui meatus mutuo congreſſu quinq; uaſorum abſoluitur; nam à uenis quæ ſecundas implent, binę aliæ prodeuntes ſunt uenæ, ab arterijs ibidem ſitis, binę arteriæ, & à neruis unus neruus, complicati mutuo, qui Vmbilicum abſoluunt, lib. Introd. cap. 11. uide Vmbilicus, & Vrinaculum.

Vraniſcus,

Vraniscus, idest paruum cęlum, quod Latine palatum dicitur, pars est oris superior, à cęli similitudine, nomen accipiens, lib.finit.

Vrentia, uide Caustica.

Vretheres, (idest Vrinarij) sunt meatus quidam oblongi & fortes, Vrinarij dicti, qui renes uesicæ committunt, ducentes per colatoria, urinas à sanguine segregatas, ad uesicam, 5. usup. 5. Qui Vrinarij meatus, nec arterię sunt, cum nec pulsent, nec duplici constent tunica, neque uenæ, quia sanguinem in se continent, nec similem omnino uenæ habent tunicam; à neruis autem plus distant, quàm à iam dictis, 1. nat.fac. cap.6.

Vrethra, siue Vrithra est meatus urinę reddendæ accommodatus, qui in pene est, quem & fistulam Vrinariam appellant, 4.aph.82. Estque ceruicis uesicę meatus, & urinæ fistula, 1.loc.aff.1. uide Fistula urinaria.

Vretica, uide Diuretica.

Vrina, quam Græci, Vron, uocant, est excremētū tenue, et aquosum sanguinis, 5.usup.5. uide Lotiū.

Vrina optima, cuius sedimen album, & læue, & ęquale extiterit perpetuo tempore, usq; dum iudicatus fuerit morbus, lib.de atrab.8.

Vrinaculum, quod Gręci Vraxon uocant, est meatus qui ex fundo uesicę exortus, lotium in tunicā Allantoidem prægnantis mulieris deriuat, quæ ita à similitudine figuræ, quam habet cum intestinis, appellatur,

latur, 15. de usup. c. 15. uide Vraxòs, et Vmbilicus.

Vrinarij, uide Vreteres.

Vrinarius meatus, Græce οὐραχός οὐρήθρα, *uide Vreteres.*

Vrinæ difficultas & suppressio, uide Ischuria.

Vrinæ profluuium, uide Diabete.

Vrinæ stillicidium, uide Iscuria, 3. aph. 16.

Vrinæ substantia, uide Consistentia.

Vron, uide Vrina.

Vteraria, uide Hysterica.

Vteri suffocatio, est spirationis ob uterũ ablatio, quæ et Apnœa uocatur, eamdemque uterinam suffocationem, & strangulationem appellant, 5. aph. 35. & Hystericum morbum, 4. de caus. pul. 22.

Vteri Rheuma, uide Menses.

Vterus, Μήτρα, *Vulua, & Matrix appellatur, est ea corporis pars, quę mulieribus ad concipiendum & pariendum, à natura est concessa, 6. loc. aff. 5.*

Vtricularij, uide Hyderici, & Ascites.

Vua, uide Gargareon, & Staphyle.

Vuæ, Paristhmia & Tonsillæ, nihil aliud sunt quàm inflammationes, Vuę, quidem Gargareonis, Tonsillæ uerò adenum, eorum qui in principio faucium inter se oppositi sunt, quẽadmodũ Paristhmia, corporum eorum, quæ in faucibus sunt. Videtur autem Hippoc. non omnem Gargareonis inflammationem uuam nominare, sed unam solam speciem, qua Gargareonis terminus similis acino Vuæ est, lib. de tumor.

tumor. cap. 17. uide Staphyle, Gargareon.
Vuæ uinosæ, quæ nullam vehementem qualitatem habent, 2. de aliment. fac. cap. 9.

Vuea oculi tunica, vide Rhagois & Cærulea.

Vuiformis, vide Rhagois & Cerulea.

Vulgaris morbus, vide Communis morbus.

Vulsio est cum fibræ musculorum nimis distentæ rumpuntur, quæ nunc vellicatio, nunc discreptio appellatur, 3. de iis quæ in med. 30.

Vulua, vide Hystera & Vterus.

Vulua, vide Staphyle.

X

XEROPHTHALMIA, idest arida lippitudo, cum anguli oculi vlcera, & aspritudinem, pruritumque contraxerunt, palpebræ rubent, & lacrima salsa & nitrosa, ab oculis profluit, lib. Introd. cap. 15. vide Sclerophthalmia.

Xerotribia, idest sicca frictio, 8. meth. 2.

Xiphoides, vide Pectorale os, & Chartilago ensiformis.

Xister, vide Aures.

Z

ZOOGOMIA, idest animalium generatio, lib. de constit. art. cap. 13.

Zulapium, Actuarius, & alij recentiores Græci, barbara uoce, appellant id quod hodie iuleb itidem barbaro uocabulo nuncupamus; fit è stillatitio liquo-

re, aut quod rectius est, è succis & saccharo tantum ut ex Mesue satis constat; licet Seplasiarij ab ea forma compositionis, nescio quo iure, non nihil discesserint.

Zygoma os, siue Iugale est, quod temporis musculo præpositum est, transuersam in medio suturam habens, cuius posterior pars omnis cum capitis osse, quod iuxta aures est; anterior cum parte supercilij extrema, ad paruum oculi angulum, continuatur, lib. de ossib. cap. 2. quod cum duplex sit ad utramque aurem, super foramina, per quæ facultas audiendi est, emergit, lib. Introd. cap. 11. quod vulgo os paris, uocant, alij iugamentum, Græce autem Ζυγωμα*, siue* ὀυζυγῶδες*, quasi coniugiale, & ex duobus coniugatum, uocatur.*

Zymωsis Iecinoris, est tumor ædematosus Iecinoris apud Hippocratem.

FINIS.



PRÆ-

PRÆCIPVARVM

Arabicarũ vocum, ad artẽ medicã facientiũ, ordine alphabetico series; in qua videre est, quæ Arabica vox, cui Græcæ et Latinæ reddatur, & significato respondeat.

Arabicæ.	*Græcæ.*	*Latinæ.*
Abgas	Chorion,	Amnium tunica.
Abortus	Amblosis,	Aborsus, Deperditio.
Abrahomia	Cacoethe,	Maligna ulcera.
Accidens,	Symptoma,	Passio, Coincidens.
Achael,	Psellotes,	Traulus, Balbus.
Achilus, Algaras,	Ægilops,	Anchilops.
Achmas,	Pedion,	Planta pedis.
Achimon,	Argemon,	Iridis oculi ulcus.
Acrai, Arsarum,	Priapismus,	Tentigo.
Acthalegi,	Palmòs,	Palpitatio.
Acualis dolor,	Nitticòs,	Perforatiuus.
Adereb fluxus,	Hepaticus affect⁹,	Iecoris Imbecillitas.
Adiutorium,	Omoplatæ,	Humerus.
Adorem,	Raphè,	Sutura.
Adorẽ corticales,	Lepidoides,	Squamosę cõglutinationes.
Adorem laudæ	Lambdoide	Sutura Occipitis.
Adorẽ mendosę,	Lepidoides,	Suturæ iuxtà aures.
Adustiua,	Causon,	Adurens febris.
Adustiuũ, ausume,	Epicauma,	Sordidum vlcus oculi.
Aflicem,	Ophthalmia,	Lippitudo.
Alabene,	Supinitas,	Succubus.
Alacaran,	Ancyroide,	Anchoralis processus.
Alachahab,	Pterne,	Calcaneus, Calx.
Alachun,	Larynx,	Asperæ arterię Caput.

Alagiagi,	Oſtûn hieròn,	Os ſacrum,
Alaiuanie,	Zodynamis,	Vitalis virtus.
Alandagi,	Anadoſis, Diaphoreſis,	Digeſtio, cōcoctio.
Alarbian,	sarcomata,	Polypus narium.
Alaſch idem ac	Iliſchi, vide infra.	
Alaſceilez,	spleñitica,	saluatella vena,
Ala ſtardad,	Apotherapia,	Recreatoria.
Alatahal,	Coryza,	Grauedo.
Alatzar,	Ectropion,	Palpebræ inuerſio.
Albaras alba,	Leuce, Alphos,	Morphea alba.
Albaras nigra,	Lepra,	Morphea nigra.
Albarnabet,	Carcynoma,	Cancer Narium.
Albatagin,	Carpus,	Brachiale.
Albere,	Progaſtrium,	Ventris medium.
Albhear,	Dyſpnæa,	Difficultas ſpirandi.
Alborati,	Omphalus,	Vmbilicus.
Albothin,	Therminthi,	Exituræ nigræ.
Albugo, Pan*,	Albedo, Leucoma,	Cicatrix oculi.
Alcafa,	Inion,	Occiput.
Alcahab,	Aſtragalus,	Talus.
Alcangiari,	Sternon,	Os pectoris.
Alcarba,	Phalacrotes,	Caluitium.
Alcuſi,	Achlys,	Caligo oculi.
Alchab,	Aſtragalus,	Clauicula, Talus.
Alchada,	Omoplata,	Humerus.
Alchael,	Aphonia,	Vocis carẽtia ex lĩgua
Alchael,	Diaphragma,	Præcordia.
Alchalcun,	Larynx,	Guttur.
Alchama,	Choana, Pyelos,	Infundibulum, Lacuna.
Alchamar,	Amblyopia,	Cæcitas à ſolis intuitu
Alchambar,	Anæa,	Amentia.
Alchangeri,	sternon,	Enſiformis chartilago.
Alchatim,	Pſoæ Iſchis,	Lumbi.
Alchef pectinis,	Metacarpium,	Poſt brachiale.

Alcheſſir,

Alcheffir,	Porus,	Meatus.
Alchei,	Ostún hierón;	Os sacium.
Alchelof,	Taraxis,	Oculi Perturbatio.
Alchirunie,	Chironia,	Vlcera rebellia.
Alchool,	Xerocollurion,	Collyrium solutum.
Alchóla,	aphthæ;	Oris ulcera,
Alchola maligna,	Nomæ, Phagedænæ,	Vlcera depascentia.
Alcosbot,	apostosis apostema,	abscessus.
Alcude,	Cephalæa,	Dolor Capitis diuturnus.
Alcurati,	Dysenteria,	Tormina.
Alcuzez,	Tetanus,	spasmus, Conuulsio.
Aldaragi,	Raphè,	sutura.
Aldebha,	Cynanche,	angina.
Aldebul,	Marasmus,	Marcor.
Aldees,	Narche,	Ignauia, Torpor, hebetudo motus.
Aldhen,	Dianæa,	Mens.
Aldemamid,	Dothien,	Furunculus.
Aldememul, idem ac Aldemamil, & Aldemamir.		
Alderab,	Diarrhæa,	Alui profluuium.
Alderabe,	Vla,	Gingiua,
Alderez,	Gastir encephalos,	Ventriculus Cerebri.
Alduar.	scotoma, scotodinos,	Tenebricosa Vertigo.
Aldubellet, idem ac Dubellet, & Dubellati, vide infra.		
Alenada,	anadosis,	Digestio.
Alfasch,	Hypochelon elcos	sinuosum vlcus.
Alfasd,	Phlebotomia,	Venę sectio,
Alfase,	Hęmalops,	sugillatio oculi.
Alficume,	Epicauma,	Nubes Vueæ.
Algaras,	aegilops,	Fistula lacrimalis.
Algasamach,	Epiglottis,	superlingula.
Algessa,	Emphisæma, Pnesmatosis,	Inflatio.
Algeromati,	Esthiomenon,	Herpes exædens.
Algiebar,	Myccsis,	Lusciosus affectus.
Alguama,	Cittosa, Picatio,	appetitus deprauatus.

Arabicę.	Græcę.	Latinę.
alguardenigi,	Ophthalmia vera,	Lippitudo vera.
alguasa,	Melancholia,	Melancholia.
algeati,	Sperma,	Semen.
alhac,	Tenō, aponeurosis,	Tendo, Eneruatio.
alhacel,	Paraphrosyne,	Delirium. (aures.
alhadani,	Parosis, Chęras, Struma,	Abscessus iuxtà
alhadiuth,	Copros gonorrhæ,	Spermatica egestio.
alhael,	Adenes,	Emunctoria, Glādulę.
alhagiagi,	Ostuin hyeron,	Os sacrum.
alhagran,	Perinæon, femen,	Interfœmineum.
alhaliben,	Adenes,	Inguina, emunctoria.
alhamear,	Paraphrosyne,	Insania, Fatuitas,
alhasad,	Anchon,	Cubitus.
alhasos,	Coccyx,	Cauda. (guum.
alhauis,	Ostūū hyeron,	Os sacrum, latū, ma-
alhauti,	Eusarcon,	Quadratum corpus.
alheame,	Phlebs metopon,	Vena frontis.
alheasme,	Ecpiesma,	Fractura Cranei.
alhunior,	Botrya,	Alueoli dentium,
alices,	Scordinema,	Pandiculatio,
alicod,	Proptosis,	Oculi procidentia.
alintisar,	Mydriasis,	Vueæ dilatatio.
alisema,	Coryphe,	Vertex Capitis.
allebe,	Sphagè,	Iugulum.
allui,	Cynicus spasmus,	Canina conuulsio.
almabad,	Phlebs ancilis,	Vena Poplitis.
almachade,	Hedra, archus,	Anus, sedes.
almachein,	Ranteres,	Anguli maiores oculi.
almadiam, idem ac almabad, & almadab.		
almadid,	Phlebs,	Vena.
almagabin,	Adenes,	Emunctoria.
almagiat,	Proptosis,	Procidentia.
almaxaben,	Maschalis,	Axilla.
almecheni,	Canthus,	Angulus oculi.

Arabicæ.	Græcæ.	Latinæ.
Almelileru,	Episemasia,	Annotatio febris.
Aimeneumat,	Narcotica,	Sõnifera, stupefaciẽtia
Almenthenein,	Psoa,	Lumborum Caro.
Almersegi,	Rhagoidis proptosis,	Vueæ procidentia.
Almes,	Cathocus, Catalepsis,	Deprehẽsio, Aliena
Almesemar,	Porus, Helos,	Callus, Clauus, (tio.
Almesfat,	Phoxòs.	Acuminatum caput.
Almesiere,	Erysipelas,	Vicinirubriam.
Almetacargie,	Myesa,	Mucor.
Almirach,	Mys,	Musculus.
Almesmar,	Elos,	Clauus.
Almochati	Pericranion,	Pericranium.
Alnefseme,	Psychidinamis,	Animalis Virtus.
Alnisuchat,	Errhyna,	Caput purgia.
Alosos,	Lordosis,	Luxatio.
Alosos.	Coccyx,	Cauda.
Alrabin,	Asthma,	Anhelatio.
Alrad,	Sarcotrasma,	Carnis vulnus.
Alrahaune,	Paraphrosyne,	Delirium.
Alrasafe,	Epigonatis,	Patella.
Alraute,	Pterygia,	Alæ, Pinnulæ narium.
Alrosbot,	Porus sarcoticus,	Porus Carneus.
Alruic,	Paracme,	Declinatio.
Alsabiar,	Comatosa,	Somnifera opiata.
Alsaguaid,	Embryon,	Fetus.
Alsahad,	Pechys,	Vlna, Cubitus.
Alsahafati, idem ac Sahafati, vide infra.		
Alsaim,	Nestes entheron,	Ieiunum intestinum.
Alsamach,	Typhlon Ecesma,	Cecum foramen.
Alsamach,	Otys,	Auris.
Alsaria,	Epilepsia,	Morbus Comitialis.
Alsarnach,	Hydatis vesica,	Aquula.
Alsatere,	Ancyloblefaron,	Palpebrarũ coherẽtia.
Aliebati venæ,	Carotides,	Soporariæ, Apopleticæ.

Alfeda,	Thlasma,	Contusio.
Alsedar,	Scotomia,	Tenebricositas.
Alseedic,	Meliceris,	Melleus abscessus.
Alsedeid,	Brachion,	Brachium.
Alselac,	Scleriasis,	Palpebrarum durities
Alseriaran,	Catharticum,	Purgans.
Alsharà,	Epilepsia.	Comitialis morbus.
Alshautar,	Errhyna,	Caput purgia.
Alshela,	Ganglia,	Contractiones.
Alsiasie,	Hegemonica.	Rectrix Virtus animę.
Alstrengi,	Cerion,	Fauus.
Alsurbed,	Phlebs hypoglottis,	Vena sublingua.
Altarsat,	Hyposphagma,	Cruenta suffusio.
Alteneter,	Diaphnoë,	Transpiratio.
Alterbet,	Cachexia,	Prauus habitus.
Altharas,	Barycoia,	Obauditus.
Althaun,	Phygethlon,	Apostema pestilens.
Altheca,	Traulus,	Balbus.
Althoin,	Bubo,	Abscessus pestilens.
Althumar, idem ac Alchamar.		
Althute,	Hæmorrhois,	Morus sedis.
Altualil,	Achrochordon,	Verruca.
Aluardengi,	Chymosis,	Palpebræ distorsio.
Aludi,	Gonorrhea,	Seminis fluxus.
Aluebe,	Palmos,	Palpitatio.
Alunum,	Botryon,	Vlcus cauum oculi.
Alureschin,	Exanthemata,	Pustulæ.
Alusuas,	Paranæa,	Dementia.
Alzamane,	Paralysis,	Resolutio neruorũ, mollities.
Ancha,	Meros,	Femur, Crus.
Anulus,	Larynx,	Asperæ arteriæ caput.
Anulus,	Botrhyon,	Fossula.
Aqua descendés,	Hypochyma,	Suffusio.
Aqua Cranei,	Hydrocephalon,	Aqua Capitis.

Arabicæ	Græcæ	Latinæ
Arcuatio,	Repanditas,	Luxatio postica uerte-
Areffatu,	Epigonatis,	Patella, Genu. (bratũ.
Arsatum,	Priapysmus,	Tẽtigo, Penis rigidus.
Arteria Orithi,	Aorta,	Magna, Crassa.
Arteria Arulidi,	Læuis,	Arteria venalis.
Arteriæ subnecti,	Carotides,	Soporariȩ.
Artetica,	Arthritis,	Articularis morbus.
Aschachilos,	Sphacelum,	Membrũ demortuũ.
Ascham.	Pathos, Pathema,	Passio.
Asef,	Hydroon,	Sudamen.
Aseid,	Pechys,	Cubitus, Vlna.
Aselha,	Oedema,	Tumor laxus.
Asellata vena,	Maschalæa,	Axillaris vena.
Asestra,	Ectropion,	Palpebræ inuersio.
Atanatum,	Bubon, Læmon,	Absceſſus pestilens.
Atasus,	Pnesmatosis,	Inflatio,
Athacarugi,	Mysca,	Mucor.
Atherael.	Apostema,	Absceſſus.
Aures muris,	Myotis,	Scissura Vnguium.
Balchee,	Telephion elcos,	Vlcus Telephium.
Balchie,	Psydrachia,	Pustulæ Capitis.
Bancharas,	Pãcreõ, Calicreõ,	Caro glandulosa.
Baras,	Psoronychia,	Scabrities Vnguium.
Barbati,	Oscheon,	Scrotum, Bursa testiũ.
Barachien,	Bubon læmos,	Apostema pestilens.
Basilare os,	Sphenois, Polimorphũ	Os palati.
Bathara;	Anthrax pestilens,	Carbo, vlc⁹ escharosũ
Baurach,	Aphronitrum,	Salnitrum.
Bear,	Dyspnæa,	Difficultas spirandi,
Beditus,	Strumȩ Chȩrades,	Scrofulæ.
Benat noctis,	Epinyctis,	Nocturna efflloratio.
Beriteron,	Peritonæon,	Peritonæos tunica,
Besbeia,	Polypus, Sarcoma,	Caro multipes nariũ.
Betaram,	Encope,	Incisio.

Arabicæ.	*Græcæ.*	*Latinæ.*
Bezahartica,	Alexipharmaca,	Ad venena pharmacă
Bezel,	Parachentesis,	Punctio, Perforatio.
Biles,	Allantoide,	Intestinalis tunica.
Birsen,	Pleuritis,	Lateralis dolor.
Bolismos,	Bulismos,	Ingens esuritio.
Bothor,	Bothor,	Pustulæ.
Bothor,	Synchyses,	Exituræ oculi.
Brachium,	Brachion,	Brachium.
Buri,	Sarcocele,	Carnosa hernia.
Cadar,	Hemiplexia,	Dimidij corporis re-
Casaçan,	Cardia,	Cor. (solutio.
Calcataron,	Pterygium,	Vngula Oculi.
Callus,	Helos,	Clauus.
Caluitium,	Phalacrosis,	Capillorum casus.
Camaduci,	Inion,	Occiput, Occipitium.
Cambium,	Chymus,	Sanguis, seu humor.
Camisia fœtus,	Allantoides,	Intestinalis tunica.
Canalis,	Porus,	Meatus,
Cancrena,	Gāgræna, Necrosis,	Gangræna.
Canna Pulmonis,	Trachea arteria,	Aspera arteria.
Cannæ Tibiæ;	Ocrea, Sura,	Ossa duo Tibiæ.
Capsula Cordis;	Pericardium,	Cordis Inuolucrum.
Caras,	Aphonia, Traulus,	Vox depdita, deprauata
Caratin,	Gysenteron,	Lūbrici terrestres. (ta.
Carabitus,	Phrenitis,	Delirium febriens.
Carenum,	Sapa, Sireon,	Mustum coctum.
Carmata,	Bubon,	Glandularū abscessus.
Caro addita,	Hypersarcosis,	Thymus.
Cassum,	Thorax,	Pectus.
Cataracta,	Hypochyma,	Suffusio.
Catalan,	Encope,	Incisio.
Chadessan,	Dereste,	Excoriare.
Chahab,	Astragalus,	Talus.
Chalahan,	Ecsarthrema,	Luxatio.

Cha-

Arabicæ.	*Græcæ.*	*Latinæ.*
Chasem,	Ozænæ,	Narium vlcera.
Chatrab,	Lycanthropia,	Lupina insania.
Chede,	Anorexia,	Inappetentia.
Chesaram,	Catagma,	Ossium fractura.
Chila,	Cirsos,	Hernia.
Chis, Saccus,	Cystis,	Vesica.
Chis hordei,	Ptisana,	Cremor hordei.
Cholera,	Chole,	Bilis.
Colera citrina,	Picrocholos chymos,)	Bilis pallida.
Cholera vitellina,	Chole lechita,	Bilis Vitellina.
Cholera famosa,	chole Notha,	Bilis spuria.
Cholera min. famę,	chole melęna,	Bilis adusta.
Cholera rubea,	Picrocholos chymòs,	Bilis amarà.
Cholera nigra,	chole melæna,	Bilis atra.
Cholirica passio,	cholera,	Bilaris.
Chranites,	Brenitis,	Phrenitis.
Chuba,	Lychen, Leprà,	Impetigo.
Chuzez,	Tetanus,	Tensio.
Clipealis càrtilágo,	Chodrō Thyroides,	Scutiformis cartilago.
Cimbalaris,	cricoides,	coopertoria cartilago
Cohol,	colluriòn.	collyrium fusum.
Colcotar,	calcitis,	Vitrioli species.
Complexio,	crasis, Symmetrià,	Temperies.
Conach,	Apnæa Hysteròs,	Vteri præfocatio.
Congelatio,	Catalepsis,	Deprehensio.
Congelatio dētiū,	Æmodia,	Stupor dentium.
Consimilia,	Homogenea,	Similares partes.
Contorsio,	Scoliosis,	Obstipitas.
Conturbatio,	Taraxis,	Vellicatio oculi.
Conuulsio canina,	Spasmus Cynicus,	Distorsio faciei.
Coronale,	Argemō, Lencoma,	Albugo oculi.
Corruptio ossis,	Teredon.	Ossis Caries.
Cortex intestini,	Ephelcis, Ramētū,	Intestini tunica.
Crus,	Cneme,	Tibia,

Cutubuth,	Lycanthropia,	Lupina insania.
Coxa,	Meros,	Femur, Crus.
Darb, Darab,	Diarrhæa,	Alui profluuium,
Debus,	Marasmus,	Tabes.
Demonium,	Mania,	Furor.
Dentes Atham,	Gomphij,	Molares, Sapientiæ.
Derezi,	Raphè,	Commissura, Sutura.
Diaciminum,	Diaspoleticum,	Ex cumino Pharmacũ
Dipsacos,	Diabete,	Vrinæ profluuium.
Dislocatio,	Lordosis, Luxatio,	Exarticulatio.
Disnia,	Dyspnœa,	Difficultas respiratio-(nis.
Domestica pars,	Maschaliæa,	Interna.
Dubellati,	Phlegmon,	Abscessus calidus.
Dura mater,	Meninx crassa,	Cuticularis tunica.
Durities,	Scirrhus,	Abscessus durus.
Embroce,	Balanion,	Balneum.
Empialos,	Hepiala,	Febris Epialus.
Emulgentes,	Emulgentes,	Percolantes venæ.
Emunctoria,	Adenes,	Glandulæ.
Encaras,	Phlebs Meseræi,	Vena miseraica.
Endros,	Epidydymis,	Supgeminalis tunica.
Encruatio,	Paralysis,	Resolutio.
Epittima,	Epithemata,	Linimenta.
Essere,	Epinyctis,	Effulgescentia.
Essere cholericũ,	Phlegmõ, Phlogosis,	Inflammatio.
Esticos febris,	Hectica,	Habitualis, Facta.
Exitura,	Apostema,	Abscessus purulentus.
Expressio oculi,	Proptosis,	Vueæ prolapsus.
Fagdan,	Loidosis,	Spinæ luxatio.
Fames vaccina,	Bulimos,	Vehemens esuritio.
Faricon,	Causon,	Febris ardens.
Fasclan,	Apocope,	Abscissio.
Febris triãgulata,	Tetartæos,	Quartana.
Fedehan,	Hernia, Ramex,	Ruptura,

Arabicæ.	*Græcæ.*	*Latinæ.*
Ferismus,	Priapismus,	Tentigo.
Feterat,	Paracme,	Remissio morbi.
Fister musculus'	Sfincter,	Constrictor.
Filachaliasuch,	Stephanitæa,	Sutura Coronalis.
Fechan,	Diastremma,	Luxatio.
Fissura,	Rhogme,	Rima.
Focilia duo,	Cerchis, Pechys,	Radius, Cubitus.
Fœdion,	Epilepsia,	Puerilis morbus.
Formica,	Myrmecia,	Sessilis Verruca,
Formica,	Herpes miliaris,	Serpigo.
Formicalis,	Myocephalon,	Muscæ caput.
Fossula,	Botryon,	Vlcus cauum Corneæ.
Franites,	Phrenitis,	Cum febre delirium.
Fricatio,	Anatripsis;	Frictio,
Furcula,	Clis,	Clauis, Iugulum.
Furfures,	Pythiriasis,	Porrigo.
Fugule, Fulille,	Parotis,	Ad aures morbus.
Fursus,	Nympha,	Colliculus.
Gadu,	Scirrhus,	Tumor durus indoles.
Galea, Ouum,	Cephalæa,	Diuturn' capitis dolor.
Garab, Algaras,	Ægilops,	Vlcus anguli oculi.
Gasi,	Syncopis,	Præceps viriū lapsus.
Gauonij,	Paristhmia,	Tonsillę, Amygdalæ.
Gedaul,	Mesaræon,	Mesenterium, Lactes.
Geleniabin,	Diarhodomel,	Ex rosa & melle, gelu.
Genu;	Gony,	Os Tibiæ, Genu.
Gessa palpebræ,	Scerophthalmia,	Scabrities palpebrarū.
Gibbositas,	Cyllosis,	Distorsio.
Gienun,	Mania,	Furor,
Gingia mater,	Pericranium,	Pericranium.
Glandulæ,	Ganglia,	Contractiones.
Grando oculi,	Chalaziō, Posthie,	Hordeolus.
Guesques,	Melancholia,	Fatuitas,
Guidez venæ,	Sphagitides,	Apopleticę, Iugulares

Arabicę.	Grεcę.	Latinę.
Gutta ſerena,	Amauroſis,	Viſus obſcuritas.
Haben,	Hydrops,	Aqua inter cutem.
Hacar,	Apoſtema,	Vlcus, ſiue abſceſſus.
Hacuna,	Satyriaſis,	Tentigo, Penis tenſus.
Halmes,	Paraphroſyne,	Delirium.
Hamcha,	Anæa,	Dementia.
Hamicha,	Lata exāthematā,	Variolæ.
Haſef,	Hidroa,	Sudamina.
Hazam,	Encope,	Inciſio.
Hedian,	Moria, Moroſis,	Deſipientia.
Henadam,	Pepſia,	Concoctio.
Heſme,	Apoſphagma,	Auulſio.
Hirque oculorum,	Canthus,	Anguli Oculi.
Humor,	Chymus,	Humor.
Iafuc,	Bregma,	Syncipur.
Iectigatio,	Palmòs,	Palpitatio, Saltus.
Iezemet,	Catalepſis, Caros,	Deprehenſio.
Ibet, Subeth,	Coma,	Sopor.
Ignis perſicus,	Anthrax,	Carbo, Carbunculus.
Iliſchi,	Eroticos,	Effrænis amor.
Impetigo,	Lychen, Lepra,	Salſa cutis aſperitas.
Impetigo aſpera,	Lychenes,	Tenſa prurigo,
Incubus,	Ephialtes,	Nocturna ſuffocatio.
Inuerſa palpebra,	Lagophthalmos,	Leporinus oculus.
Inuiſcatio palpebrę,	Ancyloblepharō,	Palpebrarū cōniuctiā
Inuolutus,	Allātoides, choriō,	Vrinaculū, Secunda.
Iſtimbre,	Craſis,	Tēperies, aſſimilatio.
Iuleb,	Hydrorhodomel,	Ex roſacea et ſaccharo
Iuncus,	Ionthos,	Varus.
Kef,	Xir,	Manus.
Kers,	Stomachus,	Ventriculus.
Kili Vena,	Hepatitis,	Caua uena.
Lacertus,	Mys,	Muſculus.
Lachar,	Encope,	Inciſio.

Lapi-

Arabicę.	Grecę.	Latinę.
Lapidositas oculi,	Tylosis,	Callus palpebrarum.
Latica febris,	Cathemerina,	Quotidiana,cõtinua.
Lauda,	Os hyoides,	Os gutturis.
Laxatie,	Paralysis,	Resolutio.
Lactea,	Galaxi,	Lactes.
Lentigo,	Exuccatio,	Sugillata.
Lepores nasi,	Mycteres,Pterygiõ,	Alę,Pinnulę narium.
Leucam,	Lepra,	Lepra.
Lilimie,	Coeloma,	ꝓfundꝰ oculi abscessꝰ.
Lipiria febris,	Lyparia,	Lyparia. (uus.
Loch,	Apophlegmatismus,Pituitę ꝑ os educti-	
Longaon,	Apesthysmenon,	Rectum intestinum.
Luluma,	Cælomata,	Vlcera caua Vueæ.
Lythargirium,	Molybdæna,	Plũbago,limatura plũbi.
Macula oculi,	Hypophthalmiõ	Hyposphagma,)Sugillatio.
Malum granatum,	Xiphoide,	Os pector s.
Manuale opus,	Chirurgicon,	Manuum opera.
Maram,	Alimma,	Vnguentum.
Masera,	Phlegmon micis,	Leue inflammen.
Masticatorium,	Eclegma,	Pituitę eductiuᵃ ꝑ os.
Mater puerorum;	Epylepsia,	Comitialis morbus.
Mater sanguinis,	Aneurisma,	Arterialis sãguinis fluor.
Maudana,	Catapotia,	Pilulæ.
Melon,	Pepon,	Anguria.
Melon Indus,	Melopepones,	Anguria viridis rotũda.
Men,	Drosomeli,	Manna. (pulsus.
Men Giezer,	Systole Diastole,	Contractio, dilatatio.
Menstruus sanguis,	Cataminion,	Menses.
Meri,	Oesophagus,	Gula.
Metalachlach,	Tolerà,	Turbida vrina.
Metenen,	Psoa,	Caro lumborum.
Mirach,	Epygastrium,	Abdomen,
Mirachia,	Hypochondriacus,	Flatuosus morbus.
Mollificatio,	Paralysis,	Resolutio.

Arabicę.	Gręcę.	Latinę.
Morphea,	Alphos, Leuce,	Vitiligo.
Morum,	Condylomata,	Extuberatio ani.
Mucla,	Derma,	Cutis.
Munsis,	Ecpyesmos,	Totius oculi prolapsus
Muzum,	Muzum,	Auster⁹ sapor, uel acer (bus.
Nascentia,	Apostema,	Exituræ.
Nauiculare os,	Scaphoides,	Nauiforme os.
Nebith.	Oenon,	Vinum.
Nerdi os,	Astragalus,	Talus, Os ballistæ.
Neruàlis Sutura,	Oboliœa,	Sagittalis, Recta.
Monoculum,	Typhlòn,	Cæcum intestinum.
Morbilli,	Exãthemata sublimia,	Pustulę elatæ.
Nocra,	Phlebs,	Vena.
Nodus,	Atheran,	Atheroma.
Nubes,	Hypochyma,	Suffusio, Cataracta.
Nucha,	Notyęon myelon,	Spinalis medulla.
Nyctalopa,	Nyctalope,	Nocturna cæcitas.
Oculi egressio,	Ecpiesmos,	Totius oculi prolapsus.
Oculus poplitis,	Epigonatis, Myle,	Patella, Rotula, Genu
Oculi profunditas,	Atrophia,	Nutritionis defectus.
Oculi vlc⁹. serpẽs,	Anthracosis.	Carbunculus.
Officialia mẽbra,	Organica,	Instrumentalia.
Opium,	Meconium,	Succus papaueris.
Oregmon,	Catarrhus,	Destillatio.
Os Cruris,	Gony,	Genu.
Os Cunei,	Sphenois,	Basilare, Palati.
Os latũ, Alchatim,	Coxa,	Femur.
Os laudæ,	Pharyngetron,	Os Gutturis,
Os Nerdi.	Cyboides,	Cubiforme.
Os Paris;	Zygoma,	Os Iugale, Os tẽporũ.
Os Pedis,	Pedion,	Planta pedis, Pecten.
Ossa Shemie,	Lithoidea,	Lapidosa, Petrosa.
Osseum,	Scrotum,	Testium Inuolucrum.
Ossei mollificatio,	Rhacosis,	Detritio, Scroti extẽsio.

Ouum,

Arabicę.	Grecę.	Latinę.
Ouum,	Cephalæa,	Dolor Capitis diuturn*.
Panaritium,	Paronychia,	Reduuia.
Pannus idem ac	Lentigo, Nigror,	Liuor, Nigritia.
Paria,	Tonos,	Neruus.
Pars domestica,	Oechion meros,	Interior.
Pars syluestris,	Exothen meros,	Exterior. (respōdēs.
Proportionalis,	Symbolicus morb*,	Naturę, loco tēpori
Pecten alchef,	Metacarpium,	Postbrachiale.
Peliomata,	Exuccatio,	Liuor.
Peltalis chartilago,	Thyroides,	Scutiformis,
Periodica febris,	Typica,	Intermittens.
Phitanos febris,	Palymbola,	Reuersiua, erratica.
Phlebotomia,	Phlebotomia,	Venæ sectio.
Pia mater,	Choroides,	Meninx tenuis.
Pixis,	Ischias,	Coxa.
Plaga,	Trāsma,	Vulnus,
Plancta noctis,	Epinyctis,	Nocturnę efflorationes,
Porrina,	Porracea,	Porracea bilis,
Portinarium,	Pyloron,	Ianitor,
Pruna,	Anthrax,	Carbo,
Pupillæ cōstrictio,	Pthisis oculi,	Tabes oculi.
Quindegę venę,	Sphagitides,	Apoplecticę, Iugulares,
Radani,	Thlasma,	Contusio, attritio.
Radicalia mēbra,	Spermatica,	Seminalia.
Ragamia,	Rhogme,	Fissura.
Rahaf,	Hemorrhois nariū,	Fluxus sāguinis nariū.
Ranula,	Sardoa,	Ranūculus.
Ras,	Cephali,	Supernus venter.
Rascetta,	Carpōs,	Brachiale.
Rasga,	Epygonatis,	Patella.
Rauedseni,	Rhabarbarum,	Rhabarbarum.
Renalis dolor,	Nephriticus,	Renum dolor.
Resudatio,	Hidroa,	Sudamina.
Rete mirabile,	Plegma dictyoides,	Plexus retiformis.

Arabicæ.	*Græcæ.*	*Latinæ.*
Rhaune,	Anæa,	Amentia, Dementia.
Rhia alsabiam,	Hydrocephalon,	Aqua Capitis,
Rig l,	Meros,	Femur, Crus.
Rha alsabiam,	Epilepsia,	Comitialis morbus.
Rob,	Opos,	Succ⁹ seipso cõcti sces.
Rostrum Corui,	Coracoides,	Cornicularis processus.
Rurula,	Epigonatis,	Patella, Genu.
Ruptura,	Cele	Ramex, Hernia.
Ruptura Corneæ,	Proptosis,	Oculi prolapsus.
Saccus,	Catalepsis,	Deprehensio,
Sacculos,	Cephalalgia,	Capitis dolor.
Sachai,	Infesis,	Scissura.
Sadacham,	Thlasma,	Contusio,
Sagittalis,	Oboliœa,	Recta Sutura,
Sahafati,	Achores,	Vlcus capitis manans.
Saharà,	Pannychides,	Peruigiliũ nocturnũ.
Saltus,	Palmòs,	Palpitatio,
Sãguis mortuus,	Exuccatio,	Sugillata.
Sanies in siphac,	Hypopyon,	Pus Corneæ.
Sanies vngularis,	Onyx,	Vnguis oculi.
Sau ch,	Ptisana,	Cremor hordei.
Sauthat,	Cephalartica,	Caputpurgia,
Scabies oculi,	Trachoma,	Pruritus oculi.
Scarificatio,	Encharaxis,	Cutis incisio.
Sce len vena,	Splenitica,	Saluatella.
Sciatica, seu dolor,	Coxendix, Ischias,	Coxendicũ morbus.
Sclirosis,	Scleriosis,	Tumor dur⁹ palpebræ
Scotomia,	Scotodinos,	Tenebricosa Vertigo.
Scrofule,	Chœrades,	Strumæ.
Sebel,	Enchantis, Rhæas,	Inangularis.
Secaniabin,	Oxyzacchara,	Syrupus acetosus.
Secundina,	Chorion,	Secunda.
Secundina tunica,	Choroides,	Meninx tenuis.
Sedar,	Cataphora,	Somnolentia.

Sede.

Arabicè.	Grecè.	Latinè.
Sedere,	Scotoma,	Vertigo.
Schagian,	Trauma,	Vulnus.
Selasene,	Acantha,	Spinæ apex.
Sephiros,	Carcynos,	Cancri species,
Serach,	Emphraxis pyloró,	Obstructio pyloron.
Serasif,	Hypochondria,	Præcordia,
Sibare,	Mania,	Furor.
Sieff,	Hygrocolluria,	Arida Collyria.
Silac,	Tilosis,	Depilatio palpebrarū.
Siphac,	Peritonæon,	Peritonæos tunica.
Sirsen calidum,	Phrenitis,	Phrenitis.
Sirsen frigidum,	Lethargus,	Lethargus.
Siracost,	Manna,	Manna.
Sisamina ossa,	Sesamoidea,	Sesamidea.
Sochos,	Catalepsis, Catoche,	Deprehensio.
Soda,	Cephalæa,	Dolor Capitis.
Soram,	Catalepsis,	Deprehensio.
Sosati,	Pleuritis,	Lateralis dolor.
Spasmus humidus,	Notiodes,	Ex repletione.
Spasmus siccus,	Xirotes,	Ex inanitione.
Spatula,	Homoplatæ,	Scapulæ.
Spatularis,	Omiæa vena,	Humeralis vena.
Spina,	Phlegmon cutis,	Inflammen cutis.
Spondylus,	Spondylos,	Vertebra,
Stoliditas,	Paraphrosyne,	Delirium.
Strabrositas,	Illosis, Strabismus,	Palpebræ contorsio,
Subet, Subetia,	Caros, Coma,	Sopor altus.
Subeticæ venæ,	Carotides,	Soporariæ Arteriales,
Subet Alsari,	Coma ahypnon,	Coma vigil, Vigilás so
Suffuf,	Couis,	Puluis, (por.
Suffumigia,	Thymiamata,	Suffitus, odorameta,
Sura,	Omphalos,	Vmbilicus,
Sycodei,	Cyllos,	Extuberatio faciei,
Syncopalis humorosa,	Chymosa,	Ex crudo humore febris

Arabicæ.	Græcæ.	Latinæ.
Syncopalis minuta,	Lepten Pyreton,	Ex tenui humore febris.
Tabulos,	Lyparia febris,	Febris inæqualis.
Tarax,	Comphosis,	Surditas, Obauditus.
Taraxis,	Ophthalmia notha,	Conturbatio oculi.
Tarfari,	Hyposphagma,	Cruenta suffusio.
Tarsus,	Comphosis,	Surditas.
Tebegi,	Emphysema,	Palpebræ inflatio.
Tebiegi,	Cachexia,	Prauus corporis habitꝰ.
Telba,	Sapa, Siræon,	Mustum coctum.
Temor,	Hypogastera,	Ventris concauitas.
Tenur corporis,	Hypogastrion,	Abdomen.
Tereniabin,	Manna,	Mannæ species.
Tharuca,	Trochanter,	Tuberculum femoris.
Tharcamatica,	Trachomatica,	Detergentia.
Thau,	Ganglia,	Glandulosi affectus,
Theca,	Cranion,	Caluaria.
Thoeban,	Parachentesis,	Perforatio.
Tinea,	Achores,	Manãtia vlcera capitis.
Tinnitus aurium,	Iches, Syrismos,	Sibilus aurium.
Traulus,	Psellotes,	Balbuties.
Trehel,	Oedema,	Tumor laxus.
Triangula,	Tetartæos,	Quartana febris.
Tyria,	Alopecia, Ophiasis,	Defluuiũ capillorum.
Vachzi,	Nygma,	Punctura nerui.
Vacillatio,	Taraxis,	Spuria lippitudo.
Varices,	Cirsos,	Dilatatæ venæ,
Variolæ,	Exanthemata lata,	Efflorationes.
Vena almabat,	Ancyle,	Poplitis vena.
Vena algebein,	Metopon,	Frontis vena.
Vena alhaleb,	Porus Vreter,	Meatus Vrinarius.
Vena Medeni,	Dracontion,	Dracunculus,
Vena Curuaturæ,	Ancyle,	Poplitis vena.
Vena Funis brachij	Basilica,	Iecorariæ ramus.
Venæ subeticæ,	Carotides,	Soporariæ.

Arabicę.	*Grecę.*	*Latinę.*
Venæ emulgentes,	Emulgentes,	Colatoriæ.
Venter,	Epygaltrion,	Abdomen, ſumen.
Ventoſa,	sicya,	Cucurbitula.
Verruca,	Achrochordon,	Verruca.
Veſicæ,	Ph yſtenæ,	Puſtulæ.
Vgane,	Gnathus,	Gena.
Virga,	Ædęon, Caulon,	Coles, Penis.
Viriditas oculi,	Glaucoma,	Glaucedo oculi.
Vndimia,	Oedema,	Tumor laxus.
Vngula oculi,	Pterygion,	Ala oculi, Vnguis oculi.
Vſago,	Lichyn,	Impetigo,
Vuatio,	Staphyloma	Vucæ oculi egreſſus.
Zaara,	Agrypnia,	Morboſa vigilia.
Zachema,	Catarrhus,	Deſtillatio.
Zemane,	Paralyſis,	Reſolutio.
Zinaria,	Iode Cholos,	Æruginoſa bilis.
Zirbus,	Epiploon, Epiplun,	Omentum.
Zuccarũ tabarzet,	Als Indicòs,	Saccarum album.

FINIS.

Errores in impreſſione cõmiſſos, ſi qui ſunt parui ponderis, quique dum liber percurritur, etiam modice erudito viro patent, conſulto dimittimus. Id vnum ſilentio prætereundum non eſt, fol. 79. vltima linea abſoluta antequam ſequẽs folium voluatur, deſiderari hęc verba, ideſt repanditas, in latus Scolioſis, ideſt obſtipitas, 3. de art. 2.

Quin & ſequenti folio 80. deſideratur primum illius pagellæ initium, quod in fronte, erat inſcribendum, illud autem eſt hæc vox, Chyris, quam continenter ſequuntur illa verba, ideſt ſicca frictio.

Ad hæc fol. 428. lin. 14. legitur, Vlceratio eſt ruptio, lege Vlceratio oculi eſt ruptio.


Series Cartarum.

a A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z Aa Bb Cc Dd Ee.

Omnes sunt quaterniones, excepto Ee, sexterniones.

MESSANÆ,

Ex Typographia Petri Breæ. 1598.



Registrum.

[illegible] D E F G H I K L M N O P Q R S T
[illegible] Z Aa [illegible] Dd &c.

Omnes sunt [illegible]

M E S S A N Æ.

Ex Typographia Petri Breæ. 15[illegible]

